

TERTIA PARS
EXAMINIS DE-
CRETORVM CONCILII
TRIDENTINI, COMPLE-
CTENS EXPLICATIONEM
LOCORVM:

De virginitate.
De coelibatu Sacerdotum.

De Purgatorio.
De inuocatione Sanctorum.

ADIECTA EST IN SINGVLIS LOCIS
*historia certaminum inde vsq; ab Apostolo-
rum temporibus:*

AVTHORE

MARTINO CHEMNICIO, D.




FRANCOFVRTI,
Excusum per Iohannem Feyrabendt. Anno 1596.



9

Theol. 106^a



62

THE
D. B. YAL
CHINA



TERTIA PARS
EXAMINIS DE-
CRETORVM CONCILII
TRIDENTINI, COMPLE-
CTENS EXPLICATIONEM
LOCORVM:

De virginitate.
De cœlibatu Sacerdotum.

De Purgatorio.
De inuocatione Sanctorum.

ADIECTA EST IN SINGVLIS LOCIS
*historia certaminum inde vsq; ab Apostolo-
rum temporibus:*

AVTHORE
MARTINO CHEMNICIO, D.



FRANCOFVRTI,
Excusum per Iohannem Feyrabendt. Anno 1596.

TERTIA PARS

EXAMINIS DE

CRETORVM CONCILII

TRIDENTINI COMPLE

CTENS EXPLICATIONEM


LOCORVM

De Purgatorio
De Sacramentis
De Ecclesia

NOVEM BRITANNIAE

104 63-20

MARTINO CHEMUNO D.



FRANCOLVETI

Excusum in Typographia Anno 1562

ILLVSTRISSIMO PRIN-
CIPACI AC DOMINO, DOMINO IO-
HANNI GEORGIO, MARCHIONI BRANDE-
BVRGICO, SACRI ROMANI IMPERII ARCHICAME-
RARIO ET ELECTORI, PRVSSIÆ, STETINI, POMERANIÆ,
Cassubeorum, Sclauorum, & in Silesia Crofforum Duci, Burggra-
uio Noribergico, & Rugia Principi, &c. Domino
suo clementissimo:

Gratiam, salutem ac pacem, à Deo Patre, per Dominum no-
strum Iesum Christum.



ILLVSTRISSE Princeps Elector, Domine cle-
mentissime, annus iam agitur undecimus, cum fa-
tali quadam occasione cum Iesuitis, nouitia Romani
Pontificis creatura, in certamen incidi. Quia enim
sectam illam ideò excogitatam constabat, ut inde
tanquam ex equo Troiano, prodirent noui mili-
tes, literarum & linguarum armis instructi, qui
patrocinium Pontificia religionis felicius, quàm re-
liquorum Monachorum ordines hæcenus fecissent,
susciperent & sustinerent, ac professione politioris literaturæ & linguarum,
tanquam lenocinijs abutentes, incauta iuuentutis animos allicerent, atque à
prima etate Pontificijs opinionibus imbuerunt: idq; ita insidiosè, ut publicis
scriptis se non statim aperirent, unde colligi posset, quid monstrarent: Ego
certis tum rationibus adductus, præcipua capita Theologiæ, quam profiteren-
tur, ex quadam ipsorum censura excerpta, edidi, ut hac ratione prouocati, ipsi
plenius se aperirent, unde propius agnosci possent. Cum verò ex ipsorum grege
nemo prodiret, sed Andræus quidam Lusitanus, homo doctus sanè & elo-
quens: cuius in Concilio Tridentino non minima fuit autoritas, à patribus
Concily iussus, libello meo, exiguo sanè, aliquot libros Explicationum, quas or-
thodoxas vocabat, opponeret, ita, ut quasi rationem Decretorum & Cano-
num Concilij Tridentini, cui tum intererat, reddere videretur: Ea occasio-
ne, cum necessario aliquid esset respondendum, ut cum aliqua Lectoris utili-
tate illud fieret, Examen seu Explicationem Decretorum Concilij Triden-
tini institui, & locos de Scriptura & Traditionibus, de peccato, de libero arbi-
trio, de iustificatione, de fide, de bonis operibus, & de Sacramentis, duabus
partibus, ex sacra Scriptura Canonica fundamentis, collatis ad eam normam
veræ & piæ antiquitatis testimoniis, ante aliquot annos, simplici orationis filo
expediui.

Supererant autem in Decretis illis reliqui examinandi seu explicandi loci,
de virginitate, & de cælibatu sacerdotum, de purgatorio, de inuocatione,

);(2 liquijs

E P I S T O L A

liquijs & imaginibus Sanctorum, de indulgentiis, de ciborum delectu, de leiu-
nis & Festis. Et sanè animus non erat, illorum etiam locorum tractationem
suscipere, & ea, sicut in prioribus partibus factum fuerat, ratione pertexere:
absterrebar enim magnitudine & difficultate laborum, quos in prioribus par-
tibus expertus eram. Cumq; præter quotidianas Ministerij mei occupationes,
aliis subinde negotiis impedirer: sperabam ex nostris alium aliquem feliciori
ingenio, maiori eruditione & eloquentia elegantiore instructum & ornatum,
cui plus otij & excitatio ingenij alacritas suppeteret, proditurum, qui utilem
hanc & necessariam Ecclesie operam, maiori cum fructu, vel privato suo, vel
communi Ecclesiarum nostrarum nomine, præstaret. Multis enim de causis
valde utile esset, graui autoritate, communicatis sententiis, & coniunctis o-
peris, publicam refutationem, Decretis Concilij Tridentini, communi no-
mine opponere, in qua detectis insidiis, & corruptelis refutatis, vera senten-
tia in singulis locis illustraretur, ut posteritati etiam constaret, quæ funda-
menta, & quas rationes iudicij sui, de Tridentini Concilij decretis, atas
hac nostra habuisset. Hac enim ratio ad instruendas & confirmandas bo-
nas mentes, plus habitura esset momenti, quam priuata commonesa-
ctiones.

Interea verò ex variis locis, à multis eruditis & pijs viris, quibus priorum
partium lectio non ingrata fuerat, & per literas & coràm instigatus fui, ut
reliquos etiam locos pertexerem, cum laborem illum semel suscepissem, & facta
promissione quasi ex condicto tenerer. Cumq; ex aduersariorum etiam, Lin-
dani, Cromeri, Tiletani, atq; aliorum Põrificiorum clamoribus animaduer-
terem, priores illos meos labores non absq; fructu susceptos fuisse, acerba enim i-
psorum vociferationes, accepta plaga indicia & testimonia sunt: passus tandem
sum, id quod supererat oneris, mihi rursus imponi. Maxime cum viderẽ, Lin-
danum in exagitando Apologetico illo, in quo ordines Protestantium (ut vo-
cant) causas recusata Tridentina Synodi grauius exponunt, superbe nostris
Ecclesijs insultare, & illos præcipue locos, quos reliquos esse dixi, variis sophis-
matum artificijs, sub specie Catholica Antiquitatis deprauare. Reliquorum
itaque etiam in decretis Tridentini Concilij locorum, Examen seu explica-
tionem, pio studio institui, & Deo iuuante, pro donorum meorum mediocri-
tate, simplici dictione, ex Scriptura fundamentis, & huic consentientibus ve-
re antiquitatis testimonijs, pertexui. Et de meis laboribus nihil dicam, illos
enim Christo Seruatori, vera animi humilitate, in timore Domini offero,
& Ecclesie eius audienti & sequenti vocem pastoris sui, iudicium de illis
permitto.

Hanc verò tertiam partem Examinis Tridentini Concilij, complecten-
tem explicationem locorum, de virginitate, de cœlibatu sacerdotum, de purga-
torio, & de inuocatione sanctorum, vestra, Illustrissime Princeps Elector, Cel-
sit. demissa ac debita animi reuerentia, publica hac inscriptione dedicare volui,
idq; nõ ambitione aut leuitate aliqua: sed causis adductus honestissimis & gra-
uissi-

DEDICATORIA.

uisimis. Vtile enim est, & ad presentis aetatis homines, & ad omnem posteritatem, extare illustria testimonia, quod necessaria horum temporum certamina, de grauissimis controuersis Religionis, contra impias & superstitionas Romani Pontificis & conuicatorum ipsius corruptelas, non agitentur leuium, turbulentorum, aut indoctorum quorundam hominum clamoribus ex praua quadam dissentendi libidine, ad dementandum rude & ignobile vulgus: Sed quod illarum controuersiarum explicationes, grauissimo Principum sapientissimorum iudicio, ex firmis ac perspicuis verbi Dei fundamentis & vera antiquitatis testimonijs, diligenter considerentur, expendantur & cognoscantur. Atque, utile est, causas, cur illustrissimi Germania Principes & reliqui ordines, Decreta Concilij Tridentini recipere nolint, ex Scripturae fontibus, & ex prima Apostolica & Catholica Ecclesiae antiquitate, repetitas extare, praesertim cum res ipsa palam ostendat, tyrannidem Pontificiam, insidijs, perfidia, gladijs, flammis & restibus hoc agere, ut Decreta Concilij Tridentini, suppressa necessaria illa veritatis disquisitione, quae Actorum 16. describitur, executioni mandentur.

Cumque libellum de secta Iesuitarum & doctrina ipsorum, qui primam occasionem praebuit ad sequentes meas de Tridentino Concilio lucubrationes, Illustrissimo Celsi. vestrae parenti, & c. felicitis recordationis, inscripserim, & priores etiam partes Examinis Decretorum Concilij Tridentini, alijs illustrissimis Brandeburgicae familiae Principibus, dedicarim, cumque huius etiam partis scriptio in illud tempus inciderit, cum Celsi. vestra una cum politica administratione Marchiae Brandeburgicae provincia latissima, Ecclesiarum etiam curam & nutritionem, Christiano principe dignam, ita susciperet, ut doctrina caelestis incorrupta vox in illis semper sonaret: existimaui me Principi patriae meae, fausta gratulationis & pie omnis loco, recte posse, & iure debere, scriptum hoc in quo caelestium dogmatum puritas & veritas a Pontificiorum corruptelis, sordibus & superstitionibus vindicatur, demissa reuerentia offerre. Scio enim Celsi. vestram, post sacrae Scripturae cognitionem, in perlegendis D. Lutheri Scriptis, & perscrutanda antiquitatis monumentis eam posuisse operam, ut de momentis controuersiarum religionis, recte, pie & sapienter iudicare possit. Et diligentia periculosissimis hisce temporibus profecto necessaria est, ut Principes ipsi diligenter attendant, quale genus doctrinae regionum suarum Ecclesis proponatur, sicut Celsi. vestra pie & prudenter facit, quod publica autoritate Ecclesis suis lectionem Scriptorum D. Lutheri diligenter commendat. Non enim Pontificij solum, sed & Sacramentarij clancularij Lutheri scripta de hominum manibus excutere ideo conantur, ut suis erroribus in Ecclesia liberius grassari possint.

Quominus autem dubitarem, Illustrissimo Celsi. vestrae nomini, meas hasce lucubrationes dedicare, animum mihi addiderunt reuerendi, clarissimi & doctissimi viri, D. D. Georgius Coelestinus, Ecclesia collegiatae apud Berlinenses

EPISTOLA

Præpositus, D. D. Iohannes Copus cognatus meus, Celsit. vestra Consiliarius intimus, & D. D. Iohannes Neander Medicus, cuius fidei Celsit. vestra corporis sui curam committit. Hi enim spem mihi non dubiam fecerunt, significationē hanc quantulamcunq; demissi & deuoti animi à subdito erga Principem patriæ profectam & declaratam, Celsit. vestra non ingrati fore, cum quidem affirmarent, libellum Ecclesiarum Prutenicarum continentem explicationem cōtrouersiarum huius temporis, in quo conficiendo & ego tunc aliquid operæ contuli, à Celsit. vestra antea, aliqua cum commendatione & non sine pia approbatione, perlectum fuisse.

Quod igitur diuina bonitati gratum, & Ecclesie faustum ac salutare sit, prodit Tertia hæc pars Examinis Concilij Tridentini, sub Illustrissimo Celsit. vestra nomine, quam si Lectores intellexerint, Celsit. vestra iudicio sapientissimo non improbatam fuisse, libentius inspicient, atq; ut opinor, aliqua cum voluptate legent in singulis locis integram, inde ab Apostolorum temporibus contextam certaminum historiam, quando scilicet, à quibus, qua specie, & quibus argumentis, corruptelarum & superstitionum seminaria sparsa, resuscitata, aucta & ex polita subinde fuerint. Ac rursus, à quibus veritatis testibus, & ex quibus fundamentis, repressa & refutata fuerint: quodq; priuatæ patrum quorundam opiniones & deuotiones, tunc non fecerint legem communem, aut dogma Catholicum, cum semper alij veritatis testes melioribus illis Ecclesie temporibus, pullulantibus superstitionibus, opinionibus, ex fundamentis scripturæ Canonice publicè se opponerent. Illa enim historica obseruatio hisce cōtrouersis plus affert lucis, quàm alie proluxe disputationes, & de sententijs veterum una hæc certissima dyudicandi ratio est: ostendit enim, qua fide, & quo candore, Pontificij multas veterum sententias, ad stabiliendas suas superstitiones, detorquere soleant. Et inter scribendum sæpius optaui, in prioribus etiam partibus similem rationem seruata fuisse, ut singulis locis addita esset talis historica cōtrouersiarum explicatio: quod fieri tamen non incommode poterit, si aliquando repetenda erit editio. Sed in singulis locis Lector ipse hæc animaduertet.

Videbitur forsan nonnullis prolixitas esse nimia. Sed quia status cōtrouersiarum à Pontificiis insidiosè plerunq; transponitur (nunc enim lōge aliam speciem cōtrouersis induere conantur, quàm quæ ante annos quinquaginta fuit) ostendendum fuit, quid proprie in cōtrouersia positum sit in singulis locis, & faciēda antithesis, quomodo olim illa disputarint, & quomodo nunc ea pingant. Argumēta etiam nunc longe alia conquirunt Patroni Regni Pontificij, quàm quæ ante hos annos ipsis vsitata fuerunt: conferenda igitur fuerunt & vetera ipsorum & recentia argumenta. Cumque in explicationibus Argumentorum subinde noua comminiscantur sophismata, illa fuerunt detegenda & remouenda. Et cum præcipuam victoriæ spem in eo ponant Pontificij, ut Lectorem cumulatis varijs patrum sententijs turbent, conatus fui in historia certaminum de singulis locis nebulas illas discutere, & veram rationem diudi-

DEDICATORIA.

dijudicandi veterum sententias ex ipsis fontibus monstrare. Inde factum est, quòd scriptum longius, quam vel institueram, vel cogitaram, excurrit, quam prolixitatem, non quidem affectatam, sed quam rerum ipsarum tractatio, non tam obtulit, quam flagitavit, candidus Lector boni consulet, Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, rogationi huic, mediocri labore ex pio studio suscepta sua benedictione salutare addat incrementum, ut ad nominis sui gloriam, & Ecclesie adificationem, aliquid inde utilitatis redeat, Amen.

Vestram vero Illustrissime Princeps Elector Celsit. demissè oro, ut hanc inscriptionem à subdito suo clementi animo suscipiat, & me meaq; studia sibi clementer commendata habere non dedignetur, sicut Chemniciorum & Sabinorum familia, quæ in atavo meo coniuncta fuerunt, honestum semper sub Marchionibus Brandeburgensibus locum habuerunt. Deum oro, ut sub Celsit. vestra literarum, pietatis & pacis studia feliciter semper floreat. Data Brünsvigæ XX. Januarij, Anno Domini M. D. LXXIII.

Celsit. vestram

demissè & reuerenter colens,

Martinus Chemnicus, D.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Colloquium

de ...

de ...

EX OCTAVA SESSIONE TRIDENTINI CONCILII.


De Castitate, Cœlibatu & Virginitate.

CANON IX.



Si quis dixerit: Clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares, castitatem sollemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica vel voto, & oppositum nil aliud esse, quam damnare matrimonium: posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis (etiam si eamouerint) habere donum, Anathema sit, cum Deus id recte peccantibus non denegat, nec patitur nos, supra id quod possumus, tentari.

CANON X.



Si quis dixerit: Statum coniugalem anteponendum esse statui Virginitatis, vel cœlibatus, & non esse melius ac beatius manere in Virginitate aut cœlibatu, quam iungi matrimonio, Anathema sit.

EXAMEN.



Væ in præcedentibus partibus tractata sunt, quia alicubi habet dogmatum subtilitates intricatas, aliquam desiderat disputationem. Quæ verò adhuc restant examinanda capita, (vt de Cœlibatu, de Purgatorio, de Reliquiis, Imaginibus & Inuocatione Sanctorum, de Indulgentiis, de Delectu Ciborũ, Ieiuniis & Festis) manifestas, crassas & notorias annexas habet superstitiones & idolomanias: quas cum totus orbis Christianus in clarissima verbi Dei luce, magno cum dolore & gemitu, dudum exhorrescens aspexerit, ita vt querelæ non tacitis iam coram Deo gemitibus effundatur, sed plena ac sonora voce in toto orbe vndiq; perstreant, id quod ne ipsi quidem aduersarij negare possunt. Existimauerunt igitur multi, licet tam effrenis sit Monachorũ, & recentis Pontificiæ creaturæ Iesuitarum, impudentia, vt nihil tam enormiter & notorie sit superstitiosum, cuius patrociniũ & defensionem ipsi suscipere & profiteri non ausint: forte tamen vt Patres Tridentini in Concilio, tanquã in publico orbis teatro, aliquo suffunderetur pudore, & ea, quæ publica scãdala, manifestos abusus, crassas superstitiones, & non dissimulandas Idolomanias secum trahunt, ex Ecclesia Dei, publica auctoritate tollerent. Præcipue verò in hoc capite de Cœlibatu, vbi publica, notoria, scortatoria, adulterina & Sodomitica infamia, inquinatissimi cœlibatus in regno Põtificio, multarum conscientiarũ periculosi ac perniciosi laquei, & persuasiones de merito Virginitatis, cum Euangelio pugnautes, & contumeliosæ in meritũ filij Dei, multorum inter ipsos etiam Pontificios conscientias in clamant, & relaxationem legis cœlibatus efflagitant. Nota est Gregorij Magni παλινοδία, quã Epistola D. Vlrici Episcopi Augustensis recitat. Nota est Pij Secundi vox à Platina annotata. Noti sunt Mátuani versus, quod fuerit seculi sui iudicium de lege cœlibatus. Quid de ea inter ipsos huius temporis Pontificios scriptores multi optent, in publicis scriptis extat. Audita fuerunt in ipso Concilio Tridentino Catholicorum quorundam (vt vocant) Principũ legationes, idem sonora voce efflagitantes. Sed querelã illam, qua in præcedentibus sæpius me necessitas vti coegit, hoc etiam in loco repetere cogor: quod sci-

licet architecti Decretorũ & Canonũ Concilij Tridentini, puncta & momẽta controuersiarũ non disertè & expressè ponunt, cumq; crassiora cõmenta Monachorum, exercitis verbis in tanta Euangelij luce, qua etiã Laicorũ oculi illustrati sunt, defendere non ausint, & tamẽ damnare nolint, mirabili artificio, verũ controuersiarum statũ inuoluunt, ita, vt nihilominus nervos superstitionũ retineant, vt ab imperitis harum controuersiarum primo intuitu, hoc non statim animaduerratur, pij tamen si moneantur, insidias facile perspiciunt. Tectè enim & oblique, si nõ integris sententiis, tamẽ vel vno atq; altero vocabulo, ad suas, quas stabilire volunt, superstitiones alludunt, vt cum hoc loco castitatem, matrimonio opponunt, nõ caret Babylonico mysterio, Apoc. 17. sicut ostendemus. Ita non clare explicant, quid in controuersia sit positum, quando instituitur collatio inter virginitatẽ & cœlibatum: obiter tamen eò alludunt, quod de merito vitæ æternæ & beatitudinis sit disputatio, quando vocabulo Paulino, suo more, vtitur (beatius esse.) Eodem modo legem & vota cœlibatus nominant tantũ, vt illo cooperculo totam Lernam superstitionum, quæ in ista Pandore pixide latet, stabiliant. Hæc igitur ea simplicitate, qua vsi sumus, in præcedentibus, euoluemus, vt Lectori de Decretis & Canonibus illis iudicaturò, integræ disputationes in conspectu sint. Et primum de Castitate dicemus.

CAPVT I.

QVOD CASTITAS PROPRIE OPPONATUR
vagi illicitis & prohibitis libidinibus.



Castitas, pudicitia, puritas, sanctimonia, necessariae virtutes sunt in creditibus. Impudicitia enim inquinamẽta seu impuritatem, quæ castitati opponitur, Deus auersatur, odit & abominatur. Et qui sine vera castitate impuris impudiciã inquinamẽtis polluti sunt, Deo placere nõ possunt, 1. Thess. 4. 1. Cor. 6. Ephes. 4. & 5. Ebr. 12. Maxime igitur prodest & necessariũ est, vt in Ecclesia Dei doctrina de vera castitate, pura, integra, & perspicua extet, vt ita virtus Castitatis recte cõmendetur, & ad eam excolendã pij seriis exhortationibus extimulentur. Falsa autẽ illa persuasio animis hominũ eximenda est, quasi in solo Cœlibatu sit castitas Deo placens, & quasi consuetudo cõiugalis opponatur castitati, ita vt reliqua libidinũ incendia & operationes extra coniugium, sint quidem aliquæ quasi præter castitatem, non tamen frangant votũ castitatis, quæ illa conditione in regno Pontificio vouetur (in quãtũ humana fragilitas permittit.) Quando igitur in Ecclesia de castitate iuxta verbũ Dei loquimur, non in genere de abstinentia à coniugio declamandum, sed integra doctrina comprehendenda est. Castitas enim Deo placens, de qua scriptura concionatur, Primò in eo consistit, vt vitentur omnes libidines, pollutiones & commixtiones extra coniugium à Deo prohibita. Secundò, est etiam castitas Deo placens in consuetudine coniugali, propter ordinationem, benedictionem & sanctificationem Dei. Tertio, in illis, qui

Malitia Trid. dicit. pat. in conciliando negocij statũ, & nervos superstitionum retineant.

Trid. pat. castitatem matrimonio opponunt.

Verã castitatem Deus vult in omni bus requirit.

Castitas vera non in solo cœlibatu est.

Castitas in quibus consistat.

A donum

Capita eorũ de quibus hoc libro agetur.

Trident. Patres contra omnium speciem impurum cœlibatũ defendunt.

S. Gregorius de cœlibatu Sacerdotum. Pius 11.

Principũ legationes & querelã.

Concilij Tridentini Sessio VIII.

2
donum habent continentia, Castitas est puritas vitæ coelibis, qua abstinere non tantum à prohibitis, verum etiam à legitimis commixtionibus. De his capitibus ordine dicemus.

Pontificij castitatem coniugio opponunt.

Pontificij igitur, quando de encomiis castitatis concionantur, oratione solummodo vel certe principaliter contra matrimonium dirigunt, de aliis incendiis & operationibus libidinum, obiter tantum facta mentione. Et vulgus audiens illis, qui licet omnis generis libidinibus se polluunt, idcirco tamen castitatis appellationem tribui, quia legitimum coniugium non ineant, concipit inde odium coniugij, & persuasionem impunitatis in pollutissimis etiam libidinibus. Debuissent itaque Patres Tridentini, castitatem Deo placentem, non contra legitimum matrimonium distinguere, sed vagis illicitis, & prohibitis à Deo libidinibus opponere: cum præsertim postremi huius seculi inquinamenta seras de hac parte castitatis admonitiones efflagitent. Non enim à sancto coniugio, sed ab illicitis scedis & prohibitis libidinibus, Evangelicæ castitatis capitale periculum est. Nam Deus, qui casta mens est, hoc agit, ut eos, qui non continent, pudico matrimonio copulet, Matt. 19. Malignus verò ille spiritus, hostis veræ castitatis, qui propterea *ἀρχιδυπτος* appellatur, tanquam Leo rugiens obambulat, ut animos incendit libidinum inflamat, in mentem reprobam concitat, ita ut contra propriam conscientiam testimonium, & contra severissimas Spiritus sancti prohibitiones, in scortationem, adulteria, & alias spurcas libidines perfugiatissime ruant. Atque hæc etiam causa est, quando Scriptura de castitate, pudicitia, mundicie & sanctimonia loquitur, quod toties & tam acriter doctrinam, contra vagas libidines, severissimis prohibitionibus, & durissimis comminationibus, propositis etiam horrendis exemplis poenarum, repetit & inculcat. Et quidem ostendit, quam variis modis impurus ille spiritus pudicitiam Evangelicæ castitatis attentare & conspurcare soleat, ut docentes in Ecclesia, animos hominum serâ inculcatione, & assidua meditatione huius doctrinæ diligentius præmuniant.

Scriptura castitatem opponit vagis libidinibus.

Libidines Gentium.

Primo enim quosdam flammis libidinum ita transuersos rapit, ut Dei prohibitiones & comminationes, nec cogitent, nec considerent, nec curent, sed contra conscientiam, quasi beluino impetu in libidines ruant. Notum est, quid Paulus, Ephes. 4. de Gentibus scribat: Dedolentes se ipsos tradiderunt impudicitia in operationem omnis immunditiae. Vbi *ἀπληγνότης* vocat, quorum conscientias, quasi callus quidam obductus est, ut nec Dei, nec hominum iudicio, nec propriæ conscientia cogitationibus accusantibus, afficiantur aut moueantur, sed beluino impetu in quasuis libidines ruant. Rom. 1. vocat *νῦν ἀδόκιμον*, mentem reprobam, quia incendia libidinum etiam mentis iudicium deprauant, ut non consideret *τὸ καὶ ἴδιον* (hoc enim Philosophico vocabulo Paulus vitur) Nec vero inter Gentes tantum hoc accidit, sed in ipso etiam populo Dei, Osee 4. Fornicatio aufert cor. Et Prover. 7. Sequitur, non secus, quam bos, qui ad lanienam vadit. Et Epistola Iudæ dicit, quosdam scdissima carnis inquinamenta sectati, *ἐν ὄψει* *κοίτης*, hoc est, in quibus iudicium mentis quasi veterno quodam oppressum est. Causam autem Osee explicat, quia, inquit, deseruerunt Dominum & mandata eius. Et remedium Solomon ostendit, cum inquit: Præceptum lucerna est, & Lex lumen, & vitæ via corre-

Immundicia quorundam ex populo Dei

ptio & castigatio, ut custodiant te à muliere mala. &c. In tradenda igitur doctrina de vera castitate, non contra matrimonium contumeliosa spicula sunt ei aculanda, sed eo maxime respiciendum est, ut diuinæ prohibitiones, comminationes & exempla poenarum, de confusione libidinum grauissimis commonefactionibus urgeantur, & inculcentur. Hoc enim efficax remedium est per spiritum castificationis, ne cor auferatur, aut veterno opprimatur, ne mens reddatur reprobata, & ne conscientia callo de-dolentia obduretur.

Secundo, plerumque opinione licentiæ, & persuasionem impunitatis, impurus ille spiritus, solet poculum spurcarum libidinum hominibus propinare, quasi absque offensione Dei, & sine discrimine, salutis aeternæ sit, etiam si quis se tradat impudicitia ad operationem omnis immundicie. Ut enim ex historiis Ethnicis nihil huc afferamus, utque hoc loco de Simone Mago non dicamus, qui, sicut Augustinus annotauit, docuit detestandam turpitudinem indifferenter vtendi foeminis. Certe ex 15. capite Actorum colligitur, Gentes etiam post conuersionem, scortationem opinione impunitatis, tanquam rem Adiaphoram, exercuisse. Ideo enim Apostoli in Decreto, quod ad gentes conuersas mittendum erat, hoc vnum tantum ex lege moralis addit, ut abstineant à fornicatione. Et apud Corinthios (sicut in opulentijs emporijs magna solet esse & licentia, & confusio libidinum) post discessum Pauli in ipsa Ecclesia, opiniones illa spargi ceperunt, quasi fornicatio inter Adiaphora, non vero inter ea, quæ Deo nos exosos faciant, numeranda esset. Nam 1. Corinth. 6. Videntur Corinthiis huius argumentis vsi. Sicut in nouo Testamento Mosaicum discrimen ciborum sublatum est, ita, ut promiscuus vsus omnium ciborum, quod ad conscientiam indifferens, licitus & concessus iam sit: ita etiam promiscuam Venerem non esse peccatum. Textus. n. inquit, Escæ ventri, & venter escis, sed non ita inquit Paulus, corpus scortationi: sed Domino. Itæ, Quia Deus spiritus est, & spiritu vult coli: Si itaque in spiritu Deum colamus, non referre quid in corpore fiat. Paulus verò opinionis indifferentiæ, magno zelo opponit grauissimas has comminationes: Eos, qui libidinibus, cum lege Dei pugnantibus, corpora sua polluunt, non posse heredes Dei, membra Christi, & templa Spiritus sancti esse. Argumento verò de indifferenti vsu corporis, cum res sit externa grauissimas rationes opponit. 1. Quia Deus creator & conseruator est non animæ tantum: verum etiam corporis. 2. Non anima tantum: sed & corpus precio sanguinis filij Dei redemptum est. 3. Spiritus sanctus non tantum animæ coniungitur: sed & corpora nostra sunt templa Spiritus sancti. 4. Sumus membra Christi, non tantum secundum spirituales hominem: sed & corpora nostra sunt membra Christi. 5. Non tantum anima habebit vitam aeternam: sed & corpora nostra suscitabuntur ad vitam aeternam. Et illis rationibus concludit nos esse Adiaphora & libera, quomodo quis corpore suo vti velit, sed glorificandum esse Deum, non tantum in spiritu, verum etiam in corpore nostro.

Opinione licentiæ, Satan libidinos suscit.

Ethnici. Simo Magus.

Gentes conuersas scortatione iudicauerunt ἀδιὰφορον.

Corinthios.

Argumenta Pauli contra libidines.

Tertio, tanta est immunditius spiritus impudentia, ut cum libidines suas, primum ex carnis & obduratis cordibus, obtulisset, & secundo, illas tanquam rem indifferentem vendidisset, tanquam non sit verius longius progredi, & ex ipsa etiam Scriptura, speciem conquirere, quam turpitudi-

Satan scripturatur turpitudinis libidinum prætextum quæ sunt.

suæ, tanquam rei non vitiosæ, sed bonæ & honestæ prætereret. Apocalyp. 2. fit mentio doctrinæ & vitæ Nicolaitarum. Historiâ autem describit Clemens, lib. 3. Stromatum, & Eusebius, lib. 3. cap. 29. Quod scilicet Nicolaus, vnus ex septem primis Diaconis, Actor. 6. cum pulchram haberet vxorē, & à quibusdam zelotypia vxoris ipsi obiiceretur, mulierem in medium produxerit, & se eam cōmunem velle omnibus facere dixerit. Addit autē vterque & Clemens & Eusebius, Nicolaum hoc fecisse ex simplicitate quadam, vt ita suspicionem Zelotypiæ à se remoueret, & specimen præberet, se non additū esse rebus huius mundi, sed ius se renunciare posse, cum scriptum sit: Qui nō odit vxorē suam, non potest meus esse discipulus. Item nemo potest duobus dominis seruire. Inde verò Nicolaitæ occasionem sumserūt fœdissimi sui dogmatis de promiscua confusione libidinum, quam nō tantum licitam, sed & bonam esse blasphemè disputarunt. Et non multo post ex Valentini schola tam tetra libidinum confusiones prodierunt, vt descriptiones earum apud autores nemo legere possit, quin totus cohorrescat. Extat etiam apud Clementem, li. 3. Stromatum, lōga narratio, de Carpocratis schola. Quia enim Christiani tunc Vigiliæ, hoc est, nocturnos cōuentus celebrabant, idēd, quia interdū, propter metum Tyrānorum, conuenire non audebant, & ibi cōiuiola pro pauperibus, quæ ἀγάπαι nominabantur, instruebāt. Carpocratiani, hanc cōsuetudinem imitati, ad nocturnas concenationes promiscuè, viri & mulieres, conueniebant, & post cœnā amoto lumine nefanda quæque exercebāt. Docebant enim licitum esse coire, quando velint, & cum quibus velint, & à mulieribus, tanquam obedientiam legis, exigebāt promiscuū concubitus. His enim verbis Clemens fœdas ipsorum libidines describit, atque argumēta etiam, quibus horrendas suas libidines defendere ausi fuerunt, recitat. Quia enim Scriptura commēdat communionem inter fratres, quæ deducit ad regnū cœlorum, ipsi *νομοβία* illam non fuerūt veriti interpretati de promiscua confusione libidinum, vt mulieres sint communes, sicut aeris vsus communis est. Clemens verò sciēdē vocat eos fratres non Christi, sed libidinis, & dicit *νομοβία* illam deducere non ad regnum cœlorum, sed ad prostibula, & ad communionem suam & hircorum.

Quidam ex Carpocratianis accedēs ad formosam virginē, dixit: Scriptum est, Da omni a te petenti: illa, vt quæ non intelligebat hominis petulantiam, modeste respondet. At tu matrē conuenias de matrimonio. Ad dictum verò scripturæ Clemens respondit: Quædā esse cōmunicabilia, vt est pecunia, cibus, veltitus, officia, operæ, &c. De corpore verò scriptū esse, 1. Cor. 6. Corpus non fornicationi, sed Domino. Itē, Nō estis vestri iuris, precio enim empti estis. Fertur dictū quoddam Matthiæ: Cū carne pugnare, & carne vtī, nihil ei impudicum largiēdo ad voluptatem, augere autem animam per fidem & agnitionem. Hoc verò dictum Carpocratiani ad spureitias suas ita mutilarunt: Animam esse augendam fide & cognitione: Carne autem vtēdum, hoc est si modo anima castificetur, 1. Pet. 1. nō referre apud Deum, quomodo corpore quis vtatur, Quia scriptum sit, Rom. 2. Ira & tribulatio, nō super corpus, sed super omnem animam, operātem malum.

Gnostici etiam abusi sunt hoc argumento: iusto non est lex posita. Item, nō sumus sub lege, sed sub gratia. Ergo prohibitiones sexti præcepti non ob-

ligant Christianos. Sed sicut domini sunt Sabbathi, hoc est, tertij præcepti quod tanquam ceremoniale iam abrogatum est, ita vouerunt Christianos dominos esse etiam sexti præcepti. Abusi sunt etiā illa sententia Pauli: In Christo non est mas aut fœmina. Item, quod Græca translatio habet, Mal. 3. Deo restiterunt, & salui facti sunt.

Clemens verò opponit has sententias, Rom. 5. Num peccabimus, quia nō sumus sub lege? Et Gal. 5. Ne præbeamus libertatem in occasione carnis, 1. Pet. 2. Libertas non sit velamen malitiæ: Nec verò post Apostolorū tantum tempora, sed ipsi Apostolis adhuc in carne viuētibus, talia à Pseudoapostolis in Ecclesia sparsa fuisse, ex Epistolis Petri & Iudæ manifestum est. Quāto verò zelo pro castitate cōtra turpitudines illas Apostoli pugnārint ostendit locus, Apocal. 2. Odisti opera Nicolaitarum, quæ & ego odi. Item, habes tenētes doctrinam Nicolaitarum, quod odi, 2. Pet. 2. Dominus eōs, qui post carnem in cōcupiscentia pollutionis ambulant, in diē iudicij puniendos seruat. Et Epistola Iudæ: Ignis æterni pœnā sustinebunt, qui carnem maculant. Nō autem institui hoc loco, iustam aut integram argumenti huius tractationem, sed hæc obiter adduxi, ea occasione, quia Tridentini Canones castitatem Deo placentem, non tam fœdis libidinibus opponunt, quam contra sacrum coniugium distinguūt. Volui igitur paucis ostendere, quod ab initio noui Testamēti, impurus iste Spiritus, non per honestū coniugium, sed per fœdas suas libidines, Euangelicæ castitati perniciosas insidias struxerit, idq; variis modis: & quā acri zelo Apostoli & primitiua Ecclesia, gladio Spiritus contra cōfusiones libidinum se opposuerint. Inde enim consequens est, omninō necessarium iam esse in Ecclesia, ad tuēdam veram castitatis sanctimoniam, homines non à coniugio deterrere, sed à cōfusione libidinum arcere per diuinas prohibitiones, comminationes, & exempla pœnarū. Cum quidem & mens reprobā in libidinibus, & persuasio licentiæ seu indifferentiæ, non minus perniciosè nūc grassentur, quā olim: imò cum iam in Italia potissimum, & quidem Romæ in ipsa sanctissimi (si Diis placet) Patris conspectu, lupanaria, hoc est, publicæ turpitudinum officinæ aperte prostent, & publicis vectigalibus elocentur. Ne dicam quod proximis annis ipsius Pontificis legatus, sicut Sleidanus scribit, edito publico scripto, horrendum illud vitium, propter quod Sodoma cum vicinis vrbebus, igne iræ diuinæ conflagrauit, & pro se defendere, & aliis commendare in publicam cōtumeliam loci, 2. Pet. 2. non fuerit vllō pudore, si nō Christiano, at saltem humano retractus. Et isti homines, de castitate contra matrimonium, decreta faciunt, scilicet non dissimiliter, sicut in antiquo prouerbio dicitur: Clodius de pudicitia.

CAPVT II.

AN CASTITAS RECTE DISTINGVATUR contra Matrimonium, quasi etiam in Coniugio non sit Deo placens castitas.

IN nono Canone castitatē matrimonio opponi manifestum est. Hæc enim sunt verba Canonis: Si quis dixerit, regulares, castitatem solenniter professos, posse matrimonium contrahere, &c. Item, posse omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eam vouerint, habere donum, Anathema sit. Sentiunt igitur castitatem coniugio violari, pollui & contaminari, in coniugio cōtra castitatē peccari. Cōiuges castitate

Nicolaita.

Valentiniani.

Carpocrates.

Argumenta Carpocratianorum.

Dictum Matthiæ.

Gnosticonum argumenta.

Pseudoapostoli.

Italia & s. Roma prostibula publica.

Impudētia legatus Pontificij.

Insidia Canonis Trid. de castitate.

Deo placente destitui. Quia verò differentia est inter castitatē, quæ in cœlibatu seruatur, & eam, quæ est in consuetudine cœiugali, posset quis cogitare, Canonē hoc tantū velle dicere: Coniuges non esse virgines. Sed longè aliud mysteriū est, ad quod antithesi illa, inter castitatem & matrimonium, alludūt. Multa enim à veteribus, & à recentioribus disputata sunt: statū coniugalem esse carnalem & immundū, cui illa, quæ Scriptura de castitate, pudicitia, mundicie & sanctimonia prædicat, nō possint cōuenire, sed in solo cœlibatu esse castitatem Deo placentē, ideò solas suas Virgines vocant Sāctimoniales impollutas. Hæc Tridentini patres apertis & disertis verbis ex professo forsā defendere nō audēt: quia tamen fundamentum hoc est virginitatis suorū regularium & cœlibatus Sacerdotum, rectè voluerūt illa antithesi inter cœiugium & castitatem seu sanctimonialem, ad veteres illos impietatis neruos alludere. Vident enim posito & concesso hoc fundamento, quòd in coniugio nō sit castitas, sponte inde consequi & stabiliri ea, quæ ipsi de sanctimonialium virginitate, & de sacerdotū cœlibatu, tradunt & defendunt. Nam casta placēt superis. Item, Casta Deus mens est, casta vult mēte vocari. Et castas pōdus iussit habere preces. Mysteriū igitur iniquitatis in antithesi ista inter matrimonium & castitatē inuolutum, ex collatione historiarum euoluemus, vt coniugio sua castitas & sanctimonia ex scriptura asferatur, & origo falsarum persuasionum de necessitate cœlibatus sacerdotum, & de meritis virginitatis regularium monstretur. Ad sequentia enim magnum hæc habebunt vsum.

Antithesis Canonis Trid. pat. fraudes detegit.

In puritate itaque vitæ cœlibis esse castitatē etiā ratio intelligit. In cōsuetudine verò coniugali piorum esse castitatem, pudicitiam, mundiciem, sanctimonialem, ratio videre nō potest. In solam enim cœiugū commixtionē oculos defigit. Sed doctrina est sacræ scripturæ propria & peculiaris, castitatem & sanctimonialem Deo placentē, esse etiam in consuetudine coniugali piorum propter ordinationem, cœiugū benedictionē, & sanctificationem Dei. Non igitur Ethnicorū dictis vel exēplis, nec ex rationis dictatis, aut externa specie: sed ex doctrina diuinitus patefacta formandū est iudiciū, de cœiugij castitate & sanctimonia. A qua regula cū veteres hæretici, & quidā etiā ex patribus dicerent, & rationis iudiciū sequerentur, ac externā tantū speciē consuetudinis coniugalis cōsiderarent, valde non tantum tenuiter, sed iniquè, imò contumeliosè & blasphemè de coniugio & senserunt & locuti sunt.

Scriptura castitatem etiā coniugio tribuit.

Cur nonnulli ex patribus cœiugio iniquo res.

Cum enim sub initium noui Testamenti, turpitudine & confusio detestandarum libidinum ex verbo Dei acriter damnarentur, & cōtra eas doctrina de castitate & sanctimonia ex scriptura diligēter & serio vrgeretur: videns impurus ille Spiritus, se hac ratione id, quod contra Euangelicam castitatē machinabatur, vbiq; & apud omnes efficere non posse (cum & Doctores in primitiua Ecclesia gladio Spiritus se fortiter opponerēt, & inter ipsos etiā Ethnicos honestiores, quiq; à confusione libidinum abhorrerent) in aliam se formam conuertit, & excitauit multos, qui cū vagas libidines rectè abominarentur, nimis in alteram partem deflexerunt, prætextu castitatis & sanctimoniae, damnantes etiā coniugalem consuetudinem, eò, quòd commixtio sexuū etiam in coniugio videretur res esse immunda. Puritas verò, castitas, pudicitia & sanctimonia, in solo cœlibatu iudicaretur esse. Et Marcion qui-

dem (sicut Clemens refert) à Philosophis & Poetis, qui semper iniquiores fuerunt cœiugio, seminaria suæ opinionis accepit, sed cū illi tantum molestias, quas hoc vitæ genus secum trahit, prætenderent, Marcion præterea addidit hanc blasphemiam: Ipsam commixtionem sexuum in coniugio esse peccatū: Imò ipsum opus generationis esse malum & à contrario Deo profectū, ideo sicut Tertullianus scribit lib. contra Marc. Neminem ad baptismum admittebant, nisi vel cœlibem, vel matrimonio & huius fructui renunciantem. Secundus quidam postea illam blasphemiam amplificauit, docēs, mulierem totam esse opus diaboli, viri verò inferiores partes ab umbilico eiusdem diaboli creationem esse, & ideo vtentes coniugio asseruit Satana opus implere, ita Epiphani. Tom. 3. lib. 1. hæresi 45.

Marcion.

Alij eandē blasphemiam hoc modo proponebant, sicut extat apud Clementē, cum plane nulla sit differentia inter cōmixtionem in consuetudine coniugali & in fornicatione, diabolus excogitasse discrimen, vt honesta matrimonij specie, turpitudine illa tegetur. Et contumeliosum hoc argumentū, totidem fere verbis etiā Tertullian. repetit, de exhortatione castitatis, vbi inquit, videtur esse matrimonij & stupri differentia, sed vtrobique est commixtio, Ergo inquis & primas nuptias damnas? Respondet: Nec immeritò, quoniam & ipsæ ex eo cōstāt, quod est stuprum. Ita Hieronym. etiam ex veterum hæreticorum lacunis, contumeliosam illam vocem hausit, quando dicit, hanc tantum esse differentiam inter vxorē & scortum, quòd tolerabilius sit vni esse prostitutam, quàm pluribus.

Secundus.

Tertullian.

Hieronym.

Et illi quidē veteres hæretici, quorum multi & varij fuerunt sectatores: coniugium tanquam rem prorsus immundā, & opus diabolicū, in vniuersum damnarunt, nec quenquā in coniugio posse saluari docuerunt. Tatianus verò qui & eruditione & auctoritate (fuerat enim Iustini martyris discipulus) pollebat, primò quidē iuxta Marcionis dogma, nuptias, tanquā institutionē diabolicam, prorsus damnauit, & pares eas fornicationibus & aliis corruptionibus fecit. Postea tamē animaduertens, si eius ipse siue sectatores eius id, quod Augustinus ex Epiphanio innuere videtur, nimis crassam esse hanc blasphemiam, cōuersus ad hypocrisin, cœpit sub prætextu castitatis, sanctimoniae & perfectionis, quā in cœlibatu cōstituebat, nuptias sigillare. Libro enim de castitate, sicut recitat Clemens, inscripsit titulū (de perfectione secundum seruatores) vt hic fuerit prætextus quòd in lege, veteri quidem populo concessum fuerit coniugium: Euāgelium verò excellentiorem doceat perfectionem. Et ideo sectatores ipsius appellarunt se *εγκρατῖτας*, quasi soli præcepta Euangelica de castitate & sanctimonia seruarent: Et ipsa hypocrisis de perfectione & castitate, multis cœpit arridere. Montanus enim publice docuit, in infirmis tolerari primas nuptias, licet non careant vitio, perfectius autem esse, etiam illas vel caueri, vel solui: Secundas verò nuptias simpliciter pro fornicationibus habuit. Quia verò testimonia scripturæ & præcipue Pauli manifeste huius opinionibus contradicebant: Tertullianus postea ausus fuit fingere paracletū Mōtani id, quod Paulus tenellæ adhuc Ecclesie infantie indulserat, adultiori iā abstulisse, & disciplinā perfectius astu in xisse. Et non veretur dicere: Si Christus repudium, quod Moses cōcesserat, abstulit, cur nō etiā paracletus id, quod Christus indulsit, tolleret? Quāquam igitur

Hæretici concessum in vniuersum damnarunt.

Tatianus.

Encratista.

Montanus.

Tertullian.

tur Marcionis, Tatiani, & reliquorum hæreticorū manifestæ & crassæ blasphemix cōtra coniugium, in Ecclesia non recipiebantur & probabatur: ex illa tamen hypocrisi, de qua iam dictum est, de perfectione, quodq; in cōiugio non esset vera castitas & sanctimonia, paulatim etiā in ipsam Ecclesiam zizania quædā irrepserunt, vt licet secundas nuptias cum Montano damnare non auderent, iniquiores tamen illis esse cœperunt. Clemens enim 3. Strom. dicit: Eū qui secundò contrahit matrimonium, nō quidem peccare contra legem: quia Paulus ex venia concedat, non tamen implere perfectionem Euangelij. Nazian. Primæ nuptiæ legis sunt. Secundæ indulgentiæ. Tertiæ præuaricationis. Et Cōcilium Næocesariense prohibet presbyterum interesse secundis nuptiis, & statuit non esse benedicendas. Origines in Lucam de secundis, tertiis & quartis nuptiis inquit. Non ignoramus, quòd tale cōiugium reiciet nos de regno Dei. Ita licet primas nuptias non damnarent, tamen cœlibatui adhærere cœpit persuasio perfectionis. Nam & Manichæi nō prorsus damnabant nuptias, auditoribus enim suis, vt plebeis & imperfectioribus eas concedebant: Electis verò suis (quos ita vocabāt) vt perfectioribus, omnino interdicebant vsū coniugij. Atque inde demū ipsi etiam patres, vt Origenes, Ambrosius, Hieronymus, disputare cœperūt, cœlibatum, propter castitatē & sanctimonia, melius conuenire ministerio Ecclesiastico, quàm cōiugium. Illa enim labes, quam Hieronymus Tatiano tribuit, in ipsa Ecclesia cœpit affricari coniugio: Qui seminat in carne è carne metet corruptionem.

Quomodo verò zizania illa in regno Pontificio aucta & ad oppressionem tritici euecta sit, postea ostendemus. Hoc loco digitum tantū ad fontem & originem intendisse sufficit. Et hæc historica commonefactio ostendet quid Paulus velit quando, 1. Timoth. 4. dicit doctrinam dæmoniorum prohibentem nubere, tunc multos inuenturam applaudores, quando in hypocrisi proponetur.

Vtilem autem esse iudico illā cōsiderationem, quibus argumentis contra cōiugium vsi sint veteres hæretici, & quomodo illa Tertullianus & Hieronymus à veteribus hereticis mutuati sint. Hæc enim collatio postea ostēdet, ex qua Topica desumpta sint Pontificiorum argumenta contra coniugium sacerdotum: Atq; ita manifestū euadet, eandē esse doctrinam dæmoniorū, 1. Tim. 4. in hypocrisi propositam, apud veteres & recentiores cōtempores & proscriptores coniugij. Collegit autē Clemens 3. Strom. longa Oratione plerūq; veterum argumenta, illa nos, vt collatio, de qua diximus, facilius possit institui, breuiter recensēbimus. Dicunt generationem pugnare cōtra charitatem proximi. Nō enim esse inducendos in mūdum alios, tam miserè infelices futuros. Item, in Ecclesia regnum mortis destructū est. Sed generatio præbet regno mortis nutrimentum, iuxta dictum, Rom. 5. Mors regnavit. Citant etiam ex Euangelio secundum Ægyptios, quod Salome interroganti, quousq; vigebit mors? Christus responderit, quoad vsque vos mulieres paritis, Salome excepit: rectè ergo ego feci, quæ nō peperit. Christus respondit, omni herba vescere, ea autem, quæ habet amaritudinem, non vescaris.

Item Luc. 20. filij huius seculi nubūt, post resurrectionem verò non nubent, sed similes erunt angelis Dei. Sed fideles spiritualiter iam resurrexerunt, &c. Clemens respondet per instantiam, er-

go post spiritualem resurrectionem etiam non deberent edere, bibere, dormire, &c.

Christus non duxit vxorem, & ipsius actio est nostra instructio. Clemēs respōdet, missus erat nō ad generationem, sed ad opus redemptionis: ipsum verò cōiugium, & doctrina, & miraculis approbavit.

Matt. 24. In diebus Noe, Luc. 17. In diebus Loth erant nubentes.

Matth. 24. Vx prægnantibus & lactantibus.

Citant etiam ex Euangelio secundum Ægyptios, veni ad dissoluendum opera scemina. Item, scriptū est, exite, immundum ne tangatis, mundamini, qui fertis vasa Domini.

Despondi vos vitovni, virginem castam. Qui cū mulieribus nō sunt coinquinati, sed virgines sunt, hi sequuntur agnum, qui in carne sunt Deo placere non possunt. Ad quod Clemens rectè respondet, Paulum etiam de coniugatis dicere, vos non estis in carne, sed in spiritu.

Tatianus dixit: Coniugatos seruire duobus Dominis, Deo & Satanæ. Nam 1. Cor. 7. propter orationem debent abstinere, sed propter incontinentiam, ne tentet diabolus, debent rursus conuenire. Consuetudinem ergo coniugalem soluere precationem. Ne vocaueritis patrem super terram. Ergo generatio est prohibita.

Cœlebs curat ea, quæ sunt Domini, &c. Respondet Clemens, vxor etiam, quando est de domo sollicita, potest hoc facere in Domino.

Luc. 14. vxorem duxi, non possum venire.

Tatianus in libro de castitate his argumētis vsus est: Christus Eunuchus vocat beatos, Mat. 19. Conuersatio vestra est in cœlo. Phil. 2. Non quæramus quæ suprâ terrâ, Col. 2. Qui seminat in carne de carne metet corruptionē. Gal. 6. Luc. 14. Qui nō odit patrē, vxorē. Esa. 56. De Eunuchis dabo illis nomē melius. Ad hoc postremū Clemēs respōdet, Meliores esse his, qui tantū externa professione se iactāt.

Item, Adam post lapsum primū cognouit Eua, maledictus dies, in qua natus sum. In peccatis conceptus sum. Ergo consuetudo cōiugalis est peccatum. Hæc ferè sunt hæreticorum argumenta contra coniugium, quæ apud Clementem extant.

Annotabo verò paucis etiam fontes refutationū, quas Clemens opponit. Inde enim intelligi poterit, quid Ecclesia tunc de coniugio senserit. Allegat illud, 1. Tim. 4. Vbi prohibitio cōiugij vocatur doctrina dæmoniorū, 1. Cor. 7. Alligatus es vxori, ne quæras solutionem. Ipsius Clementis verba hæc sunt: An reprobant etiā Apostolos? Petrus enim & Philippus filios procrearūt, Philippus etiā filias viris tradidit, Paulus vxorē suam vocat *σίλη*, Phil. 4. de qua inquit: 1. Cor. 9. habemus potestatem circūducendi vxorē, vt reliqui Apostoli, Porro affirmat Clemens etiā in matrimonio esse castitatem. Item, qui propter molestias educationis fugiunt matrimonium, eos dicit peccare contra charitatē. Vtitur etiā his testimoniis, 1. Cor. 7. Sancti sunt filij, sanctificatur mulier, vir, &c. 1. Timo. 5. Volo iuniores viduas nubere, 1. Tim. 4. Episcopum constituit, qui ex propria domo toti Ecclesiæ præesse meditatus sit, 1. Tim. 2. Salvabitur mulier per generationem,

Item, inquit: Apostoli docentes de castitate nūquam prohibent coniugium. Sunt & hæc eius verba. Quia Paulus dicit, conuenite rurtus in diem, ne tentet vos Satan propter incontinentiam, Ergo consuetudo coniugalis, etiam si non propter procreationem, sed ad vitandam vltionem seu fornicationem

Refutationes
argumentorū
quibus & si hæ-
reticis

Clemens.

Manichæi.

Argumenta
hæreticorum
contra mat-
rimonium.

Fons argumē-
torū, quibus
Pontificij cō-
iugium acer-
bissimè impu-
gnant.

Euangelij se-
cundum Æ-
gyptios.

cationem suscipiatur, tamen non est damnanda.

*Argumenta
defendentium
coniugium.*

Recitat etiam illorum, qui defenderunt coniugium, hæc fuisse argumenta. I. Ex naturæ constitutione. II. Quia scriptum est, crescite. III. Patriæ causa, vt successorem in suum locum quis constituat. IIII. Propter adiutorium vt in morbis, &c. Hæc quia non inutilia fore arbitrabar breuissimè annotare volui. Possunt enim iudicium in grauissima hac controuersia rectè formare.

*Argumenta
Tertul. contra
coniugium.*

Porro addeamus breuiter etiam Tertulliani & Hieronymi argumenta, contra coniugium.

Tertullianus ad vxorem: Quale quæso hoc bonum est, quod mali comparatio commendat. Vt idèdè melius sit nubere, quia deterius sit vri. Sic dicitur, melius est vno oculo carere quàm duobus. Item, quod permittitur suspectâ habet permissionis suæ causam: Duæ species humanæ imbecillitatis nuptias necessarias faciunt, concupiscentia carnis & seculi, sed vtraque repudianda est seruis Dei.

Item, quod necessitas præstat, depreciat ipsa. Sed carnem legimus infirmam, & hinc nobis impèsius adulamur, legimus tamen & Spiritum firmum. Si ergo Spiritus carne fortior est, nostra culpa inferiora sectamur. Idem de exhortatione castitatis: Ex indulgentia est quicquid permittitur: ea autem venit de voluntate inuita, id est, non probante. Non est nunc locus istius vocis, crescite, &c. sed tempus in collecto est. De Monogamia negat locum Pauli, 1. Cor. 9. de circumducenda vxore, intelligendum esse de coniugio Apostolorum, cum tamen Clemens ex antiquitatis sententia hoc affirmet. Item, nō potes capere, quia non vis, posse enim te, si velis ostēdit, quia tuo arbitrio vtrunque proposuit. Est & hoc Tertulliani argumētum: Qui videt mulierem ad concupiscendam eam, adulterium committit coram Deo. Ergo magis qui videt ad ducendam, & maximè, qui ducit, coram Deo adulterium committit. Item, in libro de velandis virginibus, cōsuetudinem coniugalem vocat communem contumeliam, quod etiam Hieronymus repetit.

*Argumenta
Hieronymi.*

Hieronymi argumenta hæc sunt:

Si bonum est mulierem non tangere: ergo malum est tangere: nihil enim bono contrarium, nisi malum. Si autem malum est, & ignoscitur, idèdè cōceditur, ne malo quid deterius fiat. Locum, 1. Tim. 2. ita deprauat: tūc saluabitur mulier, si tales genuerit filios, qui virgines permansuri sunt, si quod ipsa perdidit, recuperet in liberis, &c. Similiter etiā locum, Roma. 6. finis illorum mors, ita deprauat: Puto, quod & nuptiarum finis mors sit, fructus autem sanctificationis, qui vel ad virginatē vel ad continentiam pertinet, vita pensatur æterna. Tractans illam sententiā, vt vacetis orationi, &c. inquit: Orote, quale illud bonum est, quod orare prohibet, quod corpus Domini accipi nō permittit. Semper orandum, igitur nunquam coniugio seruiendū. Et huc torquet dictum Petri, ne impediatur orationes vestræ. Quando impleo officium mariti, non impleo Christiani. Dicit etiam Paulum secundum veniam loqui de nuptiis, sicut etiam de illo qui incestum commiserat, inquit: Si quid donastis, & ego, &c. De loco, Matth. 24. Væ prægnantibus, inquit: Non hic scorta damnantur, sed vteri tumescentes, infantum vagitus, fructus atq; opera nuptiarum. Item, nuptiarum finis mors est. Virginitas verò pertinet ad vitam æternam. Nuptiæ terram, virginitas cælū implet. Omnia fermè loca Scripturæ de carne & spiritu, de sanctificatione, de renouatione, de e-

mundatione ad cœlibatum, contra coniugium torquet. Et dicit aduersus Heluidium, non negamus maritatas sanctas mulieres inueniri, sed quæ vxores esse desierint. Dicit etiā Paulum obliquè damnasse nuptias. Nā lib. 5. Cōment. in Ierem. inquit: Si propter angustiam temporis habentibus vltus vxorum tollitur, quantò magis nō habentibus, ne accipiāt, imperatur. Et contra Iouinianum illud, 1. Cor. 7. Ego verò vobis parco, ita exponit: Tātum recenseo tribulationem carnis: taceo autem, quæ damnatio maneat coniugatos in futura vita, vt infirmis parcam, qui iam sunt in matrimonio: quam deprauationem textus Augustinus multis refutat in libro de sancta Virginitate. Possem plura & ex aliis etiam scriptoribus addere, sed non est huius instituti integram illorum certaminum historiā texere. Hæc enim ideo tantum adduxi. I. Vt viam ad sequentia præstruerem, quomodo scilicet à veteribus hæreticis Montanistæ, à Montanistis ex patribus quidā, argumenta arripuerunt, quibus postea & meritum Virginitatis, & Cœlibatum sacerdotum, in ipsa Ecclesia pro articulis fidei stabilire conati sunt. II. Vt ostenderem ipsam necessitatem flagitare, vt nō de Virginitate tantum declamaretur in Ecclesia, sed vt coniugio etiam afferatur & vindicetur castitas, pudicitia, mundicies & sanctimonia, quam Spiritus sanctus in Scriptura ipsi tribuit.

CAPVT III.

CASTITAS IN CONIUGIO.

Ethnicorum igitur sententiis, Hæreticorum blasphemias, Patrum quorundam iniquitati, & privato rationis humanæ iudicio opponendæ sunt castæ, pudicæ & sanctæ appellationes, quas Scriptura coniugio tribuit. Inde enim certò potest colligi, quo loco Spiritus sanctus consuetudinem coniugalem habeat, & quid velit nos in Ecclesia de ea sentire & loqui. Ostendunt autem testimonia Scripturæ, Deum tanti facere institutionem & ordinationem suam in cōiugio, vt etiā in hac corrupta natura, consuetudinem coniugalem, in qua leges coniugij nō violantur, maximè si cōiuges sint credentes, pronunciet esse ἀγνείαν, castitatem, puritatem, σωφροσύνην continentiam seu pudicitiam, ἀγιασμόν sanctimoniam, ἀμύλαρον mundiciem, quæ iniquationi & pollutioni opponitur, πύλον, quod non fœdū ac turpe, sed honore dignum est, 1. Thess. 4. Meminerit quisq; vas suū possidere in sanctificatione & honore, non in passione concupiscentiæ, sicut & gentes, quæ Deū non nouerunt. 1. Cor. 7. Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem. 1. Tim. 2. Si manserit in fide ac dilectione & sanctimonia cū castitate. Vt enim ostendat se in illo loco loqui de consuetudine coniugali, disertè nominat generationē liberorum. Ebræ. 13. Honorabile coniugium in omnibus, & cubile impollutum. Aliud verò est cubile extra coniugium. Rom. 13. Non in cubilibus, Matth. 19. vocatur coniunctio diuina, Ephes. 5. Paulus dicit: coniunctionem viri & vxoris magnum esse mysterium in Christo & Ecclesia. Tit. 2. hortatur adolescentulas, vt viros suos ament, filios diligant, sint castæ, sobriæ, &c. 1. Pet. 3. mulieres sint subditæ viris, vt considerantes castam conuersationem, &c. Et memorabile est exemplū, cum Nicæna synodus vellet nouam legem statuere, ne Clerici consuetudinem haberent cum vxoribus propriis. Paphnutius cōfessor, qui erat expers nuptiarum, exurgens, contradixit, honorabiles confessus nuptias,

*Appellatio-
nes quibus
scriptura cō-
iugium or-
nat.*

*Paphnutius
de castitate
coniugij.*

nuptias, & affirmans consuetudinem cum propria vxore esse σωφροσύνην pudicitiam seu castitatem. Ex illa Paphnutij oratione potest colligi, quo prætextu, & propter quas rationes, synodus voluerit coniugij vsum sacerdotib. interdicere. Quia scilicet castitas requiratur in ministris. 1. Timoth. 4. Et quia turpitudine cōsuetudinis coniugalis nō deceat ministerium, his imaginationibus Paphnutius opponit suā confessionē ex verbo Dei, q̄ in ipso etiam cōiugio sit pudicitia & castitas Deo placens. Extat etiam Athanasij exhortatio ad Heremitas circa Alexandria, qui contendebāt, tantūm in cōlibatu esse castitatē. Ostendit autem etiā in coniugio esse castitatem, ita etiam cum Hieronymus matrimonium tam flagitiosa contumelia affecisset, Augustinus ex scriptura appellat castitatem coniugalem & pudicas nuptias, de sancta virginitate, ca. 20.

Athanasius.

Augustinus.

Non autem appellationes tantūm in testimoniis Scripturæ obseruandæ sunt. vt 1. Cor. 7. Consuetudinem coniugale piæ matronæ, etiam cum viro infideli non polluere conscientia. Et 1. Thessal. 4. inquit: Volūtas Dei est, & c. 1. Tim. 2. dicit: Fidem, dilectionem & sanctificationem simul posse esse in cōsuetudine coniugali. Rom. 13. Cubilia recenset inter opera tenebrarū, in quibus Christus non inducitur. Sed Ebr. 13. Concubium coniugalem (ita enim νόμιμ vsurpatur, Rom. 9.) dicit esse impollutum. Et ne quis existimet corā hominibus tantūm haberi impollutum, mox in antithesi addit: Scortatores autem & adulteros iudicabit Dominus. 1. Petr. 3. Vxoribus, quæ maritis subditæ sunt, tribuit timorem Dei, interiorem seu nouum hominem, incorruptionem, spiritum mitem, spem in Deum, & id, quod coram Deo est preciosum.

Hæc rectè obseruata, monstrant grauissimas causas, quare in Ecclesia retinendū & defendendū sit Spiritus sancti illud dogma, quod pudicitia & castitas sit etiam in consuetudine coniugali. Postea ex hisce fundamentis etiam ostendemus, veteres non habuisse veras causas, cur sacerdotibus coniugium phiberent, quasi scilicet Spiritus sanctus, timor, dilectio, fides, pura conscientia nō possit esse in consuetudine coniugum. Illa enim omnia, sicut ostendimus, Scriptura tribuit ipsis nuptiis.

Collatio etiam ostendet, quā longè à castimonia linguæ & sententiæ Spiritus sancti discedant & exorbitent veterum quorundā dicta, quæ citātur 33. quæst. 2. Vt connubia legitima carent quidē peccato, non tamen tēpore illo quo coniugales actus geruntur, præsentia spiritus sancti dabitur etiam si Propheta videatur esse, qui officio generationis obsequitur. 33. q. 4. Quicumq; vxori debitum reddit, vacare nō potest orationi, nō de carnibus agni comedere debet. Item, si panes p̄r positionis ab his, qui vxores suas tetigerant, comedi non poterant, quantò magis panis qui de cœlo descendit, nō potest ab his, qui coniugalibus paulò ante hæfere complexibus, violari atque contingi. Ibidem Gregorij sententia extat, Romanorum semper ab antiquiorib. vsus fuit, post admixtionem propriæ vxoris, lauacri purificationem quærere, & ab ingressu Ecclesiæ paululū temperare, & c. Idem Gregorius 1. Dialogorum, ponit tale exemplum: Mulier quæ in nocte cognita erat à viro, mane veniens ad profectionem, à diabolo fuit arrepta. Non addā refutationes, si enim nudè & simpliciter hæc veterum dicta ad Spiritus sancti sententias, supra notatas, conferantur, res plana erit.

Sententia quorundam ex veteribus contra coniugium cum scriptura pugnantes.

Porro necessariò addenda est hæc cōmone factio, esse quandam differentiam, inter castitatem consuetudinis coniugalis, quæ futura fuisset ante lapsam, & quæ iam in hac corrupta natura post lapsum est. Epiphanius lib. 1. Tom. 3. hæresi 45. dicit: Appetitiones in natura à Deo infitas esse, nō propter ἀτοπίαν, sed ob vsum bonum & necessariæ utilitatis ordinem. Et addit: Quare & ipsam appetitionem concupiscentiæ corporis nō ἀτοπίαν esse affirmauerim. Est enim ad παιδοποισίαν ἐν σεμνότητι data ad hoc, vt impleatur illud, Crescite & multiplicamini, fuisset igitur etiam in integra natura appetitio sexus ad sexum, sed ibi sine flammis & incēdio libidinis, fuisset opus sanctissimum & purissimum.

Discrimen castitatis cōiugalis in natura integra & corrupta. In natura integra.

Nunc per peccatum, nobilissimū illud opus generationis, qd̄ verè est creatura Dei, leprā libidinis (sicut Lutherus vocat) infectū est. Et quando Scriptura consuetudinē coniugum vocat castitatem & sanctimoniā, non ita interpretemur, quasi flammæ illæ concupiscentiæ sanctificentur in coniugibus, vt sint res bona, pura, & sancta, Nā primi patres statim post lapsum loca generationis texerūt, cū ἀταξία, insolitā antea, ibi sentirēt: Et Deus ipse tunicas ipsis addit. Paulus etiā, 1. Cor. 12. vocat mēbra ἀμώτερα καὶ ἀόχμονα, quæ tegēdo honoranda sunt. Distinguedū igitur est ipsum opus, quod per se bona creatura Dei est, à vicio & ἀταξία concupiscentiæ, quæ per peccatum accessit. Nam scriptura vtrūq; tribuit coniugibus, & ἀρρασίαν 1. Cor. 7. & castitatē, 1. Tim. 2. Coniugij autem honestate, sanctitate & puritate, propter Dei institutionem & benedictionē, obumbratur & tegitur accessoria illa ἀταξία, ita vt credentibus non imputetur, sed consuetudo coniugalis, licet iam nō sit tam pura, sicut ante lapsum futura fuisset. (Non enim sit sine incendio libidinis) tamen coram Deo, & in conspectu eius sit castitas, sanctificatio, puritas. Coniugiū enim nūc post lapsum, est quasi vmbraclū, quo multæ, vt sic dicam, ineptiæ maritales teguntur, vt credentibus non imputentur, sicut Lutherus in Gen. 26. cap. pulcherrimè hoc disputat, fol. 382. Pij igitur coniuges, vt castitatem in consuetudine coniugali seruent, primò discant cogitare de flammis, incēdio, & ardore libidinis, nec cogitent esse rē per se bonā, & Deo placentem, sed statuant si intra limites coniugij contineantur, Deum credentibus ea non imputare, sed tolerare, dissimulare, ignoscere, & sicut Lutherus elegantissimè huc accomodat verbū illud, Act. 13. τροποφορεῖν. Secundò cogitandū est cōiugibus etiam illud Pauli. 1. Thess. 4. Vt possideant vas suum non in τῶν ἐπιθυμίας, sicut Gentes. Sicut enim Petrus vxorem vocat vas infirmum: ita locus iste Pauli non ineptè de vsu coniugis exponitur, vt pij coniuges non indulgeant furori beluinæ libidinis, sicut Gentes, sed moderentur & frenent τὰ καὶ ἐπιθυμίας, vt honorabile sit coniugium, & cubile impollutum. Et sicubi excesserint, petent illud non imputari, sed ignosci.

In natura corrupta.

Creatura Dei ab ἀταξία in coniugio discernenda.

Augustinus, vt Hieronymi sententiam aduersus coniugium, pro sua modestia, dissimulato authoris nomine, eò commodius refutaret, ponit tria bona coniugij. Primò, Bonum fidei, quia neuter coniugum habet potestatem sui corporis, sed obligantur ad debitum benevolentia, ne alter alterum fraudet. Secundò, bonum prolis iuxta benedictionem diuinam, Crescite. Tertio, Bonum Sacramenti, quia est copula indissolubilis. Et sicut Christus diligit Ecclesiam: ita maritus vxorē, & c.

Augustinus docet implet bonum coniugij.

*Scholasticus de
conjugali
consuetudi-
ne.*

Et per hæc bona dicit excusari concubitum coniugalem. Extant etiam proluxa disputationes apud Scholasticos, quâdo cōsuetudo conjugalis sit meritoria, quando sit peccatum veniale, quâdo mortale, scilicet, quando sit vel causa procreandorum liberorum vel vitandæ fornicationis, vel quando quæritur delectatio, & exceditur moderatio. Clemens etiam 3. Strom. disputat de congressu cū conge prægnate, vel lactante priusquā infans ablaçetur. Et extant de hac quæstione etiam veterum disputationes, lib. 4. sentent. dist. 32. Et apud Gratianū 33. quæst. 4. Sed ex huiusmodi disputationibus, quæ ex nostris consequentiis sine expresso verbo Dei textuntur, plerunq; neçtantur laquei conscientiarum. Rectius igitur conscientia erudiuntur ex illis Scripturæ fundamentis, de quibus diximus. Nam & Clemens inquit, quia Paulus dicit: Rursus convenite, ne tentet vos Satan, *ὁ δὲ τὸ ἀπαρτὶν*: idèd matrimoniorum finem honestum & licitum, etiã alium esse, quàm procreationē liberorum. Et Longobardus rectè dicit: Ante lapsum coniugiū fuisse tantum officium, nunc verò esse etiam remedium. Idèd Solomon, Prov. 5. & Eccles. 9. inquit: Lætare cum vxore adolescentiæ tuæ, &c. Semper tamen pij coniuges agnoscant *ἀγαθὴν* illam, de qua etiam ratio erubescit, quæ per peccatum accessit, vt supra diximus. Moneri itaq; debent coniuges propositis hisce Scripturæ dictis. i. Thessa. 4. Quisq; vas suum possideat in sanctificatione & honore, nō in passione concupiscentiæ sicut Gentes. i. Pet. 3. Cohabitare vxoribus secundum scientiã, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, ne impediantur orationes vestræ. Itè, quòd Sara inquit: Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, num voluptati operam dabo? Et i. Cor. 7. Ne fraudetis vos inuicem, nisi ad tempus, vt vacetis ieiunio & orationi. Sed quia Deus coniugibus secundum veniam, vt Paulus inquit: multa indulget, quæ tamen non excedunt limites coniugij, & indulget, ppter ea, sicut Paulus inquit: ne tentet vos Satan, propter intemperantiam vestrã. De quibus igitur nō extat manifesta prohibitio diuina, inde disputando ex nostris nudis consequentiis, non debemus conscientias laqueos facere. Hactenus igitur ostendimus, castitatem non esse coniugio opponendam, quia Spiritus sanctus affirmat in ipso cōiugio esse castitatem, pudicitia & sanctimoniam.

DE VIRGINITATE SEV COELIBATV.

*Commenda-
tionem coniu-
gij non dam-
natur celi-
batu, & vi-
duitas.*

QVÆ hactenus de castitate, pudicitia & sanctimonia in cōsuetudine conjugali ex verbo Dei attulimus, non eam habent sententiam, quasi necessariū sit omnibus hominibus sub periculo salutis in coniugio esse, aut quasi genus vitæ cœlibis per se sit prohibitum, impium & dānatū, ita vt nec virgo, nec vidua, etiam si Dei dono possent continere, in illo vitæ genere bona conscientia perseuerare & saluari possint. Certū enim est ex verbo Dei, vtrumq; genus vitæ Deo probari, & coniugium & cœlibatum, siue in virginitate, siue in viduitate. Sicut enim de coniugio hoc iam demonstrauimus: ita Christus & Paulus affirmant, ab illo præcepto (Crescite & multiplicamini. Item, quisque habeat suam vxorē, &c.) excipi quosdam, qui scilicet donum continentia à Deo habent. Ac si fideles & pij sunt, affirmat scriptura, ipsos in puritate vitæ cœlibis sanctos esse, curare quæ sunt Domini, adherere & placere Domino, ac hæredes esse

regni cœlorum, Matt. 19. i. Cor. 7. Rēcipimus igitur, probamus & repetimus Ecclesiæ Catholicæ confessionem, quæ extat in Concilio Gangrensi, & apud Epiph. lib. 2. Tom. 1. hæresi 48. Sancta Dei Ecclesia virginitatē cum humilitate admiratur & glorificat, viduitatem laudat, & nuptiarum castum vinculum honorat & suscipit. Scortationem verò, adulteriū, & alias libidines interdicit, abominatur & damnat, &c. Non ergo cœlibatum ipsum per se, sed periculosas superstitiones, & impias opiniones, quas hypocrite cœlibatui præter & cōtra scripturam affixerunt, taxamus, reiicimus & damnamus. Quia verò magna & confusa est colluies errorum in cœlibatu Pontificio, de præcipuis capitibus eo ordine dicemus, quem ratio explicationis Tridentinorū Canonum nobis subministrabit. Et collationem inter cœlibatum ac coniugiū, de qua Canon decimus loquitur, primò examinabimus:

*Quid in do-
ctrina Pon-
tificiorum de
cœlibatu,
damnetur.*

C A P V T I.

IN QVIBVS CASIBVS, QVO SENSU, ET
propter quas causas, coniugium aliquando aequetur,
aliquando anteponatur cœlibatui.

ANimaduertat quæso Lector, quam insidiosè verba decimi Canonis sint posita. Anathemate enim suo illos iugulat, qui statum conjugalem non tantum æquant, verum etiam anteponunt cœlibatui. Et hæc eo artificio ita nudè & inexplicatè posita sunt, vt ij, qui certaminum horum temporum ignari sunt, vel non præmoniti quid in controuersia positum sit, existiment, nostras Ecclesias non immeritò damnari, cū talis opinio sit Iouiniana hæresis, ac expressè, dixit, & aduersa, quòd dicitur, fronte pugnet cum manifestis sententiis Pauli. i. Corint. 7. Qui matrimonio iungit, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Item, Beatior autem erit, si sic permanerit secundum meum consilium. Necessitas igitur efflagitat, vt inuolutæ illæ generalitates euoluantur, atq; ita candido & pio Lectori, in clara luce monstraretur verus disputationis status, & quid propriè in controuersia sit positum, quando nostri contra Pontificios, locum comparatorum inter cœlibatum & coniugium, tractant.

*Insidiosa ge-
neralitas Can-
onis Trid.*

Pontificij igitur, quando de causa finali, & de merito virginitatis vel cœlibatus disputant, quo consilio, quo sine, quo respectu, & propter quam causam suscipiendus & seruandus sit cœlibatus, palam docent: idèd suscipiendum & seruandum esse cœlibatum, quia sit satisfactio pro peccatis, & meritum remissionis peccatorum gratiæ Dei, salutis & vitæ æternæ. Et ne conquerantur falsò sibi hoc tribui, euidenter demonstrabimus hanc esse Pontificiorum de cœlibatu doctrinam. In forma enim absolutionis Monasticæ, inter cætera hæc ponuntur verba: Rigor Religionis, meritum ordinis (cuius pars est cœlibatus) cedant tibi in remissionem peccatorum, & in præmium vitæ æternæ. Item, quando sit solennis emissio voti de paupertate, obedientia & castitate, Episcopus respondet: Et ego promitto tibi regnum cœlorum, & vitam æternam, si hæc seruaueris. In Rosario allegatur hæc sententia Thomæ: Religiosus tantum facit donum Deo in sua professione, quòd per id cōsequitur indulgentiam plenariam omnium suorum peccatorum à pœna & à culpa. Citatur ibi & alia sententia Thomæ. In vitis Patrum legitur, quod eandem

*Pontificia
Virginitatis
causa finalis.*

Confirmatio.

Rosarium.

Vita Patrum. eandem gratiam consequantur, religionem intrātes, quam consequuntur baptizati. Et author Rosarij Bernhardinus addit: Religiosus semper, quādo recitatur se fecisse professionem: & de hoc est contentus, & de nouo eam faceret, si non fecisset, qualibet vice consequitur indulgentiā plenariam omnium peccatorum. Et ne Tiletanus meus excipiat, hæc vetera & iam exoleta esse, eandem cantilenam repetunt illi etiam, qui iam in hac luce Euangelij diuinitus accensa, regni Pontificij patrociniū suscepserunt. Albertus Pighius enim cōtroversia 14. de votis monasticis, de tribus votis substantialib. Monachus, exertis verbis dicit: Illa eligimus & facimus ea opinione & confidentia, quia existimamus illis nos prouocare Dei erga nos misericordiam, gratiam & benevolentiam promereri. Item, Monastice assumitur à profitentibus, quia creditur valere ad satisfaciendum pro peccatis, utque per eam impetremus diuinam gratiam & misericordiam. Item, castrant se propter regnum Dei assequendum, & propter diuinam promerendam erga nos gratiam. Vnde versus:

Inclita virginitas cœlos quæ dote mereris,

Cum thalamis Christi, consocianda places.

Petrus à Soto. Petrus à Soto, qui Tridenti in Concilio mortuus est, in confessione sua Catholica dicit: Virginitatem seu cœlibatum, coram Dei tribunali magni meriti, excellentiorē & sanctiorem esse coniugio, quia scilicet sit satisfactio peccatorum maxima, & meritum vitæ æternæ, hæc enim sunt ipsius verba.

Et dignū est obseruatione, cum Hieronymus in Epistola ad Paulū, de obitu Blesillæ filix, dixisset. Secūdo, quodāmodo propositi baptismo se lauit, licet de proposito interpretetur & addat quodammodo, ac de huiusmodi suis hyperbolis ipse dicat, Rhetorici sumus, & in modū declamatorū paululū lusimus, tamen posteri eandē gratiam professioni Monasticæ adscriperunt, quā Scriptura baptismo tribuit. Et quanquā Bernardus, qui aliquid lucis habuit in articulo iustificationis, quæsierit mitigationē qualemcunq; impij illius *αἰτίματ* cum inquit de præcepto & dispensatione, Audire vultis à me, vnde inter pœnitentiæ instituta monasterialis disciplina meruerit hæc prærogatiuā, ut secūdū baptismum nūcupetur, arbitror ob peritiam mundi renūciationē & spiritualis vitæ excellentiā, &c. Bernhardinus tamē in suo Rosario, & alij Monachi, mitigationē illam non recipiūt, sed sicut verba sonāt, interpretātur de consequēda plenaria remissione omnium peccatorū, per professionem Monasticas, quod quidem in illis, non vsq; adeo mirandum est propter turpissimas illius temporis tenebras. Hoc verò prodigiū est, quod hoc tēpore Petrus à Soto non veretur, & quidē Catholico nomine, fœdissimam illā Baptismi contumeliā pbare & defendere: Vota Monasticas scilicet æquialere Baptismo, idēd, quia sint magna satisfactio pro peccatis, vnde quandoq; & quidē frequētius, plena omnium peccatorū satisfactio esse possint, quod ad immunitatē à pœna futuri seculi pertinet, verba enim eius recito. Et quanquā ringantur Pontificij, quando loquimur de luce Euangelij hisce postremis temporib. diuinitus accensa: verissimū tamē esse ipsi experiuntur, quod simplices laici, & quidē pueri etiā, in doctrina Catecheleos rectē instituti, exhorrescāt, quando blasphemias hasce voces audiūt. Si enī Paulus de operib. legis, hoc est, quæ diuinitus mandata sunt, pronūciat: Si ex lege iustitia, Christus frustra mortuus

est, Nos multò iustiori dolore, non tam conqueri quam exclamare possumus, Si cœlibatus & reliqua monastica vota, quæ præceptum Domini non habent, sunt satisfactio pro peccatis maxima, promerentia plenariam remissionem omnium peccatorum, regnum Dei & vitam æternam, sibi igitur & frustra Christus mortuus est. Item, Si professio cœlibatus, & reliquorum votorum æquialet Baptismo, quo ad plenariam remissionem peccatorum, & à culpa & à pœna, exinanita igitur est fides, & Euangelij promissio vnā cum Sacramentis abolita est. Nec necesse est addere operosam refutationē harum contumeliarum. In prima enim parte in loco de iustificatione, ex clarissimis Scripturæ fundamentis fontes refutationum monstrati sunt.

Tantum igitur statum controuersix inter Pōtificios, & nostros de collatione inter virginitatem & coniugiū formabimus, qui ex iis, quæ a notauimus, hic erit. An virginitas excellētior & melior sit coniugio, corā tribunali Dei, ita, ut nō coniugium, sed cœlibatus sit satisfactio pro peccatis maxima, promerens gratiā Dei, plenariā remissionē peccatorum omnium, regnum Dei & vitam æternā. Ad hanc verò quæstionem nō nos, sed Scriptura respondet: Nec coniugium, nec cœlibatū, sed sanguinem Filij Dei esse propiciationem & satisfactionem perfectam, solam & vnicam pro peccatis nostris. 1. Ioan. 1. Nec cœlibatu, nec cōiugio, sed fide in nomine Christi, qui mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustitiam nostram, credētes accipere remissionem peccatorum, salutem, & vitam æternam, Act. 4. & 10. Ioan. 20. Sicut igitur Petrus coniugatus, fide per gratiam Dei, propter solius Christi satisfactioem & meritū, coram tribunali Dei iustificatur & saluatur, Act. 15. Ita & Paulus cœlebs, non suum cœlibatum tribunali Dei opponit, sed fatetur se iustificari & saluari gratis per Dei gratiā propter redemptionem Christi fide in sanguine ipsius, Rom. 3. Coram tribunali igitur Dei, in articulo iustificationis & saluationis, cœlibatus non est excellentior, melior aut præstantior coniugio, sed in hoc pares seu equales sunt, cœlebs & coniugatus, quod sicut coniugatus, ita & cœlibem, si velit coram Deo iustificari, oportet credere in eum, qui iustificat impiū, ut nec cœlibatus, nec coniugium, sed fides ipsi imputetur ad iustitiam, & beatitudo tam cœlibis quā coniugati in eo cōsistat, quando Deus iustitiā imputat sine operibus. Rom. 4. Imò si iudicio Dei fidelis coniugatus mortem & obedientiā Christi: Cœlebs verò suum cœlibatū, tanquam propiciationē, satisfactioem & meritū ad iustitiā & saluationem opponat, hic certē fidelis coniugatus, isti Pharisæico cœlibi in hoc casu iure & meritò longē anteponitur: Rectē enim huc accommodatur illud Pauli, Gal. 5. Euacuati estis à Christo, & gratia excidistis qui cœlibatu iustificamini.

Hæc Tridentini Patres sciunt in controuersia esse, quando de collatione virginitatis & coniugij disputatur. Hoc enim casu, hoc sensu, & hoc modo fidele & humile coniugium nostri aliquando æquant, aliquando anteponunt superbo cœlibatui. Sed si explicatē hoc proponerent, vident pium Lectorem sententiam illam improbare non posse: Nec forsā clarē profiteri audent Pighianas & Asoticas illas blasphemias, de quibus dictum est, & tamen neruos retineri cupiūt. Hanc ad rem accommodatissimum visum fuit illud artificium, ut **Canō in genere & inexplicatē dānaret eos, qui cōiugium**

Status quæstionis huius.

Pronunciatio Scripturæ.

Quo sensu cōiugium aut æquetur aut preferatur cœlibatui.

*Sententia no-
stra Geruſa-
tis habet te-
ſtimonia.
Concilium
Gangrenſe.*

Augustinus.

ugiū anteponunt cœlibatui. Nec verò nostri vel primi, vel soli de tali exequatione, in hoc casu cœlibatus & cōiugij, locuti sunt. Gangrēse enim Cōciliū, Can. 10. prorsus eodē modō lancit: Si quis ex his, qui virginitatem propter Dominū seruant, extollitur aduersus cōiugatos. Anathema sit. Et Can. 12. hoc explicat: Si quis virorū propter continentiam, quę putatur, amictu pallij vtitur, quasi per hoc habere se iusticiam credens, &c. Et Augustinus in libro de sancta virginitate, multa quidem disputat de præcellentia cœlibatus, de qua postea dicemus, grauissimè tamen virginū superbiam efferentium se contra coniugatos reprehendit. Et cap. 26. concludit ipsam vitam æternā, & ipsum regnum cœlorum, communiter, & ex æquo dari omnibus, & coniugibus & virginibus, qui fide gratis per redemptionem Christi iustificantur. Et cap. 40. modestè, inquit: Vos genus electū, & in electis electius, virginei chori, tequentes agnum, etiam vos gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ne quis extollatur. Cap. 49. dicit etiam ad virgines pertinere. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, seducimus nos: Sed si confiteamur delicta nostra, fidelis & iustus est, vt dimittat nobis peccata nostra, &c. Item, Si peccauerimus aduocatū habemus apud Patrem, Iesum Christum, iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Et cap. 52. dicit ad virgines, iustitiā vestram nolite statuere sed Deo iustificati vos submitte. Falsum igitur & contumeliosum in Christum est, fingere cœlibatum esse satisfactionē pro peccatis maximam, promerentem plenariam remissionem omnium peccatorum & vitam æternā. Sed reliqua etiam, quę in hac dispositione, de collatione inter cœlibatum & coniugium, cōtrouertuntur, persequamur: vtq; eò breuius ea perstringere possimus, in certa capita illa conferemus.

*Secundus er-
ror Pontifici-
orum, quod
cœlibatum
vocant statū
perfectiōis,
& opus se-
pererogatio-
nis.*

*Bernhardi-
nus.*

Hieronimus.

Secundò, Ex falsa persuasione de præceptis & consilijs fingunt se per cœlibatum plus supererogare, quàm perfecta legis obediētia requirat. Ideò coniugium vocant statum imperfectiōis, cœlibatum verò statum perfectiōis. Nec inani tantum vocabulorum strepitu ludunt, sed propter illam, non tantum perfectiōis, sed supererogationis persuasionem sui merita & opera supererogationis vendunt, communicant, & applicant aliis, qui sunt in statu imperfectiōis, Hinc Bernhardinus in suo Rosario fingit Monachos & Sāctimoniales substantiā lib. suis votis, nō pro suis tantum peccatis, verum etiā pro fundatorum & aliorū benefactorum peccatis satisfacere. Et Hieronymus libr. 1. aduersus Iouinianum, non veretur ex turpi deprauatione loci Paulini 1. Timo. 2. asserere, mulierem saluari per cœlibatū liberorum, hoc est, Sanctimoniales suo cœlibatu nō sibi tantum, sed & parentibus promereri salutē, & vitam æternam, quam illi alias consecuturi non essent, eò quod in legitimo coniugio liberis operā dedissent. In hymno etiam de virginibus canūt, huius obtentu Deus alme nostris parce iam culpis, vitia remittens, &c. Ad hanc opinionem iterum accommodetur status controuersi: An scilicet cœlibatus coniugio præferendus sit ita, & ideo, quod possit pro aliorū etiam peccatis satisfacere, & aliis etiam vitam æternam promereri. Hic si dicam, Solum Christum pro peccatis nostris satisfecisse, & sanguine suo nobis acquisuisse salutem & vitam æternam, atque ideo sicut nec coniugio, ita neq; etiam cœlibatui hoc tribuē-

dum esse: Rectè quidem in hoc casu, & Scripturis consentaneè cœlibatū & coniugium ex æquo auro: sed minus adhuc quàm verum est, dixerō. Debeo enim iuxta Scripturam dicere: Si quis hac persuasionē & hac confidentia cœlibatum suscipiat & seruet, vt ira pro aliorum peccatis satisfaciat, & aliis promeretur vitam æternā, eum non tantum fidei coniugato longè postponendum: sed esse manifestè contumeliosum & blasphemū in mortem & obediētiā vniū nostri propiciatoris & Saluatoris Iesu Christi. Quare igitur Tridentini patres nō explicatè dixerunt in suo Canone, (Si quis in hoc casu & hoc modo dixerit, coniugium anteponendū esse cœlibatui, anathema sit) si persuasiones illas probant? Aut si non probant, quare sententiam suam non distinctè declarant? Sed hinc animaduertat lector, quid generalitatibus illis in decimo Canone inuoluere voluerint patres isti.

Tertio, Multa Scripturæ dicta, quę communiter & ex æquo ad omnes fideles pertinent, Pontificij ad solum cœlibatū detorquet, & fideles coniugatos inde excludūt, vt 2. Cor. 11. Despondi vos vni viro, virginē castam exhibere Christo. Ose. 2. Despondabo te mihi in sempiternū in iustitia & iudicio, in misericordia & miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide, Ies. 61. Induit me vestimentis salutis, & indumento iustitię circumdedit me quasi sponsam ornatam monilibus suis. Matt. 25. Virgines intrant cū spōso ad nuptias agni. Et quę similia dicta de sponsa Christi in Scriptura extant, vt Iohan. 3. Ephe. 5. Psal. 45. Apoc. 21. & in Cantico Canticorū: ea Monachi ad solum cœlibatū detorquent. Num verò metu Tridentini anathematis concedemus, cœlibatū meliorē esse coniugio, ita & ideo, quod soli cœlibes exclusis cōiugatis illis Scripturæ dictis comprehendantur? Atqui si hoc fecerimus omnes fideles coniugatos excludemus ab Ecclesia, à iustitia, misericordia, salute, & ab hæreditate regni Dei. Desponsatio enim illa fit inter Christū & Ecclesiā, in iustitia, & misericordia, induit vestimentis iustitię & salutis, & collocat sponsam in communionē hæreditatis filij Dei, sicut dicta illa Scripturæ ostēdunt. Absit autem hoc, Petrus enim fideles coniugatos expressè vocat coheredes gratiæ. Quicquid igitur Pontifex sæuo suo Tridente fulminet, nos liberè & intrepidè cum Scriptura dicimus, fideles coniugatos, cū sint membra Christi, non minus esse Christo spiritualiter desponsatos, quàm virgines credentes. Non enim vel coniugio, vel cœlibatu, sed fide per miserationes Dei, Christo desponsamur, Ose. 2. Imò rectè addimus fidei & humilem coniugem, quę non ex operibus, sed fide ex gratia, ppter Christū, iustam & saluā se esse statuit, longè anteponendam esse superbe virgini, quę non fide ex misericordia, sed propter meritum suę virginitatis se sponsam Christi esse statuit. Quod si hanc sententiā Tridentini patres damnauerint, possunt eadem opera vniuersam scripturam damnare.

Eadem ratione, præcellentiā cœlibatus pro coniugio Pontificij explicaturi, dicta Scripturæ de sanctificatione, de emundatione ab inquinamento, de deponendo veteri homine & induendo nouo, de renouatione Spiritus, & ne conformemur huic seculo, nec secundum carnem viuamus, sed secundum Spiritum ambulemus, & similia ad solos cœlibes seu virgines accommodant. Extant hæc apud Hieronymum, libr. 1. contra Iouinianū, & repetuntur in multorum Monachorū scriptis:

*Violenti ad-
horum scri-
ptura abuso
& deprava-
tio.*

scriptis: Vnde etiam vſitate iſtis appellationes fluxerunt, quod cœlibes vocant ſanctimoniales & ſpirituales. Coniugium verò appellant ſtatum ſecularem & carnalem. Hic certè analogia fidei nō potest concedere, cœlibatum propterea anteponendum eſſe coniugio, quia ſoli cœlibes, & nō coniugati, licet fideles, ad commemorata illa Scripturæ dicta pertineant. Ita Roſarium dicit, virginitatem præſeruare ab interitu damnationis æternæ, & in eius figurâ præcepiſſe Deum. Num. 31. Iud. 21. Mulieres, quæ cognouerunt viros, interficite, virgines autem reſeruate. Marullus dicit: Moſen, quia coniunx fuit, non potuiſſe ingredi terram promiſſionis. Iofuâ verò propterea, quia cœlebs fuit, hoc datū fuiſſe. Et quia hæc figura fuit requiei in vita æterna. Ebr. 3. Manifeſtum eſt, quid inde ſequatur. Neſcio verò, an patres Tridentini hoc modo, hoc ſenſu, & propter hanc rationem, palam auſint cœlibatū coniugio antepone- re: Et tamen generalitas Canonis anathema fecit omnes, qui Monachorū opiniones de præcellentia cœlibatus, non per omnia pbant.

Quartò, Apud ſcholasticos vſitatum eſt illud axioma, & prolixè repetitur in Roſario. Opera quæ in religione Monastica (cuius fundamentum ſunt tria illa vota, cœlibatus, paupertatis & obedienciæ) ſunt, etiã minima, vt ſtare, dormire, ſedere, comedere, &c. meliora & præſtantiora eſſe coram Deo, quàm maxima opera, vel primæ vel ſecundæ tabulæ, quæ à coniugatis etiam in fide ſunt. Sit iudiciū penes pium & cordatū lectorem, cum minima & quidem adiaphora Monachorū opera, vt comedere, & quæ comestionem ſequuntur, tantopere efferant. An Monachi crepitus melior ſit corā Deo, oratione fidelis coniugati? Ego enim hæc iſtorum Monachorum verbis tantum recito, vt Lector eo facilius de artificio io. Canonis indicare poſſit.

Quintò, Auguſtinus non audeat virginitatem Ba- ptiſtæ præferre coniugio Abrahæ. Sed ſcio quid reſpondeat: Cœlibes ſcilicet noui Teſtamenti non præferri coniugibus veteris Teſtamenti, vbi Eunuchi ſeu cœlibes, vix pro mèbris Eccleſiæ habebantur: Sed quando in nouo Teſtamento, inter ſe comparantur cœlebs & coniugatus, tunc illū huic præferri. Quæro igitur non, an virgo Ethnica Chriſtiana coniugi ſit poſtponenda, hoc enim planum eſt. Sed quæro, an cœlibatus craſſi & præpinguis Monachi, melior & præſtantior ſit coniugio Petri. Lucæ, Philogonij, Spiridonis, Patris Nazianzenæ, Hilarij, &c. qui coniugati fuerunt? Non ſauè arbitror.

Auguſtinus certè modeſtè inquit, de virginitate, cap. 44. Quis neſciat obedientem mulierem inobedienti virgini præponendā: Sed quando ambæ ſunt obediens præceptis Dei, itane trepidabit ſanctā virginitatem, etiã caſtis nuptiis, & continentiæ præferre connubio? Imò verò non dubitet hanc rem illi rei præponere. Hic tamē vel hæc virgo obediens, & Deum timens, illi vel illi mulieri obediens, & Deum timens, ſe anteferre non audeat, alioqui non erit humilis, & Deus ſuperbis reſiſtit. Et cap. 51. Fidenter dico, nec mihi ne irascantur timeo, quos vt mecū ſibi timeant ſolicitus moneo, facilius ſequentur agnum, ſi non quocunque ierint, certè quouſq; potuerint, cōiugati humiles, quàm ſuperbientes virgines, &c. Non itaq; in genere inter quouſq; cœlibes & coniuges, conſtituenda eſt prærogatiua ſeu excellentia cœlibatus. Et in collatione illa, non ad cœlibatū tantum & coniugium, ſed ad fidem & ad cæteras virtutes, quæ

vel in cœlibe vel in coniuge ſunt, reſpiciendū eſt.

Et hæc præcipue in controuerſia ſunt, quando de collatione inter cœlibatum & coniugium diſputatur, quæ hoc loco per capita annotare volui, vt lector inde intelligat, quibus caſibus, quo ſenſu, & propter quas rationes, noſtri aliquando diſputent & contendant, vel cœlibatum exæquari cum cōiugio, vel coniuges antepone- dos virginibus. Si quis enim de controuerſijs, quæ inter noſtros & inter Monachos, de hac materia agitantur, non ſit præmonitus, & legat nudè ac in genere, eſſe quosdam, qui auſint coniugium æquare virginitati, imò qui non vereantur coniugium antepone- re cœlibatui, vel turbabitur, vel clamabit Iouiniano peiores eſſe hæreticos.

Et hoc ipſum ſpectauit generalitas. io. Canonis. Sed ex iis, quæ annotauimus planum & manifeſtū eſt, eſſe fallaciam à dicto ſecū- dum quid, ad dictum ſimpliciter. Et permittatur hæc quæſtio cuius pio Lectori, ſecundum analogiam fidei examinanda & diiudicanda, an in illis caſibus, in eo ſenſu, & propter illas cauſas, ſicut Monachos ſentire & loqui oſtendimus, cœlibatus coniugio, eo modo ſicut Monachi volunt, præferendus ſit coram tribunali Dei.

CAPVT II.

QUOMODO, QVO SENSU ET PROPTER QUAS CAUSAS, Paulus cœlibatum præferat coniugio.

IN collatione coniugij & cœlibatus, alterū præferri alteri manifeſtè ſunt Pauli ſententiæ 1. Cor. 7. Qui iungit matrimonio bene facit: Qui non iungit melius facit. Itē, beator erit, ſi cœlebs manſerit. Varias autem hæc collatio peperit diſputationes omnibus temporibus. Et de Pontificiis quidē iam diximus. Oſtendunt autem hiftoriæ, temporibus Ambroſij & Hieronymi, etiam ſpargi cœpiſſe ſeminaria illius perſuaſionis, quaſi virginitas id eo præferretur coniugio, quod eſſet meritum remiſſionis peccatorum, ſalutis & vitæ æternæ. Illam enim perſuaſionem (cum Ambroſius & Hieronymus fermè eò alludere viderentur, Auguſtinus de ſanctâ virginitate modeſtè, ſed tamen graui- ter reſutat. Et Iouinianus forſan voluit falſam illam perſuaſionem reprehendere, ſed ſi vera ſunt quæ de ipſo ſcribuntur, nimium deſlexit in alteram partem, vel tollens proſus illas Pauli ſententi- as, melius facit. Item, beator erit, vel propter externa tantum commoda, & propter Epicuræum ocium, cœlibatum præferens coniugio, cum Paulus dicat vt ſit ſanctus, & adhæreat Domino. Auguſtinus & Hieronymus ſcribunt, Iouinianum docuiſſe, virgines & maritatas ſi ſint baptiſatæ, & non diſcrepent cæteris operibus, eiſdem eſſe meriti. Auguſtinus verò ſatis oſtendit, non de merito ſalutis & vitæ æternæ controuerſiam fuiſſe. De virgin. cap. quadrageſimo, Sed quod Iouinianus gradus cœleſtium remunerationum, pro diuerſis bonis rectè ac piè collocatis, negarit & ſuſtulerit. Ita enim epiſtola Mediolanenſis Eccleſiæ apud Ambroſium Iouiniani errorem deſcribit. Atque hos errores Eccleſia rectè damnauit in Iouiniano, quod propterea dico: Solent enim Pontificij noſtras Eccleſias (quia meritum remiſſionis peccatorum, & vitæ æternæ cœlibatui detrahunt, & ſoli Chriſto tribuunt) inuidia Iouinianismi onerare, quam tamen nec planè nec rectè deſcribunt. Sed Iouinianum relinquamus

Abuſus dō-
ctorū Pauli

Iouinianus
certamen

17
18
19

mus

Bernhardus
1111.

Marullus.

Scholasticorum
axioma.

Auguſtinus
de collatione
coniugij &
cœlibatus.

Quarū in col-
latione cœli-
batus & con-
iugij reſpe-
ctus habentur.

mus suo iudici, ac de re ipsa dicamus. Certum autē est, sicut in præcedentibus ostensum est, cœlibatū præferri coniugio, non idē nec ita, quasi sit opus, quod magis mereatur remissionē peccatorum, salutem & vitam æternam, vel quod possit inter peccata nostra, & inter iudiciū Dei, tanquā propiciatio seu satisfactio, opponi. Hæc enim opinio cōrumeliosa est in filiū Dei, tollit fidē, & abolet promissionē. Collatio igitur virginitatis & coniugij, de qua Paulus loquitur, non pertinet ad articulum iustificationis & saluationis, id quod Augustin. etiā expressē fatetur de virginitate, capite quadragesimo, quadragesimo nono, & quinquagesimo secundo. Sed tamen negare non potest, Paulum conferre cœlibatū & coniugium, non vt paria, sed ita vt cœlibatū præferat. Hoc verò quo sensu accipiendum sit simpliciter ex Scriptura explicabimus.

Primò, Quando status conjugalis, & status cœlibatus inter se conferuntur, tunc Paulus dicit: Qui matrimonio iūgit, benè facit, qui nō iungit, melius facit. Non autē idē & ita, quasi solus cœlibatus sit status bonus, mundus, & Deo placens: Coniugiū verò sit status malus, immundus, & Deo abominabilis. Vterq; enim status bonus, impollutus est, & Deo placens. Sed quia vtrūq; est donū Dei, 1. Cor. 7. Apologia Cōfessionis Augustinæ dicit: Sicut in reliquis donis Dei, donum dono præstat, ita virginitas donum est præstantius coniugio, Lutherus in 1. Cor. 7. dicit, Paulum statum virginum vocare beatiorē, quā coniugum, non autem coram Deo in articulo iustificationis & saluationis, sed ppter alios fines, de quibus mox dicemus: Ita, quia Paulus vtrumq; genus vitæ vocat vocationem diuinam, & inter reliquas etiā vocationes discrimen est, rectè dicitur, vocationem diuinam ad cœlibatū, esse præstantiorem vocatione ad coniugium. Augustinus de virgin. cap. 44. dicit, continentiam præferri connubio, hoc est, hanc rem illi rei præponi, cap. 46. Multa sunt dona & aliis alia clariora ac superiora, singulis singula, cap. 45. Diuinæ gratiæ multa sunt munera, & est aliud alio maius ac melius, dicente Apostolo, æmulamini dona meliora. Et hoc est, quod Ambrosius dicit: Honorabile coniugiū, honorabilior virginitas. Considera autē modestiā Augustini de virgin. ca. 44. Rem quidem rei, & donum dono præfert, non tamen idē vult, virginem coniugi se antepone, alioquin nō esset humilis, & Deus superbis resistit, quia omnia sunt Dei dona, quæ nō nisi examine tentationis declarantur. Et ca. 46. dicit: Alter donis potioribus, sed paucioribus, alter inferioribus, sed pluribus fluctuosus est.

Secundò, Cœlibatus à Paulo præfertur coniugio, principaliter ppter fines viles & præstantes. Cœlibatus enim nō est ex eorū genere, quæ per se & sua natura sunt cultus Dei, sicut est fides iustificans, verus timor Dei, dilectio, &c. Sunt enim etiā inter Ethnicos & infideles virgines, sunt in Ecclesia & fatuæ virgines, quæ audiunt: Non noui vos. Et nota sunt Augustini dicta: Quid prodest integra caro, mente corrupta. Itē, melius est humile coniugiū, quā superba virginitas, Et cœlibatus sine charitate nihil est. Cœlibatus igitur ex eorū genere est quæ referuntur ad aliud: Nam sicut Augustinus inquit de bono conjugali, cap. 9. Quædā bona propter se ipsa expetenda sunt, vt sapientia, salus, quædam propter aliud expetuntur, vt ieiunium, tunc probatur, quando eò refertur, vt carnis petulantia coerceatur & mortificetur, ne actiones Spi-

ritus interturbet. Ita cœlibatus in Scriptura commendatur in personis idoneis, non quod per se sit cultus Dei, sed laudatur ppter finē vtilem. Ita Hieronymus li. 1. contra Iouinianū, Circumcisio nihil est, & præputiū nihil est, sed observatio mandatorum Dei. Ita nihil prodest absq; operibus, vel cœlibatus, vel nuptiæ, &c. Et Nazianzenus, de funere sororis in hanc sententiā disputat: Nec nuptias ppter naturā propriam esse fugiendas, nec virginitatem propter naturam propriā extollendam, sed mentē esse, quæ & nuptiis & virginitate, vel bene vel malè vtatur. Et quidē finis superstitiosus potest cœlibatū, non inutilem tantū, verum etiā damnabilem reddere. Qui enim cœlibatū eligit, propterea, quod coniugiū tanquam rem impuram detestetur, illum Paulus dicit, non tantū nō placere Deo, sed sequi doctrinam Dæmoniorum, 1. Tim. 4. Et qui Epicuræi tantū ocij causa præfert cœlibatū. Item, qui abstinēt à coniugio, idē tantū, vt molestias œconomicas fugiat, illū Clemens, lib. 3. Stromatum, rectè dicit, peccare contra charitatē. Qui verò cœlibatū suscipit & seruat ea opinione & fiducia, quod sit propiciatio pro peccatis, & meritum vitæ æternæ, ille cum cœlibatu suo blasphemat meritū sanguinis Filij Dei, vt supra ostensum est, Ita Matt. 19. Christus distinguit Eunuchos, qui enim natura tales sunt, quando non veros & pios fines sibi proponunt, ipsorū cœlibatus certè per se non est cultus Dei. Qui verò ab hominibus castrati sunt, si tantū politicum illum finem, sicut olim in custodiendis gynecæis vsitatum erat, se detentur, illorū certè cœlibatus, non pertinet ad illas sententias Pauli, quibus cōmendat cœlibatū, 1. Cor. 7. Idē Christus ex fine iudicandum docet de cœlibatū, cum inquit: Quidam castrant se propter regnum cœlorum, de qua sententia postea dicemus. Esaias etiā cap. 56. dignitatem Eunuchatus non ex se æstimat, sed inde h fœdus Domini teneant. Et Paulus 1. Tim. 5. dicit: Viduam si cœlibatū suum non referat ad verum finem, sed ad ocium & delicias, viuentem esse mortuam. Ex his manifestum est, in doctrina de cœlibatu, non tam de eius præcellentia declamandum, quā hoc agendū esse, vt veri eius fines rectè constituantur & obseruentur. Præcipua igitur cura esse debet, vt cœlibatū verus finis, vnde dignitas & præcellentia eius æstimeretur, constituantur. Non autem quisq; sibi fingere debet peculiare causas finales, etiam si hoc fiat bona intentione: Quia scriptum est: Non faciatis singuli, quod vobis rectum videtur. Deuteron. 12. Item frustra colunt me mandatis hominum, Matt. 15. Quis hæc requisit de manibus vestris? Mat. 1. Et quod Paulus scribit, Coloss. 2. de cultibus electiis. Ex Scriptura igitur petendæ sunt veræ causæ finales, propter quas cœlibatus commendatur, & in credentibus, quando personæ sunt idoneæ, Deo probatur. Item, Scriptura nullibi dicit, cœlibatus hunc debere esse finē, vt sit satisfactio peccatorum maximæ, & meritum vitæ æternæ coram tribunali Dei, sicut A sotus impudentissimè loquitur. Honor enim propiciationis pro peccatis, & meriti vitæ æternæ, soli obedientiæ & sanguini filij Dei redemptoris & saluatoris debetur.

Veras autem causas finales cœlibatus Paulus 1. Cor. 7. hoc ordine recenset & explicat. I. Existimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Non autem simpliciter dicit, bonū, vt opponatur malo, hoc est, vitio seu peccato, sed ad iur-

Quare Virginitas coniugio anteponatur.

Virginitas donum præstantius.

Propter quod præstantes fines Virginitatis.

Vera causa finalis cœlibatus. Præsentis necessitatis.

Præsentem necessitatem.

καλὸν τὸ ἀνθρώπῳ, quod ipse mox explicat per συμφέρον, hoc est, commodum & vtile est homini. Nec verò loquitur Paulus de ocio Epicuræo, quod delicias huius mundi sectatur, & fugit molestias, quæ vel ob confessionem Euangelij, vel in secunda tabula charitati imponuntur, vel in societate vitæ cōmunis obiciuntur, quasi ideò cœlibatus Deo placeat, & cōiugio præstantior sit, sicut Augustinus & Clemens rectè disputant: Sed præsentem necessitatē intelligit, pericula persecutionū, propter Euangeliū, principaliter, deinde etiam reliquas aduersitates, quæ in vitæ communis negotiis obiciuntur. Hebraicum enim *וְיָצֵא* quod hostilem coarctationem & oppugnationē significat, Græci reddiderūt per *ἀνάγκη*. Tunc igitur in tanto & Ethnicorum & Iudæorum odio contra Euangelion, Christianorū ceruicibus, singulis momentis, quasi imminēbat, eiectione, proscriptio, direptio facultatū, vincula, infamia, & omnis generis persecutiones. Nec illorum tantum temporū, talis fuit cōditio: sed quia Euangelion est verbum crucis, omnibus temporibus crucē & persecutionem secum trahit, non tantum quò ad Doctores, sed & omnes, qui viuere volunt, persecutionē patientur, 2. Tim. 3. In tali igitur necessitate Paulus dicit. Cœlibatum esse expeditiorē, ad perferenda onera & calamitates exilij, vinculorū, persecutionis, &c. Sæpe enim in persecutionib. animi fiāguntur cōspectu & recordatione vxoris, liberorū, & integras familias in exilio circūducere, aspiciere spoliatas, notatas infamia, expositas periculis, &c. sæpe in infirmioribus animum remissiorē facit ad confessionem. Quidam præsentem necessitatem sic intelligunt, quia, in exordio nascentis Ecclesiæ nō inueniebantur tot Christiani, cum quibus matrimonium contrahere possent, cogebantur sæpe infidelibus nubere, vt propter illam eius tēporis necessitatē potius suadeat cœlibatum. Sed Paulus nō de illo tantum tempore loquitur, sed complectitur totum cursum vitæ omnium piorum, omnibus tēporibus in hoc mundo. Militia enim vita hominis super terrā, quia præter persecutiones piis cum variis calamitatibus & aduersitatibus in hac vita cōflictandum est. Et communes etiam calamitates seu tribulationes, Græci interpretes reddiderūt *ἀνάγκη*, Psal. 31. quas Saulus vocat *ἐπιβώσους*, quod semper quasi immineant ceruicibus piorum in hac vita. Quia vero inferenda cruce sæpe plus excruciantur animi cogitatione de vxore & carissimis liberis, quā ipsa calamitate, vnde patientia & obediētia in cruce sæpe languidior fit. Dicit igitur Paulus, propter talē necessitatem, cui præ ceteris hominibus pij expositi sunt, cœlibatum in personis idoneis expeditiorē & commodiorē esse. Et qui donum illud habet, & hoc sine cœlibatum eligit, recte facit. Qui vero donū continentia non habet, vel iam alligatus est vxori, non debet propterea vel vri, vel querere solutionem ab vxore. Sed sit tanquā non habens vxorem, tanquā non flens, inquit Paulus, hoc est, non ita addictus sit, vel vxori vel liberis, vt propterea, vel confessionē in persecutione, vel patientiam in cruce abiiciat. Ac sciat etiā in coniugio sibi non defuturum auxilium Dei, ad tolerandas persecutiones & alias calamitates, cū quidem, sicut Paulus inquit, habeat vocationē Dei ad coniugium. Et quo magis arduum & difficile hoc opus est in coniugatis, eo etiam illustrior est ipsorū confessio in persecutione, & patientia in cruce, sicut multorum coniugatorum exempla hoc ostendunt.

Secundam causam finalem cœlibatus, Paulus his verbis constituit: Coniugati tribulationem carnis habebūt, ego autem vobis parco. Item, Velim vos esse sine solitudine. Intelligo autem hoc loco tribulationem, quod in ipso coniugio multæ obiciuntur molestiæ & difficultates in cohabitatione cum coniuge (ita enim Petrus totā conuersationē vocat) in educatione liberorum, in gubernatione familiæ, &c. in re familiari, vel paranda vel conseruanda, in tanta negociationum deprauatione, &c. Ab his solitudinibus liberiores sunt cœlibes. Coniugati vero si sint infirmiores, sæpe illis difficultatibus succumbunt, ita, vt lapsu aliquo præoccupentur, sicut Paulus inquit. Cogitat quæ sunt mūdi, vt coniugi placeat. Et cum non omniū eadem sit fortitudo & robur, dicit Paulus: Ego parco vobis, velim vos esse sine solitudine: Nō autem vult Christianos esse ita delicatos, vt communia onera huius vitæ fugitent, vel tanquam Epicurei de grege porci, tantū cutem suam, sine honesta aliqua solitudine vocationis, curent, sed vocat *ἀπέειπες*, qui illis difficultatibus, quæ mentē distrahūt, & multis sunt occasio ruinæ, nō sunt expositi: Qui igitur habet donū cōtinentiæ, si ineligendō cœlibatu, hūc finē sibi proponat recte facit. Reliquis vero, qui donum à Deo habent ad coniugiū & vocationem ad difficultates illas, quæ coniugiū comitantur, subeūdas, proposita est doctrina: Vt qui habet vxores sint tanquā nō habentes, qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Proposita etiam est consolatio, Deum inter difficultates coniugales, sua gratia & auxilio non defuturū petentibus. Ideo enim Paulus donū Dei vocat, nō tantum continentia in cœlibatu, verum etiam vt coniuges inuicem in fide, dilectione, & sanctificatione cū castitate, 1. Tim. 2. Et hoc loco inquit, quisq; habet suum donū, vnus sic, alius autem sic. Item, sicut cuiq; Deus distribuit, sicut quemq; vocauit Dominus, ita ambulet. Et sicut difficilius est pugna, ita victoriā etiam inter coniugij molestias illustriorem esse præ cœlibatu, Clemens pulchre disputat. 1. 7. Strom. Verē enim coniugium schola est progymnasmatū, patientiæ, consolationis, fidei, spei, charitatis, &c. Loquitur autē Paulus principaliter de impari, moroso, & difficili cōiugio. Neq; enim oblitus erat, quibus verbis Scriptura, dulcissimā mediocriter commodi coniugij, cohabitationē describat, Gen. 2. Faciamus ei adiutoriū, qd sit coram ipso. Prou. 12. Mulier diligens corona est viro. 18. Qui mulierem inuenit, bonum inuenit & hauriet iucunditatem à Domino. Et quæ prolixè describuntur, Prouer. 31. & Eccl. 9. Perfrueret vita cum vxore, quam diligis cunctis diebus vanitatis tuę, hæc enim est pars in vita & in labore tuo. Prouer. 5. Latere cum vxore adolescentiæ tuę, &c.

Tertiam causam finalem, Paulus his verbis ponit: Coniunx curat ea, quæ mundi sunt, vt viro placeat. Cœlebs vero curat ea quæ sunt Domini, vt Deo placeat, vt sit sancta corpore & spiritu. Item, vt indiuisse adhæreatis Domino, &c. Coniugium enim valde multa habet auocamenta. Et sicut Lutherus inquit: In multa aliena à verbo negocia diuiditur, non potest semper intendere lectioni, interesse publicis congressibus, precibus, &c. Sæpe à cogitationibus primæ tabulæ distrahitur ad curas rei familiaris. Cœlibes vero expeditius & liberius instare possunt verbo Dei & orationi, die ac nocte. Hæc sunt Lutheri verba. Item, ad Apostolatū, cuius vocatio generalis, ad omnia loca extendebatur, ex-

*Vita àuspe-
myos.*

*Vt sint ad pi-
etatis exerci-
tia expeditio-
res.*

pedior erat cœlibatus, præcipue verò de impari coniugio Paulus loquitur. Si enim contingat coniunx, vel infidelis, vel non studiosus pietatis, multa sæpe dissimulantur, omittuntur, vel designantur in gratiam coniugis, ne offensiones oriantur: velle autem Paulus Christianos esse *apures*, hoc est, non diuersis cogitationibus & studiis distrahi à cultibus primæ tabulæ: vult igitur Paulus finem cœlibatus hunc constitui, vt qui habet donum illud, omnes cogitationes, curas, studia & actiones, Domino, & exercitiis pietatis, sine auocamentis huius seculi, addicere possit. Quos verò Deus ad coniugium vocauit, cogitent ne curis huius seculi tanquam spinis præfocentur, sed primum querant regnum Dei, & iustitiam eius, deinde sciante etiam operibus secundæ tabulæ Deo cultum præstare, quia secundum mandatum simile est primo. Nullo modo autem hæc est Pauli sententia, quasi nemo in coniugio possit curare quæ sunt Dei, Domino adhærere, & sanctitatem corporis, & spiritus habere, sed loquitur de iis, quæ plerumq; accidunt, sæpius enim & cœlibes, negotiis seculi implicantur. Quod verò piæ etiam coniuges sint sanctæ, & curæ quæ sunt Domini, Scriptura manifeste tradit, 1. Pet. 3. 1. Tim. 2. Quodq; maritos lucrifacere possint Domino, 1. Cor. 7. 1. Petri 3. Et Clemens 3. Strom. dicit: Etiam nupta, & de iis quæ sunt mariti, & de iis quæ sunt Domini, sollicita est in Domino vt sit sancta & corpore & spiritu. Nazianzenus de funere sororis suæ: Carni conglutinari, nequaquam separat à spiritu. Item, nupta parum per mundo ministrat & naturæ, seu illi potius, qui naturæ legem hanc tulit, Deo, &c. Et in corporis quidam sanctitate discrimen est, commixtio enim coniugum, non fit sine ardore libidinis: Sed tamen etiam vasis tribuitur sanctificatio in coniugio, 1. Thess. 4. Et Origenes vellet quidem locum in principio, Rom. 12. ad virginitatem solâ contorquere, sed addit correctionem, quia videmus nonnullos Sanctorum, aliquos etiam Apostolorum habuisse coniugia, nõ vsquequaque possumus de sola virginitate sentire. Et addit, Coniuges pios posse etiam corpora sua exhibere hostiam sanctam Deo placentem. Et econtrâ, Virgines vitiiis mentis maculatas, non ex sola virginitate corporis offerre hostiam sanctam, Deo placentem.

Hoc ergo modo Paulus & recenset & describit causas finales cœlibatus, qui in Scriptura commendatur & Deo in personis idoneis probatur. Christus verò hæc omnia complectitur vno fere verbo eum inquit: Qui se castrant propter regnum cœlorum. Quia verò vocabulo regni cœlorum intelligitur in Scriptura, vel æterna beatitudo, vel ministerium Euangelij, & exercitia fidei, poenitentia, pietatis, inuocationis, Matth. 13. Rom. 14. Pontificij ita interpretantur illam sententiam, quod cœlibatus sit meritum vitæ æternæ, quam sententiam falsam & blasphemam esse antea ostendimus. Sed quia Scriptura nõ est priuata interpretationis, habemus interpretem omni exceptione maiorem. Paulus enim absque dubio, illa Christi verba interpretari voluit, quando finem cœlibatus statuit. 1. Cor. 7. Curare quæ sunt Domini, & sine distractione adhærere Domino. Hæc enim ad regnum cœlorum pertinent. Manifestum igitur est ex Pauli explicatione, quid in illis verbis, Matth. 19. Regnum cœlorum significet. Castrant se igitur propter regnum cœlorum, vt in cœlibatu expeditiores sint curare quæ sunt Domini, siue in ministerio verbi, siue in aliis exercitiis

pietatis. Sicut autem credentes totius pietatis & omnium actionum finem non constituunt, in hac caduca & transitoria vita, sed respiciunt ad futuram vitam. In hanc sententiam, etiam in prima significatione, Brentius existimat, non incommode dici. Castrant se propter regnum cœlorum, sicut etiam Augustinus disputat de virginitate, cap. 12. & 24. Modò nõ assumatur cœlibatum esse vel meritum vitæ æternæ, quod iudicio Dei opponi possit. (Hic enim honor soli Christo & eius merito debetur) vel esse applicationem, ea enim est fides & est communis virginibus & coniugatis.

Porro Augustinus multa disputat de præmiis, seu de remuneratione pij cœlibatus in futura vita. Ponit autem hoc fundamentum de virginitate, cap. 26. Vita æterna, sicut regnum cœlorum (quod vocant præmium substantiale) commune erit omnibus beatis, & tamẽ sicut stella differt à stella in claritate, ita in resurrectione mortuorum, inter beatos discrimen erit, in præmiis accidentalibus seu remunerationibus, sicut alia est claritas corporum cœlestium, alia terrestrium, 1. Cor. 15. Ita licet per eandem fidem saluentur & discipuli & Doctores. Tamen Daniel. 12. scriptum est: Discipuli fulgebunt, quasi splendor firmamenti, Doctores verò quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sicut ergo martyres, in vna & cõmuni salute, præmiis seu remunerationibus præferentur confessoribus, hoc modo censeat Augustinus, etiam in æterna vita, quæ gratis propter Christum datur, futuram quandam remunerationis prærogatiuam illorum, qui se propter regnum Dei castrauerunt. Respicit enim ad relationem inter donum præstantius, & inter remunerationem. Discrete autem Augustinus addit, capite quadagesimo. Etiam vos virgines gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, nõ ex operibus, ne quis extollatur. Et 49. Etiam ad virgines pertinet, si dixerimus, quia peccatum non habemus. Item Aduocatum habemus, qui est propitiatio pro peccatis nostris. 48. Etiam virginibus orandum est: Dimitte nobis debita nostra, vt per hoc quod petunt, meminerint quid sint. Augustinus igitur meritum salutis, & remissionis peccatorum: Item, satisfactionem pro peccatis, non tribuit virginitati, quando disputat, quod non tantum in hac, verum etiam in futura vita cœlibatus amplius aliquid habeat, quam coniugium. Sed sicut inquit, cap. 45. Diuinæ gratiæ sunt multa munera, & est aliud alio maius & melius. Et cap. 46. modestissime inquit: Quomodo verò vel corquentur, vel distinguantur in accipiendis honoribus, quis hominum audeat iudicare? Monachi verò postea quasi de re comperitissima loquẽtes, certas aureolas virginibus in cœlo fabricarunt, & quidem formas earum descriperunt. Loquitur autem Augustinus, non de cœlibatu nudo, aut per se, sed de pio eius vsu, quando ad verum illum finem, de quo, 1. Corinth. 7. refertur. Quando enim status per se consideratur, Paulus confert vocationes statuum, 1. Corint. 7. Vt feruorum & dominorum, de quo pronunciat, Ephes. 6. Quisq; quod fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber: non enim est acceptio personarum apud Deum. Quia verò illi, qui donum continentia habent, possunt in cœlibatu expeditiores esse ad ministerium verbi, & ad exercitia pietatis. 1. Corinth. 7. Si igitur talentum suum, recte, diligenter & fideliter collocent, habebunt suam remunerationem, alij maiorem, alij minorem,

Etiam coniuges curant quæ sunt Domini.

Etiam coniuges sanctificant corpore.

Castratio propter regnum cœlorum.

Augustinus de præmiis pij cœlibatus in vita æterna. Præmiũ substantiale.

Præmia accidentalibus.

Aureolæ Monachorum virginibus debentur.

Matth. 25. Et hanc existimo Augustini sententiam esse. Hæc igitur est simplex & vera declaratio, quomodo, quo sensu, & propter quas causas, Paulus cœlibatum præferat coniugio.

CAPVT III.

EXPLICATIO ARGVMENTORVM, QVIBUS Pontificij, pro stabilienda sua de cœlibatu opinione, potissimum vtuntur.

QUIA varij quærentur prætextus, vt supersticiosa persuasio Pontificij cœlibatus, per Euangelij patefacta, specie aliqua vel ornetur, saltē vel tegatur: vtile est præcipua ipsorum argumenta colligere, vt veræ explanationes & solidæ refutationes opponi possint. Volo autem nō omnes rationes, quæ variè ab ipsis nectuntur afferre, sed tantum præcipua testimonia, quæ ex Scriptura ab ipsis allegantur recensere, & fontes explanationū breuiter monstrare, cum quidē ex illis, quæ hæcenus diximus, sine magno negotio refutationes peti possint.

I. 1. Cor. 7. Ne fraudetis vos inuicem, nisi fortē ex consensu ad tempus, vt vacetis ieiunio & orationi. Ergo consuetudo coniugalis, res est impura & abominanda coram Deo. Impedit enim exercitia pietatis & corporalia & spiritualia, vt ieiunium & orationem. Item, obstaculo est, quominus oratio à Deo exaudiatur. Ita enim deprauat Hieronymus dictum, 1. Pet. 3. Ne impediatur orationes vestræ. Et hic infert, quia semper orandum: Ergo nunquam vtendum est matrimonio. Item, quando impleo officium mariti, non impleo Christiani. Dicit etiam Hieronymus, Spiritum sanctū non dari in consuetudine coniugali, etiamsi Propheeta quis sit. Quia Spiritus sanctus vocatur Spiritus precum. Et coniugium orare non permittens. Respondeo: Certum est Paulū non loqui de illis Christianorum orationibus, quas vult sine intermissione quotidianas & assiduas esse, Ephes. 6. 1. Thess. 5. Luc. 18. Ita enim nullus in coniugio posset saluari. Cui enim inuocatio adimitur, ei & fides & Spiritus sanctus, & salus ipsa adimitur, Rom. 10. Quia quisquis inuocauerit nomen Domini, saluus erit: Qui verò nomen Domini non inuocant, super illos Deus effundit iram suam. Psal. 79. Valde vstratū est autem in Scriptura, quando simul coniunguntur ieiunia & preces, quod significantur solennes orationes, quæ vel publice in magna aliqua necessitate suscipiebantur, vel priuatim de re aliqua valde graui instituebantur. De illis solēnibus orationibus, quæ sæpe per aliquot dies, veterum consuetudine durabant, Paulus dicit: Si fortē cōiuges vtrinq̄ue consenserint, vt tunc ad tempus abstineant à copula coniugali, se illud non quidem præcipere, sed permittere & consulere. Et causam ipse ostēdit, non quod consuetudo cōiugalis inquinat aut prophaneat orationē ne exaudiatur, aut quod contristet aut expellat Spiritum precū: Sed *ἵνα ἡ πόλις ἡμεῶν*, hoc est, vt omnibus aliis rebus & negotiis postpositis, totos vos dedatis intentionibus affectibus, qui in tali oratione requiruntur. Ergo, inquis, omninō tamen vsus coniugij impedit preces. Respondeo: Sicut cibus, potus, somnus, & quotidiana negotia vocationum, impediunt tales orationes, quæ tamē idē non sunt res vitiosæ & immundæ. Veteres enim talibus temporibus, omnis generis delicias à se abdicabant, imō à necessariis etiam, vt cibo, potu, somno, & quotidianis negotiis sæpē abstinebant, quæ tamen per se sunt res bonæ. Eodem modo etiā

de consuetudine coniugali Paulus loquitur. Pontificij verò ita interpretantur, quasi propter immūdicem cōiugij oratio fiat abominatio coram Deo, & Spiritus precum nolit adesse, sed hæc nō tantum falsa, sed simpliciter blasphemia sunt, in sanctā Dei ordinationem. Et dignum est obseruatione, quod Paulus, ne in hoc quidem casu grauissimarum supplicationū, præcepto audeat vti, quasi aliās non possent vacare huiusmodi orationibus, nisi abstineant à consuetudine coniugali, sed inquit: nisi fortē, &c.

II. Obijciunt etiam illud, 1. Cor. 7. Nupta curat quæ sunt mūdi, cœlebs quæ sunt Domini, vt sancti sint. Respondeo: Apostoli præscribunt coniugatis quæ sunt Domini, & affirmant cōiugatos posse curare ea quæ sunt Domini, 1. Cor. 14. 1. Tim. 2. 1. Petri 3. sicut etiam exempla Scripturæ probant, Abraham, Saræ, Elisabeth, Zachariæ, & Lucæ 8. Econtra multas viduas Paulus dicit nimium curare ea quæ sunt mundi, & viuentes esse mortuas, 1. Timoth. 5. Sensus igitur Pauli non est, vel omnes, vel solos cœlibes, esse sanctos. Sunt enim multæ virgines fatuæ, & in cōiugio etiam est sanctificatio, 1. Tim. 2. 1. Pet. 3. Nec quod coniugium res sit tam impia, vt nemo qui alligatus est vxori, possit curare ea quæ sunt Domini, hoc enim manifestē falsum est. Neq; hoc dicit, illos qui non habent donum continentię melius posse Deo adherere, & curare ea quæ sunt Domini, si cœlibatum elegerint, sicut neque hoc vult, omnes qui cupiūt indiuulsē Domino adherere, debere cœlibes esse, sed pro circumstantiis & diuersitate personarum, donorum & vocationum, Paulus sua accommodat consilia. Et finem consultationis hunc ponit: Quid cuique pro ratione sui doni, & vocationis commodum & vtile sit, ad hoc, vt indiuulsē Domino possit adherere, curare quæ sunt Domini, & sanctificationem corporis ac Spiritus obtinere. Qui igitur donum continentię, iis gratulatur expeditam eam libertatem, quam talis cœlibatus secum affert, nec tamē sub præcepto audeat iniungere, sed consulendo monet, vt maneant cœlibes, ita enim ipsos posse expeditius & liberius, quæ Domini sunt curare, Deo adherere & sanctificationem sectari. Qui verò donum continentię non habent, sed vrūtur, illis certē ad hoc, vt sancti sint, & indiuulsē Domino adhereant, non suadet cœlibatum. Incendium enim & flammæ incontinentię curam diuinorum impediunt, corpus & Spiritum inquinant, & conscientiam à Deo auellunt, illis igitur melius esse dicit matrimonium cōtrahere, quàm vri. Et qui hoc modo ad coniugium vocatur, illi Paulus tradit præcepta, quomodo etiā in coniugio possit curare, quæ sunt Domini, Deo adherere & sanctificationem sectari. Recenset autem & proponit varia auocamenta, quæ coniugibus obijciuntur, & monstrat pericula, quod multi coniugati per illa auocamenta sinunt se à Domino, & à cura diuinorum auelli, vt magis quæ mundi sunt curent. Illis igitur tradit hanc doctrinam qui habent vxores, sint tanquam non habentes, qui vtuntur hoc mundo, sint tanquam non vtentes. Et addit consolationem: Quemque in sua vocatione posse manere apud Dominum. Paulus igitur non fugillat nuptias, sed tradit doctrinam grauissimā, pro diuersitate donorum, vt omnes Domino adhereant. Cœlibatum dicit expeditiorem esse, coniugatos præmonet de periculis, tradit præcepta, & proponit consolationes. Hæc vtile esset explicare, pro virginibus & coniugatis, non autem conscien-

Hieronymus.

ieiunij iun-
ctum precibus
solennes ora-
tiones deno-
tat, publicas
vel priuatas.

tiis laqueos iniicere immodica & falsa celebratione coelibatus, quasi solus ad cultū Dei aptus & idoneus sit, cum libertate coelibatus multi abutatur ad delictas & curiositatē, 1. Tim. 5. Et inter ipsas molestias coniugij, mulier possit manere in fide, dilectione, sanctificatione, 1. Tim. 2. Et hoc certe est curare quæ sūt Domini, Deo adhærere, & sanctificationē sectari.

III. Vtuntur & hoc argumento. 1. Reg. 21. Abimelech interrogat Dauidē, priusquam ministros ipsius ad vescendos panes propositionis velit admittere, an mundi sint à mulieribus, & Dauid respondet: Si de mulieribus agitur, illæ iam per triduum à nobis separatæ fuerunt. Attexunt autem Pontificij, propter sanctitatem Dauidis nō esse verisimile, quæstionem fuisse de scortis, quæ in Israel prohibita erant, idē sum mum sacerdotem sensisse, vsum legitimi coniugij adferre talem quandam cōtaminationem, quæ à rebus diuinis coniugatos arceat.

Respondeo. Variæ rationes cōtaminationis à mulieribus traduntur in lege Mosi, vt in puerperio, in inenstruis, in fluxu sanguinis, &c. Nusquam autem Lex dicit: Vsum legitimi coniugij, reddidisse hominem immundū. Locus enim, Leuit. 15. loquitur de *ζωνορροία*. Est igitur manifesta corruptela. Et vt maxime Moses dixisset, esse legalem cōtaminationē, quod probari non potest, non tamen sequeretur, rem esse per se impuram & peccatum. Nam & contactus mortui hominis contaminabat iuxta legē. Et tamen officium curandi funera, inter sacros ordines apud Hieronymum & Epiphaniū, refertur.

IIII. 1. Cor. 7. Hoc dico secundum veniam, nō secundum præceptum, sed venia non conceditur nisi rei vitiosæ. Ergo, &c. Quidam ex Augustino respondent: Commixtionem coniugalem, quæ fit sola causa procreationis, non habere culpam, sed si fiat propter incontinentiā vitandæ fornicationis causa, habere culpam, licet venialem, sed expendatur contextus totius disputationis Paulinæ. Nā & Clemens obseruauit, coniugij finem honestum & licitum, iam post lapsum non tantū esse procreationē: verū etiam sicut Paulus dicit: vitandæ fornicationis causa. Item, Conuenite rursus, ne vos tentet Satan, propter incontinentiā vestram. Et idem dicit ipse Augustinus: Ante lapsum, coniugium institutum fuisse tantū ad officium, post lapsum verō etiam ad remedium. Iam quia Paulus dicit: Qui non continet, contrahat matrimonium, cumq; illud dicat non peccare, sed benè facere. Quis ergo audebit dicere, culpam vel peccatum esse consuetudinem coniugalem, etiam vitandæ fornicationis causa? Est enim thorus immaculatus, Ebr. 13. Sed si loquamur de incendiis libidinis, illa commixtioni coniugali adhæret, etiam quādo fit sola causa procreationis. Nec tunc libido per se sanctificatur, sed non imputatur in coniugio. Ergo & tunc est peccatum veniale. Placet igitur illa Augustini sententia, de merit. lib. 1. cap. 29. Bonum coniugij non est feruor concupiscentiæ seu libidinis, sed quidam licitus & honestus, illo feruore vtendi, modus. Et de bono coniugali, cap. 5. & 16. dicit: Concupiscentiā, quæ per se vitiosa est, modificari in coniugio, & redigi ad legitimum vinculum.

Sed quare Paulus tamen dicit: se loqui secundū veniam, non secundum præceptum? Respondeo ad totū complexum eius, quod procedit, & de abstinendo, & de congregiando respicit Paulus, scilicet cum ardor libidinis in quibusdā feruentior, in quibusdā mitior sit, & Deus consuetudinem coniu-

galem pro remedio licito & honesto dederit, ne incontinentia in fornicationem, vel in vstionem & tentationem Satanæ naturam infirmam coniciat. Se igitur nec illud de abstinētia sub præcepto proponere, quasi necessariò abstinendum esset à consuetudine coniugali, tempore ieiunij & orationis, ita vt qui secus faceret, contra Deū peccaret. Neq; hoc etiam secundum præceptum se dicere, vt statim rursus conueniant, etiam si diutius possent & vellent ex cōsensu abstinere. Sed quia Deus in hac infirma natura, remedium consuetudinis coniugalis, contra incontinentiam ordinauit, & ἀπαξία libidinis, quæ in consuetudine coniugali admixta est, subvenia coniugij velit regere: non igitur similem & eandem rationem sub præcepto posse præscribi omnibus coniugibus, sed quemq; pro ratione doni, à Deo sibi cōcessi, in hoc casu vel abstinēdi, vel congregiendi, eligere debere, quod naturæ suæ conueniens esse intelligat, ad hoc, vt addicere se possit orationi & ieiunio, & ne præbeat occasionem Satanæ, qui per incontinentiam insitam, mirabiles insidias piis coniugibus etiam in abstinētia struere solet. Hæc sententia quam perpetua Pauli disputatio præbet, continet vtilem doctrinam. Et phrasis de indulgentia seu venia eam confirmat. Deus enim verbo suo, peccata & vitia nō concedit: Sed quod hoc loco Paulus vocat, *συγγνώμη*, hoc postea simpliciter nominat *χρόμιον*. Vtraque enim vox præcepto opponitur in Paulo. Et illa antithesis vocabulorum monstrat sententiam, quod scilicet non omnes ad vnā & eandem rationē, quasi per præceptū, velit alligatos esse. Sed cum dona sint diuersa, & vocationes sint diuersæ, se pro circumstantiis personarum & donorum, proponere sententiā & consiliū, vt quisq; quod sibi bonum, hoc est, vtile & expediens sit, eligat, hoc enim ad id dico, quod vobis conducibile est, inquit postea. *Συγγνώμη* igitur Paulus vocat, vel quia flammam libidinis Deus in vero coniugij vsu fidelibus nō imputat, vel quia paterna indulgentia Dei est, quod incontinentibus noluerit abstinētia sub præcepto imponere, quodq; iis qui possunt vel breuius, vel longius abstinere, si ex cōsensu fiat, noluerit necessitatē consuetudinis coniugalis, sub præcepto iniungere, vel quia nemo absolute sub præcepto, vel ad coniugium, vel ad coelibatū obligatur, sed qui vrūtur in eant coniugium. Et virgo etiā si nupserit, nō peccat. *Συγγνώμη* igitur venia seu indulgentia apud Paulum non est concessio rei prohibitiæ & malæ, sed opponitur præcepto, in communi etiam Græca lingua *χρόμιον* & *συγγνώμη* ita vsurpantur, quando non rigide, eodem modo de omnibus, sed ex æquo & bono, habita ratione circumstantiarum, in certis casibus, & *πεινός*, recte tamen iudicatur. Arist. Ethicorum 6. cap. 11. Hieronymus illud 1. Cor. 7. Ego autē parco vobis, &c. ita interpretatur: Recenseo tantū tribulationes carnis, quia parco vobis, nolo autem explicare, quæ pœna coniugatis in futuro seculo debeat: Sed hanc interpretationem Augustinus diserte refutat de virgin. cap. 17. & 20. eleganti inuersione. Si enim Paulus ita voluisset Corinthiis parcere tacēdo, non pepercisset animæ suæ mentiēdo, sed incurrisset illud iudicium Dei, quod describitur, Ezech. 3. & 33. Et manifestum est Paulum loqui de externis tribulationibus.

V. Monachi virginibus in comparatione coniugium accommodant illud, Sapi. 3. felix sterilis & incoquinata, quæ nesciunt thorum in delicto, habe-

Clemens.

Augustinus.

Vox συγγνώμη

μιν

Hieronymus
refellit Augustinus.

Monachi.

habe-

habetur fructum in respectu animarum sanctarum. Respondeo: Vera sunt doctrinae Dæmoniorum, quæ sententias damnantes illegitimas commixtiones citant contra diuinam ordinationem coniugij, cum Paulus illud ipsum vocabulum ἀμάρτυρος, quod hoc loco usurpatur tribuat coniugio, Ebræ. cap. 13. Et hoc testimonium annotavi, non quod requirat operosam explicationem. Locus enim si tantum aspiciatur, manifestus est. Nam mox postea nominat adulteros, & concubitum illegitimum, sed ut animaduertatur, quomodo sub specie castitatis, doctrinae Dæmoniorum sparsæ sint.

Alphonsus Hispanus dicit, coniuges sanctitatem Spiritus quidem posse habere, sed ad solos cœlibes pertinere sanctitatem carnis & spiritus. 1. Cor. 7. Hinc loca de inquinamentis & operibus carnis accommodantur ab istis ad coniugium. Sed Pauli præceptum generale est, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, 2. Cor. 7. & 1. Cor. 6. omnibus redemptis dicit: Corpus vestrum est templum Spiritus habitatis in vobis, glorificate igitur Deum in corpore & in spiritu vestro. Et ne Origenes quidem audeat solis virginibus generalem illam sententiam accommodare, Rom. 12. Exhibete corpora vestra hostiam sanctam Deo placentem. Nam & coniugalis thorus est ἀμάρτυρος sine inquinamento. Ebr. 13. & in ipso coniugio est sanctificatio. 1. Tim. 2. Quod verò differentia quædam sit inter mundiciam coniugalem & virginalem, supra explicatum est.

VI. 1. Cor. 7. Bonum est, si sic permanserint, &c. Qui non elocatur, melius facit. Item, Beatior erit si sic permanserit, &c.

Bonum eo loco non opponi malo culpæ seu peccato, ipso Paulo interprete manifestum est. Dicit enim, qui matrimonium contrahit, non peccat, imò bene facit. Sed quod Apostoli, Matt. 19. dicunt συμφέρει, expedit, hoc Paulus bonum vocat, & in eodem capite ipse explicat per συμφέρον, conducibile. Et addit ad quid sit conducibile. Sicut igitur Ierem. 16. propter imminens bellum, exiliū & captiuitatem, Deus dicit, ne ducas uxorem, nec generes liberos, non quod peccatum sit, sed quia calamitosis illis temporibus non erat commodum. Ita Paulus dicit: Bonum est propter præsentem necessitatem. Et supra dictum est, quo modo & quo respectu sit beatius & melius in cœlibatu manere. Et quod vocabulo (beatius) non intelligat meritum æternæ beatitudinis inde manifestum est; nam & Christus, propter calamitates belli Iudaici, & destructionis Ierosolymitanæ, ita loquitur, Matt. 24. Væ prægnantibus & lactantibus in illa die. Et Luc. 23. Beatae steriles, & ventres qui non genuerunt, ac vbera quæ non lactauerunt. Feliciores enim sunt in publicis calamitatibus, qui suum tantum calicem bibunt, & non simul etiam coniugum & liberorum miseris excruciantur. Paulus igitur utrumque dicit, melius est nubere, & melius facit non elocans. Item volo omnes manere, ut ego, & volo iuniores viduas nubere. Hæc non sunt contradictoria, ex quadam inconstantia & leuitate, sed est pro diuersitate donorum in illis, quibus consulendum est, pia & prudens consiliorum moderatio, quibus verò melius sit nubere, & quibus melius sit non nubere, & propter quos fines cœlibatum pronunciet meliorem & beatiorum, non reliquit nostris coniecturis, sed ipse disertè explicat, sicut supra prolixè declaratum est.

Huc pertinet etiam Augustini dictum de bono coniugali, cap. 8. Coniugium non in comparatione fornicationis bonum est, alioqui duo mala essent

quorum alterum peius sit, aut bonum erit, & fornicatio, quia peius est adulterium, aut bonum erit adulterium, quia peior est incestus. Non ergo duo mala sunt, connubium & fornicatio, quorum alterum est peius: Sed duo bona sunt, connubium & continentia, quorum alterum est melius.

VII. Matt. 19. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Hic serio triumphant, cœlibatum esse meritum regni cœlorum, hoc est, vitæ æternæ, sed cum appellatio regni cœlorum accipitur non in vna significatione in Scriptura, sed aliquando accipitur pro regno Dei in futuro seculo, aliquando verò pro Ecclesia in hac vita, quæ Deus Spiritu sancto gubernat, & ad hoc vitæ ministerio verbi & exercitiis pietatis, Matthæi 13. & 22. Cumque Scriptura non sit priuata interpretationis. 2. Pet. 1. nemo vel potest, vel debet certior interpres esse illius sententiæ Christi, quam Paulus, qui materiam illam ex professo tractat. Is autem constanter docet, vitam æternam esse donum Dei, quæ solus Christus sanguine suo nobis acquisierit, quodque illam in promissione fide accipiamus: cœlibatum verò docet esse expeditiorè, in illis, qui donum continentiam habent, non ad Epicuræas delicias, sed ad onera ministerij, & ad exercitia pietatis, hoc est, ad regnum cœlorum, sicut in præcedentibus declaratum est. Habemus igitur Apostolicam interpretationem verborum Christi, quid sit se castrare propter regnum cœlorum.

VIII. Esaiæ 56. Non dicat Eunuchus, Ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis, Qui elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus, nomen semperiternum dabo eis, quod non peribit. Respondeo: Sensus Prophe-tæ ex cõtextu manifestus est. Dixerat de salute & iustitia per Christum afferenda, & adiunxerat illud epiphonema: Beatus vir, qui apprehendet istud. Quia vero cõscientiæ facile perturbantur disputationibus de electione & particularitate, præsertim, quia in veteri testamento macerie quadam Deus Gentes separarat à populo suo, & Eunuchi habebantur quasi exclusi à benedictione Dei, Deut. 23. Eunuchi prohibebantur intrare Ecclesiam Dei. Tradit igitur Prophe-ta, consolationem nominatim pro aduenis & Eunuchis, ne arbitretur, se à iustitia & salute Christi exclusos, propterea, quia vel ex Ethnicis parentibus nati, vel quia externa seu corporali benedictione Dei, destituti sunt, quia hæc dicit Dominus Eunuchis: si fœdus meum tenuerint, habebunt melius nomen præ Israelitis carnalibus, qui fœdus meum non seruauit, licet propter natiuitatem, externam speciem & professionem videantur magnam prærogatiuam habere, quod sint filij & populus Dei. Itè, præ illis, qui externa benedictione, siue seminis, siue alia affluunt, & interim fœdus Dei non tenent, & quæ ipse vult non eligunt. Est enim antithesis inter illos, qui titulum populi Dei, & domus Domini sibi arrogant, & inter illos, qui externa specie titulum illum non habent, & tamè sicut Prophe-ta inquit: Cupiunt Domino adherere, Ego verò iubeo, inquit, eos propterea non desperare. Si enim fœdus meum tenuerint, dabo eis in domo mea nomen melius & sempiternum, præ filiis & filiabus, fœdus meum non tenentibus, Et idè est, quod Christus dicit, Matthæi 8. Multi venient ab Oriente & Occidente & accumbent cum Abraham in regno cœlorum, filij verò regni eiicientur foras. Possunt enim aduenæ in Esaiâ intelligi profelyti;

Æquiuocatio dicitur regnum cœlorum.

De Eunuchis Esaiâ.

qui adhærebant Domino, sicut textus inquit: Eunuchi verò Gentes. Sicut enim hoc loco dicit esse lignum aridum: ita eadem metaphora prolixè describit gentium vocationem, cap. 54. Iubila sterilibus quæ non parturis, desolatâ, confusa, &c. plures enim erunt, nisi eius, quàm maritalitatis, &c.

Hæc doctrina præbet pulcherrimam, & maximè necessariam consolationem, quæ non est deprauanda significatione supererogationis. Desertè enim dicit, nec Ethnicismum, nec Eunuchatum, per se esse meritum nominis sempiterni, sed si in illo contempto, abiecto & quasi maledicto (sicut tunc habebatur) statu, tenuerint fœdus Domini, & elegerint quæ Deus vult, &c. dabo eis nomen sempiternum. Sicut igitur manifestum est, quod conditio aduenarum non est meritum vitæ æternæ, ita nec cœlibatus. Vtriusque enim coniungit Propheta, aduenas & Eunuchos. Augustinus nomen sempiternum ita intelligit, Sicut donum virginittatis præstantius est coniugio, ita etiâ præmia in vita æterna, futura differentia, ipsam verò vitam æternam expresse dicit gratis dari propter Christum, sicut antea locum Augustini annotauimus. Hæc interpretatio, licet non reddat illam dulcissimam consolationem, quam Propheta illo loco tradit: tamen Pontificio cœlibatui nihil patrocinatur de merito vitæ æternæ per cœlibatum.

Virgines in Apocalypsi.

IX. Apocal. 14. Content quasi canticum nouum, quod nemo poterat discere, ij sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt, ij sequuntur agnum quocumque ierit, sine macula enim sunt ante thronum Dei. Respondeo: Si hanc sententiam ita voluerint interpretari, ut antithesis sit, coniugium esse coinquinationem cum mulieribus, & propter consuetudinem coniugalem inuri piis coniugibus maculam ante thronum Dei: Non tantum falsum, sed & contumeliosum erit aduersus institutionem Dei, sicut supra, cum de castitate & sanctimonia coniugij tractarem, ex Scriptura ostendimus: Neque hoc potest dici, solos cœlibes signaculum patris cœlestis in fronte gerere. Est enim signaculum commune, Apoca. 7. Nec soli cœlibes, sed omnes empti sumus precio, 1. Cor. 6. & 7. Ita reliqua quæ Apoca. 14. Virginibus illis tribuuntur, pertinent ad omnes fideles, ut quod facti sumus primitiæ Deo, Iacobi 1. quod sumus immaculati ante Deum, Ephes. 1. & 5. Col. 1. & in omnium eorum ore, quibus peccata tecta sunt, non est dolus, Psal. 32. & omnes oues Christi sequuntur pastorem, Ioan. 10. Nouum etiam canticum omnes fideles cantant in nouo testamento, Psal. 40. & 96. Esaiæ 42. Apocal. 5. Non ergo de solo cœlibatu contra coniugium, sed de omnibus fidelibus contra infideles, intelligenda est illa sententia in Apocalypsi. Quod verò virgines castas vocat, metaphorice descriptio est Ecclesiæ credentium, in tota Scriptura vsitatissima, ut Matth. 23. Regnum cœlorum comparatur virginibus, & Psal. 44. adducetur Regi virgines. Et in Prophetis crebra est illa metaphora, quod Ecclesia vocatur virgo filia Sion. Esaiæ 37. & 47. Virgo Israel, Amos 5. Ierem. 18. & 31. Virgo filia Iuda, Tren. 1. Et ratio metaphora est, quod fideles in conscientia non sunt maculati, vel falsa doctrina, vel impiis cultibus, vel peccatis conscientiam inquinantibus, sed fides est sana, cultus sincerus, obedientia vera, stolæ lotæ sanguine Christi, hinc Paulus de tota Ecclesia Corinthiorum, inter quos erant coniugati & cœlibes, imò qui ex scortationibus & adulteriis, 1. Cor. 6. conuersi erant, dicit: Despondi vos virginem castam exhibere Christo,

Virgines castas Scriptura sapè metaphoricè vocat credentes.

Ratio huius metaphora.

2. Cor. 11. Et ex opposito, idololatria, falsa doctrina, auctio à Deo, vocatur scortatio, adulterium, coinquinatio cum meretricibus, non tantum in veteri testamento verum etiâ in nouo. Christus enim Pharisæos vocat generationem adulteram. Et in illo ipso capite Apoc. coinquinatio cum mulieribus, desertè exponitur de scortatione cum meretrice Babylonica. Ex manifestis igitur circumstantiis textus, ex perpetua Scripturæ phrasi, & ex analogia fidei, certum & euidens est, locum illum, Apoc. 14. proprie non loqui de cœlibatu carnali, sed de virginitate spirituali, quæ communis est omnibus credentibus, coniugibus, virginibus & viduis. Cum Augustino verò, qui ad prærogatiuam doni virginittatis, locum illum in Apoc. modeste tamen, referre conatur, quia illud facit sine contumelia coniugij, nec fabricat inde meritum vitæ æternæ, non contendemus, modò vera sententia loci illius inde non euertatur.

X. Syrach. 26. Omnis ponderatio non est digna continentis animæ. Hoc dictum Monachi accommodant ad suas lances, quibus imponunt satisfactiones pro peccatis, & inter illas præcipuum momentum tribuunt suo cœlibatui. Sed Syrach illam opinionem non tantum non stabilit, sed in illo loco, ne quidem de cœlibatu loquitur, sed de coniugio, inspicitur tantum locus, præcedit enim: Gratia mulieris delectabit virum suum, & animam talis mulieris vocat *αρεσκον δὲ μέγλω & ἐγκρατῆν*, eruditam seu bene institutam & temperantem. *Ἐγκράτεια* enim, quæ continentia exponitur, etiam Episcopo vnus vxoris viro, qui liberos habet, tribuitur, Tit. 1. Dicit igitur Syracides, nullam commutationem, nullam ponderationem æqualè & correspondentem posse inueniri animæ talis moderatæ & temperantis vxoris. Et hinc videt Lector, quàm anxie & nullo iudicio Monachi vndiq; conquirant cœlibatus sui encomia, ad rem prorsus nihil faciètia. Hæc sunt præcipua Pontificiorum argumenta, quæ ex Scripturæ sententiis malè detortis cõsunt. Et si qua alia habent, ea partim in præcedentibus sunt explicata, partim in sequentibus repetenda erunt.

CAPVT IIII.

DE DONO CONTINENTIAE SIVE DE personis ad cœlibatum idoneis.

Magna sanè est veri cœlibatus commoditas & felicitas, non tamen omnibus, qui Deo placere & saluari cupiunt, sub præcepto propositus est. Imò Paulus desertè dicit, se ne de illis quidem, qui dono continentia præditi sunt, præceptum Domini habere: atque ideo non audeat dicere ipsos peccare, si matrimonium contrahant. Tanta est Apostoli modestia in illis, de quibus non extat expressum mandatum Dei. Nec verò etiam coniugium indifferenter omnibus sub discrimine æternæ salutis præcipitur. Et apparet apud Corinthios diuersas fuisse disputationes, quibusdam prætextu veteris testamenti, cœlibatum quasi infamem & inutilem prorsus reiicientibus, & coniugij vinculum indifferenter omnibus iniicere conantibus: Quibusdam verò vitam cœlibem ita admirantibus, ut ad eam omnes adigere, coniugia religionis gratiâ dissoluere, & eos qui matrimonium contraherent, peccare contenderent. Paulus verò responsionem suam ad illas quaestiones ita moderatur, ut ostendat, vtrumque genus vitæ, & coniugalis & cœlibis, sanctum esse, & Deo placere.

Idololatria scriptura fornicatione vocat.

Corinthiorum disputationes, de virginittate & coniugio.

Paulus de non habentibus donum continentia.

cere. Non autem indifferenter quibusuis, vel coniugiū, vel cœlibatū conuenire. Esse enim quosdā, qui vrantur & continere nō possunt, illis dicit præceptū esse, vt vitāda fornicationis causa matrimoniū contrahant, & consuetudine coniugali vrantur, ne ppter incontinentiam à Satana tententur. Deinde dicit quosdam esse, qui incendiis libidinis & flammis incontinentiæ non ita vrantur, sed possint continere. Illis, si iam alligati sunt coniugio, dicit: Noli quærere solutionē. Item, Non fraudes alterum, non enim potest statim habes tui corporis, sed coniunx coniugi debitā benevolentiam reddere tenetur. Si verò liberi & soluti adhuc sint, & possint continere, dicit, se præceptū Domini non habere, vt tales vel coniugiū quærant, vel cœlibes maneant. Faciat igitur, inquit, quod vult: Si coniugium inierit, non peccat. Sed quia tribulationem carnis tales habebunt, & per coniugii onera sæpe ab exercitiis pietatis auocantur, dicit iuxta suam sententiam, tales, qui donum continentie habent, melius facere, si cœlibes manserint, propter illas utilitates cœlibatus, quas supra ex Paulo recensimus. Hanc esse seriem & sententiam Paulinæ responsionis, ex contextu manifestum est.

Et ex hoc fundamento pendet explicatio questionis de personis ad cœlibatum idoneis, neq; enim ita in medio Deus posuit coniugium & cœlibatū, vt vnusquisq; liberam habeat electionē ad vtrumuis. Qui enim vel natura sunt ad coniugium inhabiles, vel ab hominibus castrati sunt, illi matrimonium eligere non debent, Matt. 19. Et qui vrantur nec continere possunt, nō debent cœlibatum eligere: sed si non continent, contrahant matrimonium. Qui verò donū continentie habent, illi etiam si coniugiū elegerint, non peccant, rectius tamen & melius faciunt, si cœlibatū elegerint. Certissimum igitur est, non omnes esse ad cœlibatum idoneos, nec pmissuē omnes esse ad cœlibatū inuitandos, cum nemo etiam si idoneus sit, ad eum sit cogendus. Et tamen esse quosdā ad cœlibatū idoneos manifestè constat, Matt. 19. & 1. Corint. 7. Nec illos tantum, qui vel natura, vel ab hominib. facti sunt Eunuchi: verum etiam alios quosdā, qui cum ad coniugium natura non essent inhabiles, tamen seipso castrauerunt, hoc est, à coniugio abstinerunt & cœlibatum elegerunt, vt ad negotia regni cœlorū essent expeditiores. Non autem naturalē esse illam veræ continentie facultatem, Christus eo ipso ostēdit, quod eos qui natura sunt Eunuchi, distinguit ab illis, quibus datum est, vt se castrent propter regnum cœlorum, quod Paulus manifestius explicat, cum inquit: Vnumquemque habere proprium donum ex Deo. Quia enim continentia, non est tantum abstinere à coniugio, & interea scortationi, adulteriis & aliis pollutionibus indulgere, vel mentem sordibus libidinum inquinatam gerere, sed est sanctitas corporis & spiritus, sicut Paulus eam definit. Quid enim prodest integra caro mente corrupta, inquit Augustinus. Meritò itaq; continentia non naturale, sed donum, quod ex Deo sit, sicut Paulus loquitur, censetur.

Status verò controuersie in eo consistit, quod Pontificij contendunt, sicut reliqua dona spiritua- lia non sunt naturalia, sed diuinitus dantur, illis autem dantur, qui petunt, Iacobi 1. Omne datum bonum, & donum perfectum è supernis est, descendens à patre luminum. Qui igitur indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter. Ita cen-

sent continentiam tale donum esse, quod Deus nemini petenti & querenti velit denegare. Quod verò pauci donum illud habeant, inde fieri: quod nec oratione, nec studio, nec lucta cōtra carnem illud petant & quærant. Et sicut de incredulis Christus dicit: Sermo meus & χάρις non habet locum in vobis, ita existimant eodem verbo ipsum vti de cœlibatu, Matthæi cap. 19. Non omnes capiunt verbū hoc, quia scilicet donū illud nō omnes velint quærere & capere. Et huic persuasioni superstruit vota cœlibatus, & id genus alia. Hoc etiā vult Canon Tridentinus, quando anathema dicit illis, qui docent, omnes posse contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis (etiā si eam vouerint) donū habere, cum Deus id rectè petentib. non denegat, nec patitur nos supra id quod possumus tentari.

Interponat autem Scriptura suam sententiam, an hæc ita se habeant. Et res plana erit, si exigatur ad normam huius distinctionis, quæ manifesta & certa est. Quædā enim dona Dei sunt communia seu generalia, quæ scilicet omnib. piis necessaria sunt, & de illis loquuntur promissiones: Quicquid petieritis, dabitur vobis, &c. Alia verò sunt dona peculiararia seu priuata, de quibus nō extat promissio, quod Deus ita velit omnibus & singulis credentibus dare, vt Rom. 12. Habentes dona iuxta gratiam nobis datam differentia. Et 1. Corint. 12. diuisiones sunt donorum: Alij datur donum sanationum, alij donum miraculorum; alij prophetia, alij donum linguatum, &c. Hæc omnia efficit vnus atq; idem Spiritus, diuidens peculiariter siue priuatim; vnicuique propria dona sicut vult. Hæc distinctio donorum certa & manifesta est. Videamus iam an Scriptura donum continentie ponat inter dona generalia, an verò inter dona peculiararia. Certum autem est, donum continentie non esse omnibus necessarium. De virginibus enim præceptum Domini non habeo. Item, si nupserit virgo nō peccat. Et qui non continent, in matrimonio saluantur, si manserint in fide, &c. Et non esse generale donū, Christus ostendit, cum inquit: Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Qui potest capere, capiat. Et ne quis exstimet Christum, vel ad infideles, vel ad remissores Christianos respicere, ad ipsos Apostolos hæc loquitur, & quidem tunc, cum significarent sibi magis probati cœlibatum. Dicunt enim, si ita est causa hominis cum vxore, non expedit matrimonium contrahere. Christus verò ipsis Apostolis, hoc modo admirantibus cœlibatum respondet: Non omnes capaces sunt huius dicti, sed quibus datum est. Ne verò ita intelligatur, sicut inter credentes & infideles Christus distinguit, Matthæi 13. Vobis datum est nosse mysteria regni Dei, ceteris verò in parabolis, vt videntes non videant, &c. Paulus disertè, quando cum fidelibus & sanctificatis agit de cœlibatu, ita loquitur: Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. Et eadem prorsus phrasi, qua 1. Corint. 12. dona priuata seu peculiararia describit, etiam hoc loco de cœlibatu vtitur: Sicut vnicuique diuisit Dominus, sicut vnumquemque vocauit Deus, ita ambulet. Sicut igitur non promiscuè omnes credentes habent, & etiam si velint & petant, non possunt omnes habere donum miraculorum, sanationum, linguatum, prophetia, &c. Imò cum Deus decreuerit talia peculiararia & priuata dona, non indifferenter omnibus & singulis credentibus conferre, fides non re-

Refutatio è
Scriptura per
distinctionē
donorū Dei.
Dona DE lo-
minibus piis
communis
& necessa-
ria.
Dona Dea
specialia.

Accommoda-
tiores ad
questionem.

Paul de con-
suetudine do-
nū habentibus,
qui con-
trahunt sunt.

De continen-
tibus, seu so-
litis.

Pugnancia
cum continen-
tia.

Continentia
vera, quid.
Augustinus.

Status huius
questionis.
Pontificiorū
dogma de do-
no continen-
tia.

Specialia Dei dona nequeunt ab omnibus promissionibus peti.

Et potest illud petere, cuius mandato & promissione destituitur. In hoc igitur genere donorum, pij non debent temeraria presumptione & affectatione, Deo quasi prescribere, quibus donis velint ab ipso ornari, sed quisque suum donum quod habet debet agnoscere, & diligenter excolere, vt talentum suum à Domino sibi concreditum, rectè, fideliter, & vtiliter collocet.

Celibatus est donum Dei speciale.

Eodem prorsus modo Scriptura de celibatu etià loquitur. Quando enim recenset comoda & utilitates celibatus, addit: Nō omnes sunt capaces, sed illi tantum quibus datū est, qui scilicet proprium, peculiare seu priuatū illud donū habēt ex Deo. Quid verò si reliqui etiam, qui donum illud continentie non habent, peterent, quærerent, vellent, anniterentur, nonne Deus etià ipsis donum illud daturus esset? Hic certè Scriptura, nec mandatū tradit, nec promissionem addit. Sed Paulus dicit: Vellem quidem omnes ita esse: Non autē hortatur, vt omnes hoc affectent, nec omnibus hanc facultatem promittit, sed vnusquisque, inquit, propriū donum habet ex Deo, vnus quidē sic, alius verò sic. Et addit, Deum ita distribuisse vocationes, quòd quosdam sibi velit seruire in coniugio, quosdā verò in celibatu. Et singulis donis, ad vocationē suam, siue in cōiugio, siue in celibatu, necessariis à Deo instruit. Monet igitur Paulus, ne Deo prescribamus, sed vnusquisq; dona sua, quæ ex Deo habet, cōsideret, & tale genus vitæ, siue coniugalis, siue cœlibis deligat, in quo p ratione donorū suorum possit bona conscientia Deo seruire, & Domino adherere. Et in delectu illo, expressè iubet accurata & matura deliberatione cōsiderare & expendere, an donum continentie ex Deo habeat, vel non habeat, is, de cuius celibatu vel cōiugio quæstio est. Si quis stat, inquit, firmus in corde, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, &c.

Non omnes fideles cœlibatus sunt idonei.

Certum igitur & manifestū est, ex verbis Christi, & ex Pauli explicatione: Nō omnes credentes habere donum continentie, quòd ad cœlibatū idonei esse possint. Et qui non continēt, sed vruntur, illos certè Paulus non vult cœlibatū amplecti, eò, quòd multas & magnas commoditates id vitæ genus habeat. Non enim hæc de cœlibatu, inquit, idē dico, vt laqueum vobis iniiciam. Nec illis, qui donū hoc non habent, proponit mandatū, consilium seu exhortationē, vt per castigationes corporis & orationem, se idoneos reddant ad cœlibatū, multò minùs addit promissionē, Deum illis, qui donum continentie non habent, illud dare velle, si modò vellint, conentur & cœlibatū accipere annuntietur, sed dicit: Qui se non continent, contrahant matrimonium. Melius enim est nubere quàm vri. Et propter fornicationem vitandam quisque habeat coniugem. Ac rationem addit: Ne vos tentet Satanas, propter incontinentiam vestram.

Nota est Hieronymi querela in Epistola ad Eustachium, cum se diu macerasset in eremo, vt membra squalido cœno horrerent, ora ieiuniis pallerent, & ipse vix ossibus hareret, sola tamē, inquit, libidinum incendia bulliebant. Item, cum in eremo Solis ardoribus inter feras & scorpiones repletus amaritudine sederet, sæpe tamen Romanis se delitiis interessè putabat.

Examen Canonū Tridentini iuxta Pauli sententiam.

Et iuxta hanc normam instituat iam examen, Paulus dicit: Satanā illis, qui donum continentie non habent, insidiari suis temptationibus, ppter incontinentiā. Quid verò ipsos iubet facere, ne in tē-

tationē inferatur? Vruntur, inquit, remedio cōiugij diuinitus ad hoc instituto & cōcesso. Et in ea vocatione cōiugij affirmat pios nō minùs manere apud Dominū quàm in cœlibatu. Trident. verò Canon dicit, eos qui donū continentie nō habent, sed tentantur ppter incontinentiā, modò voueant cœlibatū, non debere remedio matrimonij diuinitus instituto & cōcesso vri, sed sperare debere, Deū nō permissurū nos supra id, quod possumus, tētari. At qui remedia diuinitus ordinata negligit & abiicit, & sine mādato accerta pmissione, extra donum & vocationē suam, fiducia diuini auxilij aliquid priuata sua psumptione affectat & suscipit, is tentat Deum. Ita ergo tales cœlibes, qui donū non habent, primò, à Satana tentantur, & deinde ipsi vicissim Deum tentant. Non itaq; mirum est, si in nefandas turpitudines, & in æternū exitiū, præcipientes ruant. Sed Deus, inquit Canō, rectè petentibus nihil denegat. Benè verò est, quod addunt (Rectè petentibus) Nemo verò rectè potest petere, sine mādato & promissione Dei. Vbi verò habes mandatū Dei? vbi pmissione? si donum cōtinentie tibi nō sit datum, & si tentaris ppter incontinentiam, vt matrimonium abires, & interea petas tibi dari donum continentie? Imò directè pugnas contra ordinationem Dei, quæ illos, qui non continent, sed vruntur, & à Satana propter incontinentiā tentantur, iubet vt matrimonio, tanquā remedio diuinitus instituto, ad vitandas vstiones & fornicationes.

Et dignum est obseruatione, quòd præsumptio de generali possibilitate cœlibatus ipsis Apostolorum tēporibus exorta, & ab ipsis etiam Apostolis manifesta experientia refutata fuerit. Paulus enim, 1. T. m. 5. recitat exemplum iuniorū viduarum, quæ cum donū continentie non haberēt, & nihilominus genus vitæ cœlibis amplexæ fuerant, absq; dubio illa persuasione, quòd & vellent & possent cœlibatū seruire, tētationes Sanatæ nō euaserint, sed cōuersæ fuerint retrò post Satanam. Et Paulus hac experientia edoctus, nō dicit: Volo iuniores viduas conari, anniti, carnē castigare, luctari cōtra temptationes, & orare: Ita omnibus possibiliter cœlibatus, sed dicit: Volo iuniores viduas nubere, & rationē addit: Ne detur occasio aduersario. Itē, ne conuertantur retrò post Satanam, à quo scilicet, si donum continentie non habent, tentantur, ppter incontinentiam. Si itaque semel constituerimus, non nostræ rationis concinnas speculationes, vel hominū traditiones, sed expressam Spiritus sancti sententiam, in illis locis vbi ex professo materiam hanc tractat sequi, nullū amplius dubium esse debet, quàm quod donū continentie non sit cōmune omnib. fidelibus, quodq; illis, qui nō continent sed vruntur, remediū coniugij propositū sit.

Sed tamen & hoc certum est, aliquos posse se castrare propter regnum cœlorum, sed quibus datum est, hoc est, qui proprium illud donum ex Deo habent, Matthæ. 19. 1. Corinth. 7. Cum igitur donum illud quidam habeant, quidam non habeant, quæstio est complectens totam hanc disputationem, qui illi sunt, qui habeant, & qui non habeant, seu quod sit *ἡ ἀπορία* iuxta quod examinari, inquiri, deprehendi & statui possit, an quis donum illud habeat, vel non. Hoc enim est, quod Paulus dicit: Iudicandum esse an habeas necessitatem, an verò potestatem propriæ voluntatis. Et quia Tridentinus Canō videtur nostros perstringere, quæsi ex sensu donum continentie metiantur, cum inquit;

De eo, Deum rectè petentibus nihil denegare.

Vetus opinio, cœlibatū esse possibilem omnibus.

De iis qui donum continentie habent.

De Cœlibatu & Virginitate.

21

inquit, qui non sentiunt se donum castitatis habere, &c. explicabimus hanc quæstionem eò diligentius. Norma igitur eius examinis seu inquisitionis traditur, Matt. 19. 1. Cor. 7. Quia enim Christus tria genera Eunuchorū ponit, donū ergo continentia non in illis tantum est, qui vel corpore ad coniugiū sunt inhabiles, vel qui natura ita sunt frigidi, vt nullā appetitionē vel inclinationem ad venerem sentiāt. Sed sicut in reliquis donis diuinis, quia caro concupiscit aduersus Spiritū, studio, conatu, lucta aduersus carnē & oratione dona sunt exuscitanda, excolenda & cōseruanda. Idem etiā in donō continentia faciendū est. Qui enim negligentia ita torpet, vt nulla diligentia conetur & studeat cōtinentiā colere, nulla lucta concupiscentia resistat, vt eam reprimat, corpus, temperantia, & honestarum occupationum exercitiis, nō subigat, nec caueat & vitet occasiones prouocātes libidinē, ideō vt ne quidem petat gratiā & auxilium Dei ad continentiam, sed delitijs se dedat, crapula seu saturitate ventrem distendat, ociū se detur, & incentiuā (vt dici solet) libidinis aucupetur, is donum continentia nō accipiet, & etiamsi ipsi datū sit, non exuscitabit & exolet, sed suffocabit potius & extinguet. Studio igitur, conatu, lucta, abstinētia & oratione opus est, vt rectē explores, an datum tibi sit donum cœlibatus, vel an Deus illud tibi dare velit.

Et ad quam normam exigēda sit illa exploratio, hęc dicta Pauli ostendunt: Propter vitanda stupra quisque habeat coniugem. Ne vos tenter Satanas ppter incontinentiam vestram. Melius est nubere quā vti, vt sit sancta corpore & spiritu, vt adhæreatis Domino absq; distractione. Significat autē *ἡρώδης*, in tentationibus, impetū seu vehementiam affectuū, qui non in superficie tantum pungūt, & leuiter excuti possunt, sed qui quasi incendio quodā cor penetrāt, adurunt & depopulantur. Ita Græci interpretes eo vocabulo vtuntur, Ps. 9. & 17. Et Paulus etiā ita loquitur, 2. Cor. 11. Quis scandalizatur, & ego non vror. Hoc verò loco significat flammās & incendia libidinis, quādo cor æstuat, & exco rapitur igni. Rectē igitur Thomas dicit, non statim vritur, qui calorē sentit. Sed quādo in vita cœlibe, titillationes concupiscentia aculeis suis te pungunt, & æstum aliquē sentis, non statim exclames te vri, sed diligentia, conatu, lucta, temperantia & oratione fortiter repugnes, timorem Dei & amorē veræ pudicitia opponas, impuras cogitationes præcidas, turpes motus reprimas, occasiones, vires, & robur resistēdi à Domino tibi dari petas. Quod si hac diligētia flammæ libidinis possunt reprimi, repelli vel restingui, nondū laboras vstione, de qua Paulus loquitur. Sed hoc ipsum est donum cōtinentia, quod ea diligentia in lucta à peccatis accipitur, exuscitatur, excolitur & cōseruatur. Si verò flammæ libidinis tam sunt ardentes, vt hac diligentia, vel reprimi, vel restingui, vel repelli non possint (iuxta dictum: Quoq; magis premitur, tantò magis æstuat ignis) sed intro penetrēt, voluntatem occupent, cor inflamment, cogitationes abripiant, & totū corpus incendiant, vt cor vel pleno assensu, vel cæco & inquieto impetu libidinis, æstuet & ardeat, tunc certū est, te non esse capacem dicti Christi, hoc est, non habere donū continentia ex Deo. Et hoc est vstio seu tentatio illa Satanae per incontinentiam, quā Paulus remedio coniugij restinguendam esse docet, ne vel corpus fornicatione, vel Spiritus vstione inquinetur. Pe-

riculum enim seu præcipitum potius in tali vstione imminet, ne Satan natura infirmam in fornicatione (sub qua hoc loco omnis generis illegitimas commixtiones & pollutiones Paulus complectitur) coniciat. Ac etiamsi corpus impollutum seruetur, tamen si cor ita, sicut dictum est, vritur, non retinetur vera & pura definitio cœlibatus, quam Paulus constituit in sanctitate corporis & spiritus. Et quod interior illa vstio, etiamsi non accedat externa pollutio, sit coram Deo peccatum contra præceptum, Non mœchaberis, Christus expressis verbis pronunciat, Matt. 5. Ego dico vobis, quicūque aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, iam adulterium commisit in corde suo. Et vstiones illæ quando adeo impotentes sunt, sicuti dictū est, ipsam conscientiam lauciant, inuocationem turbant, exercitia pietatis interrumpunt, impediunt & maculant, vt homo nō possit absq; distractione adhærere Domino. Qui igitur tales sunt; illi eo ipso intelligunt, se non esse capaces cœlibatus, hoc est, se non habere donum continentia ex Deo. Et de illis intelligenda sunt ea, quæ suprā diximus.

Num verò illi non possunt Deo placere, & Domino adhærere, quia donum continentia non habent? Imò hoc ipsum Paulus agit: vt quisq; pro ratione doni & vocationis suæ, tale genus vitæ sibi deligat, in quo bona conscientia possit Deo placere, & apud Dominum manere, &c. Non autē præscribit, vt is, qui facta ea de qua diximus, exploratione vritur, pertinaciter eiurato coniugio quærat & affectet donum continentia. Nec consultit, vt in vstione maneat, sed inquit: propter vitandam fornicationem, quisq; habeat cōiugem. Item, melius est nubere quā vri. Et ne vos tenter Satanas propter incontinentiam vestram. Affirmat coniugium esse proprium donum ac peculiarem vocationem ex Deo, in qua illi, qui in cœlibatu continere non valent, Deo bona conscientia, in iustitia & sanctitate seruire, ipsi placere, quæ eius sunt curare, & ipsi dono & beneficio diuino, adhærere possint. Quod verò illi, qui donum cōtinentia habent, cœlibatum eligere possint, & tamen non peccent, etiamsi matrimoniū contraxerint, in sequenti capite explicabimus. Nunc tantum hoc ostendendū fuit, non omnes esse ad cœlibatum idoneos, eo, quod donum continentia non sit commune, sed peculiare, & quia norma rectē exploretur, an quis donum continentia habeat, an verò non.

Et positis his fundamentis, quæ certa, firma & manifesta sunt, non difficilis erit explicatio eorum; quæ de generali possibilitate cœlibatus à Pontificiis opponi solent, vt speciosè ita formatur argumentum: Propositum, vt Deo placeas, cures ea, quæ sunt Domini, & absque distractione Domino adhæreas, plium est, & ab omnibus suscipiendum, ad quod etiam Deus gratiam suam nemini petenti denegat. Sed cœlibatui expressis verbis Paulus hoc tribuit. Ergo cœlibatus ab omnibus est suscipiendus, & Deus donum illud nemini petenti denegabit. Et Monachi in suis Legendis multa fingunt miracula, quomodo tales miraculosè ab Angelis castrati, aliis virilia exusta, & sine sensu reddita, ex aliis sensus libidinis prorsus sublatus, &c.

Sed responsio ex Pauli disputatione vera & perspicua sumitur; in personis scilicet ad cœlibatum idoneis hæc locum habere. Neque enim soli cœlibes DEO placent, quasi in pio coniugio, nemo possit

Interior vstio est peccatum contra sextū præceptum.

Carentes cōtinentia dono, scriptura iubet contrahere matrimōnium.

Vnde deprehendatur an quis continentia dono sit pradius.

Vri seu ἡρώδης.

Thomas. in quibus sit donum continentia.

in quibus non sit.

Sapientia 8.

patur, quando aliquis compos alicuius rei fit, sic hoc etiã in loco rectè accipi potest. Cùm viderem, me non posse compotè fieri sapientiæ, quã amabã, orauit igitur Dominum. Ita totus cõtextus optimè cohæret. Ineptissimum autem esset, si de cœlibatu pponeret, & postea in proluxa oratione, aliud peteret, nulla profus mentione facta cœlibatus. Sed etiam si in visitata significatione accipiatur, non extorquebitur inde, donum cœlibatus comũne esse omnibus petentibus. Nam vocabulum ἐγκρατὴς, tribuitur etiã coniugibus castis, qui liberos habet, Tit. 1. Et quia Salomon, Sap. 8. loquitur, non ergo de perpetuo cœlibatu vocabulũ ἐγκρατὴς ibi intelligendum est. Nam 3. Reg. 3. Coniugiũ Salomonis ante orationem pro sapientia, describitur. Et consideretur quomodo cum toto contextu sententia illa cohæreat. Nam cap. 7. dixit: Spiritum sapientiæ esse sanctum & incoinquinatũ, ἀμβλωτον. Et cap. 8. Inquit: Sapientia docet σωφροσύνην, temperantiam seu pudicitiam, quæ etiam in coniugio est, 1. Tim. 2. Et postea dicit: cùm animam bonæ indolis nactus essem, dedi operã, vt corpus etiam esset ἀμικτον, impollutum, quia scilicet sapientiæ, cuius Spiritus impollutus est, cupiebam particeps fieri. Sed vidi esse donum Dei, corpus impollutũ seruare, idè orauit Dominũ. Quomodo verò Salomon corpus suum impollutũ seruauerit, historia ipsius ostendit, in adolescentia siquidem illegitimas commixtiones vitauit, & postea coniugium inuit, cuius thorus, quia immaculatus est, corpus seruat incontaminatum corã Deo. Et quidem non in cœlibatu, sed in coniugio posito Salomoni donũ sapientiæ, cuius Spiritus impollutus est, collatum fuit, 3. Reg. 3. Quid igitur ἐγκρατεια illa sit, quam Salomon & petiuit & impetrauit, cuius author & donator Deus est, ex historia Salomonis luce meridiana clarius est. Hæc de sententiã illa, Sap. 8. quæ tanto cum apparatus allegari solet, hoc loco annotare volui. Illæ enim interpretationes omnium certissimæ sunt, quas ipsæ rextus circumstantiæ monstrant, subministrant & confirmant.

De Testimo-
nio Patrũ.

Postremò non ignoro, plerosque ex patribus ita disputare, quasi videantur sentire, omnes si modò velint & petant, posse continentiam in cœlibatu præstare. Illud enim (qui potest) ita interpretatur, quicumque vult capere, capiat: Sed hæc explicatio manifestè pugnat cũ Paulo, sicut perspicuè in præcedentibus demonstrauimus. Et ipsi Patres etiam cum Christo & Paulo sentiunt ac loquuntur.

Ignatius.

Ignatius enim ad Smyrneneses inquit: εἴ τις δύναται ἐν ἀγνείᾳ μένειν, ἐν ἀκαυχῆσι μὴ μένειν, ἐν καυχῆσῃται, ἀπόλειτο. hoc est, Si quis potest in continentia manere, maneat sine gloriatione, si verò gloriatus fuerit, peritit.

Hilarius.

Hilarius dicit: Dominum nos admonere ad cœlibatum, si tamen possimus.

Hieronymus.

Hieronymus contra Iouinianum dicit: Si omnes virgines esse possent, nunquã & Dominus diceret. Qui potest capere, capiat, & Apostolus in suadendo non trepidaret. Et in Matt. 19. scribit: Vnde infert Dominus, qui potest capere, capiat, vt vnusquisque consideret vires suas vtum possit virginalia & pudicitia implere præcepta. Per se enim castitas blanda est, quemlibet ad se alliciens. Sed consideranda sunt vires, vt qui potest capere, capiat.

Augustinus.

Augustinus ad Pollentiũ ca. 19. inquit, ad cœlibatum consilio Apostoli, quicumque potest capere, prouocatur. Idem de virginitate ca. 40. Vnusquis-

que habet proprium donum. Quis ergo donat ista? Quis distribuit propria vniciq; sicut vult? Nempe Deus, apud quem non est iniquitas. Ac per hoc, quæ æquitate ille faciat alios sic, alios autè sic, homini nosse aut impossibile aut difficile est, quin tamen æquitate faciat dubitare fas non est.

Gregorius.

Et Gregorius de cura pastorali parte 3. cap. 30. dicit, donum cœlibatus non esse omnium, his verbis: Veritas de hac integritate dicit: Non omnes capiunt verbum hoc, quod eo innotuit summum esse, quo denegauit omnium. Et capite præcedenti scribit: Cœlibes esse à pastoribus admonendos, vt si tentationum procellas cum difficultate salutis tolerant, coniugij portum petant.

Bernardus.

Bernardus etiam in sermone ad Clericos, de contemptu mundi: Vinam, qui continere non valent, cœlibatui dare nomina vereantur, sumptuosa enim turris est, & verbum grande, quod non omnes capere possunt.

Hæc veterum sententiæ manifestè ostendunt, ipsos sensisse, quòd non omnibus detur donum illud; vt possint continere, quia verò donum continentia, etiam in illis, quibus datur, recipitur, exciscitur, excolitur & conseruatur, non sine magno studio, conatu, labore & lucta à petentibus, sicut supra ostendimus, & multi desidia illud suffocant & extinguunt. In hanc sententiã rectè accipi possunt dicta quædam patrum, vt cùm Origenes dicit: Qui vult capax esse verbi de castitate, petat, credens dicenti, & accipiat, nõ dubitans de illo, quod dictũ est, omnis qui petit, accipit, Et quod Augustinus ad Pollentium, lib. 2. cap. 19. Non eos terreat icarcina continentia, leuis erit, si Christi erit, Christi erit, si fides aderit, quæ impetrat à iubente quod iusserit. Item, quod Chrysostomus dicit: Idè non omnes capere possunt, quia non omnes volunt, palma pposita est, qui cupit gloriam, cogitet de labore. Et Hieronymus: His datũ est à Deo, qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt, &c.

Hæc veterum dicta, si accipiantur eo modo, vt dictum est, nihil habent incommodi, si quis verò ea voluerit ita torquere, quòd donum continentia indifferentè omnibus offeratur, si modò velint, petant & conentur, is faciat patres directè pugnare contra Christum, contra Paulum, imò contra se ipsos etiam. Et si qui ex patribus maximè ita sensissent, ipsi darent nobis veniã, quòd mallemus certam & manifestam Christi & Pauli sententiam, quàm priuatas hominum cogitationes sequi.

CAPVT V.

DE VOTO COELIBATVS, ET QVID PAULUS de proposito suscipiendi cœlibatus doceat.

CVM itaq; constet, cœlibatũ esse vitæ genus, Deo placens in his, qui donum habent: quæstio iam est, à quibus, & quomodo genus illud vitæ suscipiendũ & instituendum sit. Et an voto aliquis ad cœlibatum, in perpetuum abiurato coniugio, se astringere possit aut debeat, ita vt emisso voto, nec possit nec debeat, in perpetuũ, sub pœna æternæ damnationis, in quocunq; etiam casu, si necessitas flagitarit, remedio coniugij diuinitus contra vstionem & vitandam fornicationem, instituto vt. Hoc enim est, quòd IX. Canon Tridentinus dicit, eos, qui castitatem vouerunt, non posse sub pœna anathematis matrimonium contrahere, etiam si sentiant se castitatis donum non habere. Pelagus autem opinionum, & carnificinã

An conentio
sic cœlibatus

contis

conscientiarum, est hæc quæstio, quando ex hominum præsumptis sententijs & decretis, æstimanda instituitur. Simplex verò & plana est eius explicatio, si lucerna pedibus nostris sit verbum Domini. Ex Scripturis igitur diuinitus inspiratis (iuxta Magni Constantini Consilium) sumemus quæstionis huius solutionem, & apparebit quantum conscientia intersit, an semitas Domini rectas in Scriptura præmonstratas, an verò anfractus seu labyrinthos potius viarum humanarum, ingrediatur.

*Non prædit
dono continen-
tia contra-
hant.*

*An habenti-
bus donum
continentia
interdictum
sit coniugiu.*

Qui igitur donum continentia ex Deo non habet, ei cœlibatus, nec præcipitur, nec consulitur: Sed mandatū habet, si non continent, contrahant matrimoniū, melius est nubere, quam vri, &c. Nec benè igitur, nec rectè facit, qui sine dono continentia cœlibatui se astringit, sicut in præcedenti capite ex Pauli sententia ostensum est. Sed quid de illis, qui donum habent, vt adhibita ea, de qua supra dictū est, diligentia, si flammæ libidinis possint vel restringere, vel reprimere & cohibere? Certè si non haberemus expressam Spiritus sancti determinationem de hac quæstione, nos iudicaretur eum corā DEO damnabiliter peccare, qui dono continentia non vteretur ad cœlibatū, Ac sine dubio ingeniosi essemus, colligendis multis & varijs, ad confirmandā hanc sententiam, rationibus. Sed admiranda est Pauli modestia, quod conscientia nihil vult tanquā necessarium imponere, de quo nō habet expressum mandatum Domini. De virginibus igitur, inquit, præceptum Domini non habeo, non autem loquitur in genere de virginibus, hoc est, de personis solutis, quæ dono continentia destitutæ, ad cœlibatū nō sunt idoneæ. De illis enim in principio dixerat se habere præceptū Domini, vt qui se non continent, contrahant matrimoniū. Hoc ergo loco de illis virginibus loquitur, quibus à Deo datum est, vt possent verbum de cœlibatu capere, dicit enim, si solutus es, ne quæras vxorem. Et de illis virginibus dicit, quod si & vxorem duxeris, nō peccasti, etsi virgo nuplerit, non peccauit. Afflictionem tamen in carne habebunt huiusmodi. Vbi vides, quod Paulus hoc dicit: Eos, qui donū continentia habent, & tamen contrahunt matrimoniū, accersere quidem sibi afflictiones carnis, conscientiam tamen in spiritu coram DEO ipsis relinquit liberam, quod scilicet nubendo non peccent. Et postea dicit: Etiam si causa incontinentia non intercesserit, sed tantū si pro more populi aut loci habeatur indecorū, vltra adultam ætatem aliquā seruari virginem, faciat, inquit, quod vult, nō peccat si nubat. Et hæc omnia sumit ex eo fundamento, quia, inquit, præceptum Domini non habeo, quod scilicet illi, qui donum continentia habent, necessariò debeant in cœlibatu viuere, & à coniugio abstinere. Meam autem, inquit, sententiā propono, vt qui misericordiam consecutus sum à Domino, in hoc vt sim fidelis. Arbitror itaq; hoc bonum esse propter præsentem necessitatē, &c. Item, vidua soluta nubat, cui vult, modò in Domino, At tamen beator erit, si sic permanserit iuxta meam sententiam. Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam. Non autē vult Paulus verbo Dei aliquid de suo addere, aut priuatas suas cogitationes verbo Dei vel æquare vel proponere, sed *γνώμην* vocat, non propriè consilium (ita enim *βούλη* nominasset) sed sententiam seu iudicium, quod ex generali analogia si dei, in casu, de quo in Scriptura nihil expressum extat, colligit, vt scilicet quicq; tale ge-

nus vite sibi deligat, quod pro ratione circumstantiarū, loci, temporis, personarū & donorum iudicat & animaduertit sibi vtile & commodum futurum, ad hoc, vt curet, quæ sunt Domini, vt sanctus sit corpore & spiritu, & indiuisè Domino adhæreat. Hac verò tua sententia, non audeat cœlibatū tanquam necessarium, etiam illis, qui donū habent iniungere, nec audeat peccatū dicere, etiā illi, qui donū continentia habent, contrahant matrimoniū. Sed inquit, propter commoda & vtilitates cœlibatus, exilimo (conscientia tamen manente libera) bonum esse sic manere. Item melius facit, & beator erit, si habens donū, sic permanserit iuxta meam sententiam. Paulus igitur non præcipit, sed conscientia liberū relinquit, tantū suadet & consulit, vt propter viles fines, illi, qui donū continentia habent, si voluerint, in cœlibatu maneant.

*Ad cœlibatū
non sunt cogendi, etiam
qui donum
continentia
habent.*

Nec verò in genere tantū consilium dat de cœlibatu, sed accuratè ostendit, quomodo sit suscipiendus. Tradit enim viles aliquot regulas seu cautiones, quas in deligendo seu suscipiendo cœlibatu, diligenter vult obseruari, illas, vt planior sit explicatio, ex perpetuo Pauli contextu contrahemus, & ordine recensere bibimus.

*Paulus certis
regulis docet
quomodo cœ-
libatus susci-
piendus sit.*

Prima autem regula seu cautio hæc est: Ne quis laudibus cœlibatus illectus, temerè viribus suis nō satis exploratis, vitam cœlibem arripiat, sed vt diligenter consideret, quodnam donū ex Deo habeat. Normam autē explorationis ita describit, vel necessitatem quis habet, vel potestatem propria voluntatis. Et necessitatem vocat, quando quis sicut Hieronymus explicat, videt lasciuientem carnem suam in libidinem, ita vt refrænare non possit, atq; ita agnoscit se in duplici necessitate positum, vt aut vratur & scortetur, aut vxorem ducat. Et in hanc sententiam vocabulum *ἀγχινοειν*, quo Paulus hoc loco vtitur, vsurparat, Roman. 1. de pollutionibus contra naturam. Græci interpretes hoc vocabulo vtuntur, Genes. 34. de stupratione Dinæ. Et quod dicitur, Leuit. 18. reuelare turpitudinem propinqua secundum carnem, hoc Græci reddiderunt *ἀγχινοειν*, imò membra pudenda ita vocant, Exo. 20. & 28. quod Paulus imitatus est. 1. Corinth. 12. Qui igitur talem *ἀγχινοειν* animaduertit, & sic oportet fieri, inquit Paulus scilicet ob restringendam vitionem, & vitandam fornicationem, is sciat sibi non consuli multò minùs præcipi, vt committat se periculis vitæ cœlibis & tentationibus Satanæ, sed meminerit mandatum esse, si se non contineat, vt matrimoniū contrahat. Qui verò donū continentia ex Deo habet, atque ita non necessitatem, sed potestatem habet propria voluntatis, ei liberum est, voluntatem applicare vel ad coniugium vel ad cœlibatū. Et si cœlibatū eligat, benè facit, imò melius facit, quàm si coniugium susciperet propter rationes.

*Verbū ἀγχι-
νοειν quid.*

II. Non vult cœlibatū, etiam ab illis, qui donum habent, diligi & suscipi, ea opinione, quasi necessitas præcepti diuini eum iniungeret & imponeret, aut quasi peccatum esset, si talis, qui donum continentia habet, matrimoniū contraheret, sed libertatem conscientia vult conferuari.

III. In hoc delectu præcipuè vult rationem haberi vocationis seu functionis cuiusque ita, vt tota deliberatio ad veros fines cœlibatos referatur, qui supra peculiari capite expositi sunt. Hoc inquit, ad id, quod vobis ipsis conducibile est, dico, vt scilicet, si vocationis vestra officia commodius & expeditius

peditus obiri possint in cœlibatu, & si donum illud habetis, deligatis vitam cœlibem in hunc finem, vt commodius & expeditius possitis curare, quæ sunt Domini, sanctimoniam corporis & spiritus sectari, indiulse Domino adhærere, ab afflictionibus carnis & à solitudinibus auocantibus ab exercitiis pietatis, liberiores esse.

Quartò, Monet Paulus ne temere, aut leuiter aliquid constituitur in suscipiendo cœlibatu, sed vt diligens, grauis & matura adhibeatur deliberatio. Ideo enim bis mentionem facit cordis, qui stat firmus, inquit, in corde suo. Item, qui iudicauit hoc in corde suo, ne scilicet ipso facto cœlibatus suscipiatur, sine certo & deliberato animi proposito, neue animo ambigente seu fluctuante suscipiatur. Et ne deliberatio illa leuiter, obiter, aut perfunctorie peragatur, vt quis viribus suis nõ satis perpensis, & corde seu animo suo, quomodo erga cœlibatũ affectus sit, non satis explorato, aliquid constituat, cuius nõ multo post inconstanti mutabilitate ipsum pœniteat. Sed omnibus circumstantiis diligẽter & rectè cõsideratis, perpensis, & exploratis, maturo cõsilio, deliberato proposito, & constanti voluntate, certi aliquid cõstituitur. In hac autem deliberatione caput debet esse inuocatio seu oratio, vt Deus spiritu suo salutaria cõsilia suggerat, deliberationes gubernet, animũ, quo velit, inclinẽt, & ordinaria subiiciat media. Sicut enim in omnibus vocationibus diuis hoc obseruandũ est, ita cum Paulus inter vocationes Dei numeret & coniugiũ & cœlibatũ, eadem ratio esse debet in hisce etiã deliberationibus. Magnã enim emphasin habent verba, quibus Paulus vtitur, vt cum dicit hoc κέρικε in corde suo. Significat enim κρίνειν, quando re deliberata, & argumentis tanquam in iudicio vtrinque disceptatis, iudicium fertur, sententia pronunciat, & certi aliquid definitur, determinatur, seu statuitur. Ita Act. 15. post factam συζήτησιν disquisitionem seu collationem sententiarum. Petrus his verbis pronunciat, ideo ego iudico.

Et 1. Corinth. 5. Paulus laturus sententiã excommunicationis, hoc ipso verbo vtitur. Hoc vero loco cum addit, iudicauit in corde suo, plus est, quam quando, 1. Cor. 11. dicit: Iudicate apud vos ipsos, an decorum sit, &c. Magnam etiã emphasin habet, q̄ hoc loco dicit, ἔσκηεν ἐδραῖος. Significat enim ἔσκηεν firmiter & constanter perstare seu perseuerare. Et ἐδραῖος significat firmũ ac stabilem: vnde ἐδραῖωμα, fundamentũ seu fulcimentum dicitur. Et 1. Cor. 15. cõiungit hæc duo, ἐδραῖος & ἀμετακίνητος, qui ita sunt obfirmati, vt nõ patiantur se à sententia dimoueri, ac obseruetur antithesis. Paulo ante cum ageret de illis, qui licet donũ continentia habeant, tamen cõtrahunt matrimoniũ, vtitur verbo νομιζέτω. Et addit, faciat quod vult, nõ peccat si elocat, sed in cœlibatu suscipiẽdo, verbis maturæ, diligẽtis & grauis deliberationis, vtitur. Et ad cõsilia, vt salutaria sint, requiritur gubernatio Spiritus sancti, & benedictio diuina, quæ pia oratione petenda & quærenda sunt. Atq; ideo etiã deliberationem illam non cõmittit ætati iuuenili, in qua cõsiliũ, prudentia, circumspectio, grauitas & constantia desideratur, sed parentibus vel aliis sapientioribus, qui rectius, maturius & diligentius hæc iudicare possunt, eam vult deferri & communicari. Et tamen patriã potestatem ita limitat Paulus, nõ quasi liberi præter suam sententiam, voluntatem & habilitatem, à parentibus pro

imperio vel ad coniugium, vel ad cœlibatũ, destinate possent, sed patris deliberationem statuit moderandam & dirigendam esse secundum ingenium, voluntatem, habilitatem & inclinationem, siue (vt Græci interpretes loquũtur) γνώμην καὶ ὀρέμην filia. Ita enim veteres: Ambrosius, Hieronymus, Primasius & Photius, illa verba Pauli rectè interpretantur, nõ habens necessitatẽ, sed potestatem propriæ voluntatis.

Quinto, Præterea in hac deliberatione Paulus vult etiam ætatis rationẽ haberi. Nam hoc loco vocat virginem ὑπέρακμον. Et 1. Timot. 5. expresse nominat annũ ætatis sexagesimum. In sinuat ergo, Primo, ætatẽ ante ἀκμήν. Secundo, In ipsa ἀκμή, hoc est, in integra seu consistente ætate. Tertio, post ἀκμήν. Et quidẽ ante ἀκμήν, quãdo corpora adhuc crescũt, & qualitates caloris & humoris nondum absolutè sunt, nec ad suum incrementum peruenerunt, mediocri diligentia Deo iuuante potest puritas retineri. Et ad hanc diligentiam exhortandi sunt iuniores, exemplo Solomonis, Sapie. 8. sicut in præcedentibus dictum est. In illa vero immatura ætate, & eius circumstantiis, si quis de totius reliquæ vitæ statu constituere vellet, imprudenter faceret. Post ἀκμήν autem in ætate prouectiori circa annũ sexagesimum iudicat Paulus, 1. Tim. 5. nõ opus esse scrupulosiori examine, si enim tunc vltio vel nõ sentitur, vel reprimi & restingui potest, non est periculum, ne annis succedentibus, crescat & inflammeretur. Ad ætatem igitur intermediã, quæ ἀκμάια, hoc est, consistens, florens & integra appellatur, deliberatio & exploratio illa pertinet, sicut & Hieronymus in cõmentariis dicit: Parentes quidem vsq; ad legitimam ætatem custodire debent virginem, & docere quod melius est. Si autem illa tũc noluerit, fiat quod necesse est, &c. Et ad sit potestas propriæ voluntatis, ne vel corpus ægritudine langueractũ, vel animus luctu, & aliis solitudinibus deiectus sit: Ita enim falleret deliberatio, sicut exemplum viduarum, 1. Timoth. 5. indicat.

Sexto, His vero regulis omnibus, de suscipiendo cœlibatu, Paulus addit vtilem & necessariam hanc cautionem: Hoc autem dico ad id, quod vobis ipsis cõducibile est, non vt laqueum vobis iniiciam. Obseruanda autem est Grammatica vocabuli significatio. Βέσχος enim Varinus dicit significare foramen corrigiæ, per q̄ ferramentum traicitur, vt pedem constringat. Suidas dicit significare τὸ τῆς ἀρχόντης χωνίον, illam partẽ laquei, quæ ita parata est, vt constrictione sua strangulet. Et citat græcam sententiam, ὁ δὲ ἡδὴ μεμνηχανημένος ἀρχόντω, τὸν βέσχος εὐδεδυμένος. Pollux dicit: βέσχος significare in aucupũ seu venatorum retibus foramina, quæ quaternorum funiculorum nexibus efficiuntur, per quæ animalcula, si caput exerant, quasi elapsura, fortius constringuntur, & ita capiuntur. Et vsitatissima in Scripturis est similitudo laquei, quando aliquis vel insidiis & dolis circumuentus, vel non præuidens & animaduertens, incidit in periculum, quo conici posset in perdicionem, vel corporis vel animæ, nisi inde extricaretur. Cum igitur ipsa experientia Paulus in viduis, 1. Timot. 5. didicisset, qui casus euenire possint & soleant, etiam illis, qui deliberato animi proposito cœlibatũ susceperunt, non vult cœlibatum, vel suscipiendum, vel susceptum, cuiquam tanquã laqueum iniici, quo ita constrictus teneatur, vt etiam si postea tentationibus Sathanæ propter incontinentiam flammis vltionis, periculo

Cœlibatus nõ
necat laqueum
conscientiarum.

Βέσχος laqueus quidã.

C fornicat

Non temere
cœlibatus suscipiendus.

Accedat de
beratio dilis-
genti.

Adhibeatur
inuocatio
Dei.

Non ætatis
iuuenilis est
hæc delibera-
tio.

*Quibus, &
quando cœli-
batus sit la-
queus.*

fornicationis & quæ inde consequitur, perditioni, & corporis & animæ, expositus sit, non possit inde extricari & liberari. Declarationem autem ipse addit, quibus & quando cœlibatus fiat laqueus, scilicet, quibus & quando non amplius conducibilis & utilis est, πρὸς τὸ ἀγγημον, id est (sicut antithesis, τὸ ἀγγημονεῖν, cuius significatio paulo ante explicata est, ostendit) ad hoc, ut honesta castitas, sine labe sinistra famæ, ac sine pollutione carnis & spiritus seruetur, utque sine auocamentis & distractione, Domino pie quis adherere possit. Qui igitur vitam cœlibem agere instituit, si postea experiatur, se à Satana propter incontinentiam periculose tētari, vstionibus pollui, in periculo fornicationis versari, inuocationem impediri, exercitia pietatis turbari, flammis libidinum, quas lucta, oratione & diligentia reprimere & restringere non potest, is si in hoc casu, ad seruandū cœlibatū, quem suscepit, adigitur & cogitur, ei profecto cōtra voluntatem & prohibitionē Pauli, laqueus iniicitur: qui vero obstinate in tali casu cœlebs conatur manere, is sibi ipsi cōtra mentem & inhibitionem Pauli, laqueū induit. Et metaphora laquei, periculum & perditionē indicat, nisi laqueus extricetur, imo abiiciatur & abrumptur. Qui enim laqueū non vult iniici, is certe iniectum, non vult cum periculo corporis & animæ retineri, sed abiici. Et manifesta est Pauli sententia, licet nec temere nec leuiter, ab eo, quod semel deliberato animi proposito, tanquā vocatio Dei susceptum est, resiliendum sit, Deum tamē nemini cœlibatum iniicere, ut ipsi laqueus sit. Imo Deū nō velle, ut quisquam hominum, etiam si spiritū Dei, sicut Paulus, habeat, vel alteri, vel sibi ipsi cœlibatū ita imponat, ut sit vel fiat ipsi laqueus. Ac quomodo & quando sit & fiat laqueus, ipse sicut ostensum est declarat. Non autē dicit, si semel deliberato proposito cœlibatū suscepisti, etiam si laqueus tibi vel sit, vel postea fiat, tamē in perpetuū, sub pœna æternæ damnationis, non potes inde liberari, sed conare, luctare, precare, &c. Hoc certe nō dicit, sed simpliciter pronunciat, Hoc dico ad id, quod vobis ipsis conducibile est, non ut laqueum vobis iniiciam, ut scilicet necesse vobis sit, in cœlibatu manere, etiam si ille vobis ad finem illum de quo supra dictum est, non sit adiumento, sit obstaculo & impedimento, imo etiam si exponat vos periculo pollutionum, scortationis & perditionis. Relinquit igitur conscientia libertatem illam integram & illatam, ut qui non continet, nubat, & si nupserit non peccet, semper enim & omnibus melius est nubere quam vri, & oppositum vel docere vel præcipere, vel facere, laqueus est contra prohibitionem Pauli.

Hanc esse Pauli sententiam de suscipiendo cœlibatu, certum & manifestum est. Nihil autē habet hæc sententia perplexi vel intricati, quod vel dubitationes parere, vel scrupulos conscientia iniicere possit, sed est simplex, plana, conscientia utilis & salutaris. Tridentinum vero Concilium, seposita seu sepulta potius plana hac Pauli sententia, ita decernit, Cano. 9. Si quis dixerit posse omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eam voverint, habere donum, Anathema sit. Nō autem ignota mihi sunt illa, quæ ex Patrum scriptis, ex Cōciliorum decretis, & ex Scholasticorum disputationibus huc afferri solent. Sed quia à modesto & salutari consilio Pauli dissentiunt: Imo cum eo pugnant, & continent vastissimum pelagus quæstionum, disputationum & dubitationum, qui-

*Trident. Ca-
non repugnat
Paulo.*

bus conscientia, in periculosos illos laqueos, quos tanta sollicitudine Paulus præcauere voluit, conii-
ciuntur, certe sicut Apostoli dicunt, Acto. 4. Non est iustum in conspectu Dei, homines potius audire quam Deum per Paulum loquentem.

CAPVT VI.

DE VOTIS VETERIS TESTA-
menti.

HÆc quidem simplici & piæ conscientia sufficerent: Plenioris tamen explicationis gratia, de præcipuis Pontificiorum argumentis, quibus ad stabiliendum votum suum cœlibatus uti solent, quædam addemus. Et qui strepitu sententiarū Scripturæ de faciendis & reddendis votis conatur conscientias turbare, breuiter perstringemus doctrinam de votis veteris Testamēti, ac addemus sententiam noui Testamenti. Non autē integram huius quæstionis explicationem, de votis in genere, hoc loco instituemus, sed quæ ad soluenda Pontificiorū argumenta de voto cœlibatus vtilia & necessaria videbuntur, in compendium cōtrahemus.

Obiiciuntur enim, vrgentur & inculcantur generales hæc Scripturæ sententia. Psal. 76. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Psal. 67. Reddam tibi Vota, quæ distinxerunt labia mea. Num. 30. Si quis virorum votum Domino voverit, non faciet irritum verbum suū, sed omne quod promisit implebit. Eccle. 5. Si quid vovisti Deo ne moreris reddere, sed quodcunq; voueris redde, multoq; melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere. Dent. 33. Cum votū voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud Dominus Deus tuus, si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri absq; peccato eris. Quod autem semel egressum est labiis tuis, obseruabis & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, &c.

Hæc sententia generales, quando ad votum cœlibatus accommodantur, non possunt recte explicari, nisi in genere de votis aliquid dicatur.

In veteri igitur Testamento, & facta & perfoluta fuisse vota, extra controuersiam est. Considerandæ autem sunt descriptiones votorum, inde enim doctrina colligi poterit. Et summa hæc est: Faciebant in veteri Testamento vota propter varias causas, præcipue vero, quando in periculis & necessitatibus constituti, Deum pro liberatione, vel impetrando beneficio, inuocabant. In afflictionibus enim non tantū clamabant ad Dominum, sed promittebant gratitudinem, non in genere tantū, sed in specie etiam aliquid, quod iuxta legem loco gratitudinis Deo offerrent. Vouebant, ut Gene. 28. Nu. 21. Reg. 1. Ionæ 1. & 2. Psal. 22. Cum clamarem exaudiuit me, vota mea reddam, Psal. 66. Reddam vota, quæ distinxerunt labia mea, & locutum est os meum in tribulatione mea. Psal. 76. Vouete (scilicet in angustia constituti) & reddite (scilicet post exauditionē & liberationem) Vota enim in afflictionibus facta, postea in medio Ecclesiæ reddebāt palam coram omni populo, narrantes suas angustias, & prædicantes beneficia Dei, ut Psal. 22. Salua me ex ore leonis, Narrabo nomen tuum fratribus meis, In medio Ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum, timeat eum omne semen Israel, quia non auertit faciem suam à me, & cum clamarem ad eum, exaudiuit me, Vota mea reddam in con-

*Argumenta
Pontificiorū
quibus votū
cœlibatus de-
fendunt.*

*Sententia ge-
nerales de
votis.*

*De votis ve-
teris Testa-
menti.*

*Varia causa
votorum po-
puli Veteris
Testamenti.*

spectu

specu timentium eum, Psal. 66. Reddam vota: Venite & audite omnes qui timetis Deum, & narrabo, quanta fecit anima mea, Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam a me.

Porro vouebant in veteri Testamento etiam extra pericula, vel ad gloriam Dei, & cultum eius iuxta legem amplificandam. Ita vouebantur sacrificia, Leuit. 7. Nu. 15. Et ad extructionem templi, 2. Paral. 5. Vel ad sustentationem ministerii & pauperum. Ita vouebantur domus, agri, decimæ Leui. 27. Deut. 12. Vel ad testificandam fidem & confessionem, Ionæ 1. Acto. 21. vel vt caro subiiceretur spiritui per ieiunia & ceterarum rerum abstinentiam, Nu. 30. Vel vt esset commonefactio eius, quod Paulus tradit, Roma. 12. Exhibete vos Deo hostiam viam. Ita se ipsos Deo vouebant. Leuit. 27. Vel vt suo exemplo alios inuitarent & excitarent ad agnitionem & glorificationem Dei, Num. 6. 1. Reg. 1.

Vota Veteris Testamenti voluntaria non carebant expresso verbo Dei. Et licet vota illa fiebant libera & spontanea voluntate, Deus tamen non reliquit vouentium arbitrio, vt quicquid ipsis videretur, aut quomodo-cumq; videretur, vouerent, sed tradito certo & expresso verbo declarauit, quæ & quomodo sibi vellet, vel non vellet voueri. Habebat igitur vouentes in veteri Testamento verbum, non tantum quod illa, quæ vouebant, Deo placerent: verum etiam quod Deus illa sibi vellet voueri. Nam de iis, quæ non volebat sibi voueri, loquuntur hæc dicta, Deut. 23. Nō offeres mercedem prostibuli, nec precium canis, in quocumq; voto, quia abominatio est Deo, Leuit. 27. Primogenita & decimæ, quæ antea Domini sunt, non debent secundario per votum Domino consecrari. Proue. 15. Victimæ impiorum abominabiles, vota iustorum placabilia. Pro. 20. Ruina est homini deuorare sanctum, & post vota facere. Eccl. 5. Displicet Deo stulta promissio.

Vota moralia Veteris Testamenti. Quæ vero volebat voueri, ea partim erant moralia, quæ etiam sine voto, ex mandato Dei debentur, vt Psalm. 57. Super me sunt vota tua Deus, reddam laudationes tibi. Psal. 50. Immola Deo laudem, & redde altissimo vota tua: Et inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & glorificabis me. Gen. 28. Dominus erit mihi in Deum. Ad illa vero quæ alias debentur, peculiari voto ideo se obstringebant. Solet enim humanum ingenium in afflictionibus pium propositum gratitudinis & emendationis concipere, post liberationem vero eius secure obliuisci, ac sæpe a prauis cupiditatibus abstractum retro respicere & in peius ruere. Vt igitur mutabilitas illa voluntatis humanæ, in bono peculiari & arctiori vinculo obligationis, constringeretur, & securitas, torpor ac prauæ inclinationes carnis, eo fortius excuterentur, & omnes affectati prætextus præciderentur, peculiari voto seu iuramento, scilicet Deo ad reddendam illa, quæ alias ex mandato debentur, obligabant, vt ita perpetuam commonefactionem secum circumferrent. Ita, Psal. 119. Iuravi & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. 2. Paral. 15. Corroborarunt fœdus, vt quærerent Deum patrum suorum in toto corde suo iuraueruntq; Domino voce magna cum execratione in omni corde suo. 2. Esd. 10. Percutiant fœdus & iurant cum execratione, quod velint ambulare in lege Domini, &c. Et hæc erant vota moralia.

Vota Ceremonialia. Præterea vero erant multa ceremonialia vota in veteri Testamento, quæ tamen pro ratione pædagogicæ veteris Testamenti, vel significationis vel contestationis, vel excitationis erant moralium, pœnitentiæ scilicet, fidei, charitatis & obedientiæ.

Vt in gratiarum actionibus adhibeantur peculiare votiuæ liberationes. Psal. 116. Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi, calicem saluationum accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddam, coram omni populo eius. Et ipsa ceremonialia vota volebat Deus referri ad moralia, imo ostendebat, se opus operatum in ceremonialibus illis non curare, si non ad moralia referretur, vt Psal. 50. Non in sacrificiis tuis arguam te. Nūquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo laudem, & redde altissimo vota tua, & inuoca me, &c. Sacrificans laudem honorificabit me. Psal. 51. Libera me de sanguinibus, & exultabit lingua mea iustitiam tuam, quoniam, si voluisses, sacrificium dedissem. Sacrificium Domino spiritus contribulatus: Cor contritum & humiliatum nō despices, tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta, &c.

Vota Ceremonialia regebantur verbo Dei. Et ad ceremonialia illa vota, non quidem ex mandato tenebantur, erant enim libera & spontanea. Deut. 23. Eccl. 5. Sed tamen certo verbo traditum & præscriptum erat, quæ & quomodo Deus hoc genere sibi voueri vellet, vt Psal. 66. 2. Reg. 15. 2. Paral. 25. Vouentur sacrificia, Sed quæ sacrificia vouenda sint, præscribitur, Leui. 7. 22. 23. Nu. 15. Ita, Leuit. 27. Res votiuas Deus præscribit: Voueat seipsum, animalia, domum, agrum. Ita, 1. Reg. 1. Hanna vouet Domino filium. Et tale est Nazaræorum votum, Num. 6. Ita, vouendas esse primitias & decimas, præscribitur Leui. 27. & Deut. 12. Et inde decimæ vouentur, 2. Paral. 31. Aurum, argentum & similia ad structuram templi ex voto conferuntur, 1. Paral. 29. 2. Paral. 5. & 15. Talia enim vouenda esse Deus præscriperat. Exod. 25. Votum affligendæ animæ per ieiunium, & abstinentiam aliarum rerum describitur, Nu. 30. Reprehendit autem Scriptura vota, quæ contra præscriptum Dei pugnant, vt Michæ votum. Iud. 17. Et quæ idolis fiebant. Ierem. 44. Amos. 5. Baruch. 6. Imo & illa vota improbat, quæ licet bona intentione, tamen non ex præscripto Dei fiebant, quale erat Iephthæ votum, Iudicum 11. Et Dauidicum bona quidem intentione, sed sine certo verbo Dei, fecisset votum de ædificando templo, 2. Reg. 7. Psal. 131. Nathan quidem Propheta, votum illud probat & prædicat, sed Deus non vult votum illud à Dauide impleri, 2. Reg. 7. 1. Paral. 28. A deo etiam in liberis & spontaneis votis, Deus voluit verbum suum regulam esse. Nec votum Rechabitarum, Ierem. 35. De non bibendo vino, de non ædificanda domo, vinea, agro, fuit præter aut extra verbum Dei. Nam abstinentiam à vino, domum, agros, &c. potuisse voueri & liberum fuisse, vel redimere, vel non redimere, constat. Num. 6. & 30. Leuit. 27.

Postulauit autem Deus, vt vota iuxta legem facta seruariantur. Quia alias significatio esset cōtempus Dei, & animi ingrati, qui obliuiscitur beneficiorum Dei. Et pugnat contra secundum præceptum. Nomen enim Domini in vanum assumitur. Cumq; peccatum sit fidem homini datam fallere, multo magis scelus esset Deo mentiri. Obseruandum tamen est in exemplis votorum veteris Testamenti, dicta Scripturæ de reddendis votis, Deut. 23. Eccl. 5. Etiam in veteri Testamento, in certis casibus exceptionem, limitationem seu dispensationem admisisse. Votum enim de re impia, illicita vel stulta Deus prohibuit fieri, & factum non voluit impleri. Deut. 23. Eccl. 5. Prou. 20. Nec voluit Deus votum reddi, cuius impletio sine peccato contra

*Votū quod ne
quis sine pec-
catopraestari.
Votum de re,
qua nō est in
potestate vo-
uentis.*

*Dispensatio
Sotorum in
Ser. Testa.*

mandatum Dei, non poterat fieri, vt Iepthe vo-
tum. Pulcherrimam vero ἐπιείκειαν in dispensandis
& commutādis votis, etiam de rebus per se bonis &
licitis, quando impleri non poterāt, Deus in veteri
Testamēto sua voce ostēdit, ne ex votis fierent la-
quei conscientiarū. Nam, Nu. 30. Si filia vel vxor,
vel de familia aliquis vouerit quid, & votum iura-
mento confirmauerit, si pater, maritus aut herus
contradixerit, vouens non tenetur reus voti, sed
Dominus ei propitius erit, inquit textus. Et Leuit.
27. Si quis animal immundum, quod imolari non
potest, vouerit, nō est propter votum contra man-
datum Dei offerendum, sed commutatur in preci-
um, secundum Sacerdotis æstimationem constitu-
tum. Ibidē, si pauper est, vt æstimationem voti red-
dere non possit, quærat apud sacerdotem dispen-
sationem, & sacerdos non vrgebit ultra vires vouen-
tis, sed æstimationē moderabitur secundum id, q̄
manus ipsius apprehendere potest, & dabit pauper,
non quantum vouit, sed quantum potest. In veteri
igitur Testamento, in faciendis & reddendis votis,
excepti fuerunt hi casus. Primo, quando votum er-
rat de re impia, illicita aut stulta. Secundo, quando
votum sine peccato non poterat seruari. Tertio,
quando in potestate vouentis nō erat votum red-
dere. Quarto, quando finis votorum non erat re-
ctus, Psal. 50. & 51.

*Pontificij nul-
lā ἐπιείκειαν
in votis ad-
mittunt.*

Hęc exempla veteris Testamenti diligenter sunt
obseruanda propter Pontificios, qui in votis nullā
admittunt ἐπιείκειαν, sed rigidissimē vrgeant, vt ser-
uentur, sub interminatione aternæ damnationis,
etiam si vel casus impotentia interueniat, vel sine
laesionem conscientia, & sine læsione vel fidei vel
charitatis seruari non possint. Tales laqueos, ne
Mosaica quidem lex inuicere voluit, sed diserte di-
cit: Dominus propitius ei erit. Atque hęc fuit ratio
votorum in veteri Testamento, quantum quidem
ad nostrum institutum sufficit.

CAPVT VII.

AN TALIA VOTA SINT ETIAM in nouo Testamento.

*In nouo Testa-
mento nullū
mandatum
Dei extat de
faciendis vo-
tis.*

IN nouo vero Testamento, nec mandatum, nec
promissionem, nec exemplum habemus, cultum
Dei in nouo Testamento consistere in faciendis
votis. Nec habemus certum aut expressum verbū,
de quibus rebus & quomodo vota fieri debeant.
De cœlibatu quidem Paulus consilium dat, sed ta-
men non dicit peculiari voto illum esse vouendū
Deo. Et non potest aliquid ex fide ad cultum Dei
fieri, si destituatur verbo Dei. Verbum Dei enim est,
quod differentiam facit, inter verum cultum & in-
ter ἐθελοθρησκείαν. Col. 2. & ματαθρησκείαν Matth. 15.
Nec concludit argumentum: In veteri Testamen-
to vota fuerunt pars cultus diuini, Ergo & in nouo.
Quia enim cultus Leuiticus veteris Testamenti ab-
rogatus est, requiritur itaq; certū & peculiare ver-
bum, vt aliquid in nouo Testamento sit cultus Dei.
Et quod ad vota attinet, illa ne in veteri quidem
Testamēto sine certo & expresso verbo Dei fuerūt
cultus Dei. In nouo vero Testamento, non tantum
non extat verbum de votis faciendis: Sed præterea
de rebus non mandatis sed adiaphoris seu liberis
scriptum est: Nemo iudicet vos, Colos. 2. No-
lite iugo seruitutis subiici. Galat. 5. Esca non com-
mendat nos Deo, neq; enim si manducauerimus
plus habebimus, neque si non manducauerimus,

minus habebimus, 1. Colo. 8. Sunt enim infirma &
egena elementa mundi, Colo. 2. Galat. 4. In quibus
regnum Dei, quod est iustitia, pax & gaudium in
Spiritu Sancto, non consistit, Rom. decimo quarto.
Quæ in nouo Testamento vera sunt de iis obserua-
tionibus, quæ in veteri habuerunt verbum Dei,
multo magis vera sunt in iis, quæ nec in veteri, nec
in nouo Testamento, verbū aut præscriptū Dei ha-
bent, sed tantum sunt doctrinae & mandata ho-
minum.

Hęc fundamenta simplicia, plana, perspicua, ve-
ra & firma sunt, de votis ceremonialibus, seu de re-
bus, quæ in nouo Testamento non habent, vel mā-
datum, vel verbum, quod Deus iis coli velit. Mora-
lia vero, hoc est, quæ ad fidem & charitatem perti-
nent, eadem sunt in veteri & in nouo Testamento.
Et hęc quæ ex mandato debentur, si interposita pe-
culiari obligatione, cum obtestatione nominis di-
uini Deo promittantur, si hoc non fiat opinione
meriti, iustitiæ, remissionis peccatorū, & vitæ æter-
næ, nec ea opinione, quod melior & præstantior
cultus Dei sit, si fiat ex voto, quam si ex obedientia
propter mandatum Dei fiat, sed ideo tantum, vt in-
constantia voluntatis humanæ arctius constringa-
tur, sicut supra dictum est, non pugnat cum verbo
Dei. Tale enim pactum, seu talis promissio & obli-
gatio fit in actione Baptismi. Et nihil aliud est quā
quod de fide Paulus dicit, 2. Cor. 11. Despondi vos
vni viro, virginem castam exhibere Christo. De no-
ua vero obedientia, Rom. 12. Exhibeatis seu sistatis
corpora vestra hostiā Deo, & ne cōformemini huic
seculo. Hoc si quis votum appellare velit, de appel-
latione nemo dimicabit. Lutherus enim, in 23. ca-
put Genesis, vocat vota moralia quæ alioqui opera
necessaria, & mandata sunt omnibus hominibus.
Nec tamen in nouo Testamento præscriptum est,
vt peculiari aliqua solemnitate voueātur. Populus
enim noui Testamenti spontaneus, non seruitutis,
sed libertatis spiritum accepit, Psal. 110. Roma. 8. 2.
Cor. 3. Ipsa vero moralia mandato Dei non sunt al-
ligata ad certū modum seu præscriptū, siue ad cer-
tas circumstantias quātitatis, personarum, tempo-
rum, locorum, &c. Sed quomodo circumstantiæ il-
læ ad regulam charitatis exigendæ sint, Paulus tra-
dit, 2. Cor. 8. Et in illis liberis circumstantiis, quod
ex hilaritate, seu promptitudine spiritus recte fit,
illud si pio proposito, sine superstitionis opinionū
appendicibus, Deo promittatur, non est impium,
sed ad moralia vota, si ita appellare libeat, pertinet.
Nec est aliquid extra, præter, aut supra verbum Dei.
De liberis enim illis circumstantiis extat verbum
Dei. 2. Corin. 8. Quæ vero vel mandatū, vel verbum
Dei in nouo Testamento non habent, vt sunt
pleraq; Pontificiorum vota, etiam si ita pingantur,
quod ad expeditiorem obseruationem moralium
referantur, tamen subsistere non possunt. Talis e-
nim pædagogia pertinet ad vetus Testamentum, &
iam non fumus amplius sub pædagogo, Gal. 3.

*Lutherus Co-
ta moralia
nominat.*

*Vota, quæ ca-
rent manda-
to Dei irrita
sunt.*

CAPVT VIII.

DE PONTIFICIO VOTO COE- libatus.

VT vero tandem thesin de votis transferamus
ad hypothēsin de cœlibatu, quia & con-
iugium & cœlibatus in nouo Testamento
habent verbum Dei, certis conditionibus cir-
cumscriptionum. Si quis iuxta illud verbum, consi-
deratis

*De voto cœli-
batus.*

deratis circumstantiis doni sui & vocationis sue, deliberato animi proposito, eligat statum conjugale, & quasi sistens se in conspectum Dei, constituat, discernat seu promittat, se in illo vitæ genere Deo iuxta verbū seruiturū, is recte facit. Et hoc, si quis votum appellare voluerit, de vocabulis non rixabimur, si res ipsa verbo Dei sit consentanea. Eodem modo, si quis donum continentia ex Deo habet, & pro ratione vocationis firmo ac constanti animi proposito, quasi sistens se Deo, constituat, se in vita cœlibe, ad quam donū habet, iuxta verbum curaturū quæ sunt Domini, is iuxta sententiam Pauli bene facit, si nō opinione iustificationis, quæ solius Christi meritū & beneficium est, hoc faciat: ne tali proposito aut decreto iniiciat sibi laqueum, abiurato in perpetuum, quicumq; etiam casus inciderit, matrimonio. Non leuiter sane aut temere, sine necessitate, aut graui causa, propositum illud, quod interposita quasi testificatione Dei, decretum est, mutari debet, sed tamen non debet esse laqueus (sicut iam de Pauli sententia dictū est) si recte seruari nō possit, aut si seruatum pugnet cum sine cœlibatus, quæ Paulus præscribit, 1. Corin. 7. Sicut qui coniugium eligit, non perpetuo voto se obligat, vt nō liceat si possit, ex vtriusq; cōsensu ad tempus abstinere, vel postea in viduitate permanere. Hoc propositū aut decretum, si quis cum veteribus, votum cœlibatus vocare velit, si res ipsa cū præscripto Pauli congruat, & conscientia illa libertas, de qua in præcedentibus ex Pauli sententia diximus, seruetur de vocabulo nō litigabo, ita enim erit votum & coniugij & cœlibatus. Sicut Augustinus in Plal. 75. dicit: Præter vota cōmunia esse vota propria singulorum. Alius inquit, vouet Deo castitatem conjugalem, vt præter uxorem suam non nouerit aliam. Alij etiam vouent etsi experti coniugiū, vltra nihil tale pati, in viduitate scilicet, & ipsi vouerūt aliquid maius quā illi. Alij virginitatē ipsam ab in eunte ætate vouent, & isti vouerunt plurimi, &c. Nec tale votum includit abiurationem coniugij in perpetuum. Vtitata enim exceptio seu limitatio (in quantum humana fragilitas permittit) videtur vetus formula esse, ostendens votum cœlibatus primū non fuisse absolute, sed conditionale, & quæ conditio adiecta fuerit, non sicut nunc flagitiose à Pontificiis intelligitur, scilicet voueo cœlibatum, sed ita vt si humana fragilitas eum caste seruari nō permittit, possim fornicationibus & aliis libidinum pollutionibus impune & libere indulgere, si modo legitimum coniugium non contraham. Sed hic verus est sensus: Constituo seu voueo me in cœlibatu caste viturum, sed hac conditione, exceptione & limitatione, si humana fragilitas hoc non permittat, vt liberum mihi sit, remedio coniugij, contra vstrionē & scortationem diuinitus illis, qui continere non possunt, ordinato, vti. Hæc verè pia fuit conditio vtiliter præcauens, ne vota fierent laquei.

Quod igitur ad vocabulam attinet, per se sane non multum refert, si votum cœlibatus appelletur propositū illud, quod Paulus suis verbis describit. 1. Corin. 7. Qui statuit in corde suo firmus, & hoc iudicauit in corde suo, &c. Quanquam propriè loquendo aliud est propositum cordis, quod quis apud se in corde suo (sicut Paulus loquitur) statuit & decreuit, & aliud est votum, ad quod dicunt requiri voluntatis intentionē, rationis deliberationem, cordis promissionem, oris expressionem, promissionis testificationem, seu confirmationē Deo

factam, interposita obtestatione nominis diuini, & audita siue explicite, siue implicite execratione, si non seruetur. Sed quia voca in regno Pontificio ita sunt cōaminata, vt ipsum etiam vocabulum, sicut Pontificiis vsitatū est, de prauationem rerum secū trahere videatur, & per illud veritati insidias struere non cessent Pontificij, cum quidem notum sit, quomodo ex vocabulo voti apud veteres in hoc negotio vsitato tandem facti sint miserrimi illi laquei conscientiarū. Tutius igitur & rectius est planis & simplicibus verbis, sententiam Pauli tradere & explicare, à quibus scilicet, quo modo, quo fine, & qua conditione cœlibatus eligendus seu suscipiendus sit.

His vero ita declaratis, manifestum iam erit ingens esse discrimen inter has duas quæstiones.

Primo, An is, qui donum continentia habet, recte & pie possit in corde suo proponere & statuere, se mansurum in cœlibatu. Quæ enim sit Pauli de hac quæstione sententia prolixè declaratum est.

Secundo, An votū cœlibatus ita, sicut in Pōtificia Ecclesia vsitatū est, vel fieri, vel factum seruari, bona & pia conscientia possit & debeat. Vt vero manifestum vadat quid secundū analogiam fidei ad hanc posteriorē quæstionem respondendū sit, breuiter recensbo præcipua capita de voto cœlibatus, sicut illud fieri solet, & seruari postulat in Ecclesia Pontificia.

Et quia non constitui totam doctrinam de votis Pontificiis hoc loco tractare, non refutabo iam, quod docent, illos culus, qui habent mandatum & præscriptum in verbo Dei, non esse vouendos, sed eos tantum, qui sine mandato Dei ab hominibus instituti sunt. Neque hoc exagitabo, quod pleraq; vota sanctis facienda docent, cum Longobardus definit, votum esse testificationem promissionis spontanea, quæ Deo, & de his, quæ proprie sunt Dei, fieri debeat, sed tantum de voto cœlibatus annotabo præcipua capita breuissime.

Primo, Religiosis suis proponunt cœlibatum, non ea libertate assumendum & seruandum, sicut Paulus inquit: Præceptum Domini non habeo cōsiliū autem do. Sed ideo addunt laqueos, votorū, iuxta consiliorum decreta & Pontificum statuta, ne sit consiliū, sed fiat rigidissimum præceptum. Non autem Domini præceptum est, 1. Corin. 7. ergo mandatum hominum est. Atq; ita Pontificium votum cœlibatus pertinet ad *ἐπιεικῆ*, Col. 2. & quia fit iuxta doctrinas & mandata hominum, pertinet ad *ματαιοδρῆσις* Matth. 15.

Secundo, Sicut sentiunt cultus illos, qui ex voto fiunt, licet neē mandatum, vel præscriptum verbi Dei habeant, sed ab hominibus instituti sint, multo esse meliores & præstantiores iis, qui sine voto fiunt, licet à Deo mandati sint, & testimonium Scripturæ habeant. Ita docent etiam cœlibatū, qui iuxta Scripturæ sententiam sine voto libere assumitur & seruatur, multo esse inferiorē eo, qui ex voto iuxta hominum statuta assumitur & seruatur. Ita vero hominum statuta, non tantum æquantur, sed proisus præferuntur mandatis & præscripto verbo Dei.

Tertio, Ea opinione, intentione, persuasione, fiducia, & hoc sine vouent cœlibatum, vt sit satisfactio, & propiciatio pro peccatis, meritum gratiæ, iustitiæ, salutis & vitæ æternæ, sicut supra hoc ipsorum verbis demonstratum est. Ea vero insignis est blasphemia, in meritum Filij Dei, euertens & abolens totum Eūangelium: sicut in Confessione Au-

Quas res vouendas esse Pontificij dicant.

Præcipua capita de voto cœlibatus.

Augustinus.

De appendice voti, quantum humana fragilitas patitur.

Aliud est propositū cordis aliud votum. Essentialia voti Pontificij.

gustana, & eius Apologia copiose ex Scriptura ostenditur. Cumq; in prioribus capitibus, pontificia vota ad doctrinas hominum iuste relegentur in hoc capite, etiam inter doctrinas Dæmoniorum merito proscribuntur.

Quartò, Etiã illis, qui donum continentia ex Deo non habent, suadent vouendum cœlibatum, facta ipsis promissione, sed sine verbo Dei, de gratia & auxilio diuino, & de facilitate continentia si modo velimus. Sed persuasione de facilitate continentia quatuor maxime obstât. Primo, Inclinatio sexus ad sexum, naturæ in ipsa creatione insita. Secundo, Flamma libidinû, quæ post lapsum accesserunt. Tertiò, Quia posse continere donum Dei est, non cõmune, sed singulare. Quartò, Quod iam in hac effœta mûdi senectâ, natura imbecillior minus potens est, ad resistendum libidini, nisi per coniugium. Et quomodo hæc persuasio pugnet cum Scripturæ sententia, paulò antè, cum de dono continentia tractaremus, ostensum est. Idem enim est, ac si quis qui donum non habet, voueat se linguis locuturû, vaticinaturû, miracula editurû, &c. Aut qui vocationem non habet, si voueat se hostes profligaturum, &c.

Quinto, Illis qui donû continentia habent, non relinquunt eam libertatem, quam Deus ipsis concessit. 1. Cor. 7. sed per vota iniiciunt ipsis laqueos abiurationis cõiugii in perpetuû. Hoc enim sensu vouent cœlibatû, quod in perpetuû, quicunq; etiam casus incidant, nõ velint remedio matrimonii vti, hoc est, etiam si vel vltio ipsis sustinenda, vel in scortationes, aut alias obscenas pollutiones prolabendum sit. Et quidem si is, qui donû continentia habet, studio, lucta & oratione, donû illud potest cõseruare & excolere, vt per totam vitam castitatem in cœlibatu præstare possit, is recte & bene facit, si in perpetua continentia Deo seruiat, iuxta Pauli sententiam. Sed experientia docet id, quod etiam Paulus de viduis quibusdam sui temporis annotauit, quosdam aliquando esse ad cœlibatum idoneos, ita vt eum deliberato proposito suscipere nõ defugiant, qui tamen postea incontinentia ita tentantur, & vltionibus ita æstuant, vt flammam libidinis nullo conatu, nulla lucta, nec oratione reprimere aut restringere possint. Illis certè in tali casu, quando Deus donum continentia subtrahit, Paulus dicit (generaliter enim loquitur) si non continent, nubant. Semper enim melius est nubere, quam vri. Item, si nupserit, non peccat, ad vitandam fornicationem habeat coniugem. Et 1. Tim. 5. de viduis illis dicit: Volo iuniores viduas nubere, & nullâ occasionem dare Diabolo. Si ergo per votum cœlibatus coniugium in perpetuum, in quocunq; etiam casu, abiuras, certe ipsi Domino directe contradicis. Dominus enim dicit: Si non continent, nubant, tu vero vouendo iuras, etiam si continere nõ potero, tamẽ in perpetuum non nubam. Dominus dicit: Melius est nubere quam vri. Tu vero vouendo cõtradicis, etiam si futurum esset, vt vrerer, volo tamen vt melius mihi sit vri, quam nubere. Dominus per Paulû dicit, virgo si nupserit, non peccat: Pontificii vero laqueos votorum ideo iniiciunt, vt etiam si postea quis viderit (vtar enim verbis Hieronymi) lasciuientem & ebullientem carnem suam in libidinem, ita vt refrenari non possit, ideoq; agnoscat se in duplici necessitate constitutum, vt aut scortetur, aut vxorem ducat: tamen non liceat, sed peccatum sit matrimonium contrahere. Et quæ flagitia hæc vouendi ratio secum trahat, infamia, inquinati apud

Pontificios cœlibatus, sonora voce in toto orbe clamitat. Necessaria igitur in voto cœlibatus esset illa exceptio seu conditio, Si humana fragilitas permiserit, & si Deus donum continentia dederit & cõseruauerit, volo cœlebs manere. Paulus enim vtrumq; ponit *ἀνὰ κἀ μὲν*, & inquit, vt esse & manere possint, sicut ego, peculiare donû ex Deo est.

Et consideretur diabolica peruersitas, scortationes & reliquas illegitimas pollutiones Deus pronunciat talia esse peccata, quæ excludant ab hereditate regni Dei, vsum vero matrimonii pronunciat esse castum, impollutû & sanctum in omnibus. Isti vero in suis votariis, si continere non possint, iudicant pollutiones & scortationes esse leuicula peccatula. Coniugium vero clamitant maximam esse abominationem, adulterio & incestu tetriorẽ, vnde Coloniensis quidam Scriptor, turpissimã Camppegii & Pighii vocem, rhetoricè amplificare voluit: melius scilicet esse, si votarius continere nõ valens, centum habeat concubinas, ex ordine tamen, inquit, & successiue, quam si vnã legitimam vxorem ducat: ita ergo Pontificij, per talia vota cœlibatus, induunt conscientias laqueos, quibus si continere nõ possint, per inquinamenta carnis & spiritus, demerguntur tandem in interitum & perditionem. Abiurato enim cõiugio, homines plerumq; ad cœlibatum non idoneos, collocant in eum vitæ statû, in quo est iners otium, abundantia & saturitas panis. Et cum ex istis radicibus Ezechiel dicat olim Sodomiticis fructus prodiisse, non mirum est, nunc etiam Pontificium cœlibatum, omnis generis scœdissimis pollutionibus contaminatissimum esse.

Lutherus antithesin illam votorum Monasticorum erudite & venuste ducit per totum Decalogû, ostendens quomodo contra singula præcepta pugnent. Nam contra *Primum præceptum*, Ex cœlibatu faciunt meritum iustitiæ & vitæ æternæ, in quo fiduciam collocant.

Contra *Secundum*, In vanum assumunt nomẽ Dei in vouendo. Et cum solius Christi nomen nobis datum sit, in quo oporteat nos saluari. Ipsi hoc nomen votis suis blasphemè imponunt.

Contra *Tertium*, Peculiarem cultû ab hominibus sine mandato Dei institutum ex votis suis faciunt.

Contra *Quartum*, Docent sine consensu & contra voluntatem parentum, tale genus vitæ suscipi posse, in quo ab officiis, parentibus iuxta mandatum Dei debitis, absoluntur. Percalcatum, aiunt, perge patrem. Sola in hoc genere pietas est, esse crudellem.

Contra *Quintum*, Quia vitam communem fugiunt, peccant ergo contra charitatem proximi.

Contra *Sextum*, Totam Sodomam & Gomorram ex cineribus resuscitant.

Contra *Septimum*, Viuunt sine labore, in ocio, abundantia & saturitate, sicut Sodomita, quibus etiam fructibus suis respondent, Ezech. 16.

Contra *Octauum*, Dicunt falsum testimonium de meritis cœlibatus, & contra castitatem ac sanctitatem coniugij.

Contra *Nonum & Decimum*, Docent vltionem non esse peccatum. Sicut Pighius non veretur scribere: Flammam & incendia libidinis esse conditio-nes, quas nobis indiderit creatrix omnium omnipotens illa bonitas & sapientia (hæc enim sunt eius verba) sicut famem & sitim, cõtra Christum, Matt. 5. & Paulum 1. Corin. 7.

Sed hæc prolixius tractare, non est nostri instituti,

Vota cœlibatus Pontificia è diametro cum Scripturâ pugnant.

Albertus Pighius.

Lutherus de votis Monasticis.

tuti, cum ex solidis fundamentis explicata extent in libro Lutheri, de votis Monasticis, ac in confessione & Apologia Augustana sub eodem titulo.

CAPVT IX.

ARGVMENTA PONTIFICIORVM
de voto cœlibatus.

IAm verò plana & expedita erit responsio ad argumenta de faciendo aut seruando voto cœlibatus, sicut apud Pontificios vsitatum est. In votis enim non tantum materia voti consideranda est, hoc est, an id, quod vouetur, per se & in suo genere sit licitum, bonum & pium, sed & hoc cōsiderandum est, an is, qui vouet, donum habeat, quo possit votum implere, præcipue verò, quæ sit intentio seu opinio, & quis finis fouendi. Respondeo igitur, neminem bona cōscientia posse facere votum cœlibatus, eo modo, sicut in Pōtificia Ecclesia fit. Qui enim donum continentia non habet, non debet Deum tentare vouendo, sicut supra multis ostensum est. Qui verò donum habet, non debet abiuratione perpetua coniugij, laqueum contra Paulum sibi iniicere. Opiniones verò huic voto annexæ (quia aduersantur & Decalogo & Euangelio) simpliciter sunt fugiendæ & detestandæ, quasi scilicet ratio & solennitas voti ab hominibus instituta, faciat cultum præstantiorē, quam sit obedientia verbo Dei mandata, & præcipue, quod finis præsumitur esse satisfactio pro peccatis, & meritum vitæ æternæ. Quando igitur obiicitur: Scriptum est, Vouete. Respondeo: Primū ex distinctione V. & noui Testamenti, vt supra dixi. Deinde dico non omnia, nec à quibusuis, nec quouis modo esse vouendæ, si vel cum Scriptura pugnent, vel impingant in fidem Euangelij, sicut ostensum est de votis Pontificijs.

Sed si votum iam emissum est, certe peccatū est illud non seruare, Deuter. 23. Eccles. 5. Respondeo: Antea ostensum est, Deum non omnium votorum sicut etiam non omnium iuramentorum, qualiacunq; sint, & quocunq; vergant, impletionē sub interminatione æternæ damnationis exigere, vt de iuramento Saulis, 1. Reg. 14. Dauidis, 1. Regum 25. Herodis, Mat. 14. Cum igitur opiniones annexæ votis, sicut monstratum est, sint impiæ & blasphemæ, nequaquam cum huiusmodi impijs opinionibus seruanda sunt vota.

Sed quid si impiæ istæ opiniones remoueantur? Respondeo: Non leuiter sane aut temere ab eo, quod iure in iādo promissisti, discedendum est. Adhibeas igitur diligentiam, conatum, luctam, & addas preces, quod si Deo iuuante ita potes vstionem reprimere & restringere bene est, serues cœlibatum, iuxta Pauli consiliū & præscriptum. Si verò non potes continere, sed vteris, & versaris in periculo fornicationis, tunc Deus ipse te absoluit, non enim vult tibi laqueum iniici, vt supra dictum est. Et si in genere vouisti castitatem, nō sequitur, te abiurasse cōiugium. Nam & iuxta Chrysostomifententiam: Primus gradus castitatis est sincera virginitas. Secundus autem fidele cōiugium. Qui igitur castitatem in cœlibatu seruare non potest, si ideo ducat uxorem, vt in coniugio seruet castitatem, non dici potest peccare contra votum castitatis: sed si facta fuit expressa abiuratio coniugij in perpetuum, & non potest continere, cumq; in voto interposita sit contestatio per nomē Domini, erit ergo peccatum contra secundum præceptum. Agnoscas igitur te

peccasse assumendo nomē Dei in vanum, agas penitentiā, & petas tibi hoc propter Christum ignoscere, cum videas te sine peccato illud, quod vonisti, seruare non posse, sicut plenius hæc explicari possunt ex fundamentis illis, quæ hæcenus de votis annotauimus. Atque hoc est primum principale argumentum Pontificiorum, ex sententijs Scripturæ, de faciendis & seruandis votis.

Alterum principale argumentū est, quod texunt in loco, 1. Tim. 5. Viduæ cum luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidē irritam fecerūt. Hæc enim verba ita interpretatur: q̄ tempore Pauli, viduæ quædam solenniter vouerint perpetuū cœlibatum, abiurato in perpetuum coniugio. Illas verò postea, eo, quod lasciuia, seu vstione tentarentur, voluisse coniugij remedio cōtra vstionem vti, ex priuilegio cōmuni, Melius est nubere, quàm vri, sed Paul. pronunciarē hoc ipsis propter factū votum nequaquam licuisse, sed ipsum velle nubere, etiam si vstione tentetur, & continere non possint, habere in ipsis iudiciū æternæ damnationis, eo, quod primam fidē, qua Christo per votum cœlibatus se desponsarint, irritam fecerint. Ita illi, & huius interpretationis astipulatores habent quosdam ex Patribus. Quia verò res magna est, de qua agitur, pertinens ad conscientiarum, vel salutem, vel damnationem, diligenter cōsiderandum est, non quid vel hic, vel ille interpretetur: sed quam sententiā fidei analogam, Rom. 12. verba & circumstantiæ textus præbeant. Non enim vllus certior, quam scriptura sui ipsius interpret est, vtq; cō simplicius & rectius hoc fieri possit, ordine hæc capita in textu Pauli expendemus.

1. An viduæ Paulinæ allectæ fuerint hac opinione, vt talis votiua viduitas esset peculiaris & præstantior cultus Dei, & meritum vitæ æternæ, sicut Pontificij de suo cœlibatu docent.

2. An viduæ Paulinæ, emissio solenni aut expresso voto, coniugium in perpetuum eiurarint.

3. Quodnam fuerit peccatum illarum viduarum, propter quod damnationem incurrerunt, & Satanæ traditæ fuerunt.

4. Quam primam fidem Paulus intelligat.

5. An Pauli sententia fuerit, allectas illas viduas, etiam si non possent continere: tamen nullo modo potuisse nubere, sine reatu æternæ damnationis. In his enim capitib. tota disputatio de sententia Pauli consistit.

Et primò, quæ fuerit ratio collegij viduarū tempore Apostolorū, non opus est, per coniecturas exquirere, aut ex patrum Scriptis discere. Extāt enim manifestæ descriptiones, Acto. 6. & 1. Tim. 5. Quod scilicet viduas pauperulas, quæ nec parentes, nec liberos, nec amicos, nec rem familiarē habebāt, nec operas facere poterāt, vnde sustentari possent, Ecclesia in suam curam recipiebat, vt eleemosynis Ecclesiæ sustentarentur, & in quotidiana eleemosynarum erogatione ipsarū à Diaconis ratio haberetur. Non quod sentiret viduitatem per se esse peculiarē cultum Dei, sed quia inter reliquos pauperes, viduarū præcipue rationem habedam esse verbum Dei præcipit. Et quia in collegium illud viduarum multæ se ingerebāt, quæ filios aut nepotes, aut alios cognatos habebant, qui merito ipsis alimenta suppeditare debebant, aut quæ per ætatem adhuc rem domesticam administrare, atq; ita victum sibi parare poterant, Paulus hoc per Timoth. vult corrigi, vt scilicet tales ab Ecclesiastico collegio viduarum

De Viduarū
apud Paul.
prima fide.

Conditio Viduarum tempore Apostolorum.

Nemo bona conscientia more Pontificiorum cœlibatum conuere potest.

Non omnium votorum impletio necessaria est.

De votis à quibus impiæ opiniones absumunt.

Gradus castitatis iuxta Chrysost.

arcerentur, (quod certe facere non debuisset, nec fecisset, si peculiarem cultum & meritum in tali viduitate posuisset, sed eas potius ad hoc inuitare, & volentes omnes in hoc collegium recipere debuisset) & tantum illæ, quæ omni subsidio destitutæ erant, susciperentur. Ideo enim allegabantur, ut Ecclesiæ eleemosynis alerentur. Hæc manifeste patet, 1. Timot. 5. Actor. 6. Et quod pro illa sustentatione Ecclesiæ vicissim ipsarum opera, ad curam pauperum, peregrinorum, afflictorum, & agrotorum, vta fuerit (sicut ministerium Diaconissarum in historia Ecclesiastica describitur) inde colligi potest, quod talem Paulus vult deligi, quæ antea hospitalitatem erga peregrinos, & officia humanitatis erga afflictos exercuit. Videtur etiam viduarum officium fuisse, funera lauare & inuoluere, Actor. c. 9. Et institutionem puellarum, iuencularum Paulus tribuit presbyteris, Titum cap. 1. qui tamen locus in genere de omnibus matronis provecioris ætatis intelligi potest. Ex illa descriptione manifestum est, longe diuersissimam esse rationem viduarum Paulinarum, & cælibatus Pontificij. Nec cælibatum igitur suum, nec vota sui cælibatus, recte inde conantur probare Pontificij, cum res longe sit alia.

2. Viduas Paulinas, non vouisse votum, quale apud Pontificios vtitatum est, ex loco definitionis probari potest. Definiunt enim votum esse propositi supererogantis promissionem, seu de bono meliori, quod sit magis meritorium. Iam verò erant tunc in Ecclesia, qui suis laboribus victitabant, & de suo eleemosynas contribuebant. Hæc autem viduæ propter inopiam ex eleemosynis viuere cogebantur. Num igitur opus supererogationis, melius bonum, magis meritorium est, & dignum solenni voto est propter inopiam accipere. Eleemosynas, quam vel labores manuum suarum manducare, vel de suo impertiri egenis? Certe Paulus ex sententia Christi pronunciat: Beatius esse dare, quam accipere.

Alia verò quaestio est, an viduæ illæ habuerint propositum, seu decreuerint in viduitate manere: Quia enim in collegium illud viduarum ideo recipiebantur, quod neminem haberent, à quo sustineretur, ergo si cogitassent, per matrimonium sibi asciscere maritum, cuius laboribus alerentur, non petiissent in collegium illud cooptari. Constituisse itaque illas viduas, cum in collegium hoc reciperentur, in viduitate permanere, ac negociis economicis se abdicare, etiam contextus Pauli, indicare videtur, cum inquit: Postea volunt nubere. Id est, volo iuniores nubere, domum administrare, &c. Non autem opus est, ex veterum quorundam disputationibus conquirere, an expresso seu solenni voto, viduitati se astrinxerint, cum abiuratione matrimonij in perpetuum, sub conditione æternæ damnationis, cum extet disertis verbis descriptio, quale fuerit propositum seu decretum cælibatus tempore Apostolorum, 1. Cor. 7. Qui stat firmus in corde suo, &c. ubi expresse additur illa cõditio: Non ut laqueum vobis iniiciat, &c. Et cum habeamus ipsius Pauli descriptionem, quale fuerit propositum seu decretum cælibatus suo tempore, non debemus vllas alias explicitationes, vel querere, vel ab iis excogitatas admittere.

3. Cum Paul. dicat viduas illas lapsas habere damnationem, & conuersas esse retro post Satanam, quaestio est, quod fuerit tam atrox ipsarum peccatum, quod ipsas Christo aduersarias Satanæ mancipia, & reas condemnationis fecerit. Pontificij dicunt, post votum velle nubere, esse tam grande peccatum. Sed

videamus, an Paul. hoc dicat. Quod enim ex veteri translatione vrgent (in Christo velle nubere) hoc est, quia per votum Christo fuerint desponsata, ideo damnabile esse, velle marito mortali nubere, nihil est. Quomodo enim tam atrox peccatum esset in Christo nubere, cum 1. Corin. 7. Paulus dicat: Vidua nubat, cui vult, modo in Domino. Et vnus est Dominus Iesus Christus, 1. Cor. 8. Paulus verò non dicit in Christo, sed contra Christum, & particula illa non potest referri ad verbum nubere, sicut etiam pueri, qui elementa Græcæ linguæ intelligunt, videre possunt, dicit enim *ἡ τὴν πλὴν ἰσχυρὰν* & *ἡ τὴν ἐξουσίαν*. Et desponsationem spiritualem cum Christo, communem esse omnibus fidelibus, ac fieri per fidem, non per votum cælibatus, supra ostensum est. Et ineptum profecto est, quod Chrysostomus desponsationem illarum viduarum cum Christo inde probat, quia scilicet in Scriptura Christus vocatur *ἡ τὴν πλὴν ἰσχυρὰν* viduarum & pater orphanorum, quali verò hoc non pertineat ad reliquas etiam viduas, quas Paulus in collegium illud non admittit. Audiamus itaque ipsum Paul. causam damnationis harum viduarum, multis valde significantibus verbis describentem. Non autem simpliciter dicit, quod voluerint nubere, sed cum aduersus Christum luxuriata fuerint, nubere volunt. Significat autem *ἡ τὴν πλὴν ἰσχυρὰν*, non simpliciter luxuriari & lasciuire, sed cum immani quadam insolentia & petulantia, quasi ruptis & abiectis habitibus ferocire. Ita etiam Græci interpretes, 4. Reg. 19. *ἡ τὴν πλὴν ἰσχυρὰν* reddiderunt *ἡ τὴν πλὴν ἰσχυρὰν*, quod significat obcurritatem & tranquillitatem insolenter & superbe tumultuari. Quod vocabulum, Esai. 32. tribuitur mulieribus, propter affluentiam insolentibus & petulantibus. Et Apocal. 18. tribuitur libidinibus meretricis Babylonica ac ultra scortationem ponitur. In hoc verò loco, apposite tribuitur viduis, quæ curis domesticis liberata, ex publicis eleemosynis aleretur. Et quidem contra Christum insolenter & petulanter lasciuiebant, inquit Paul. Eo ergo lasciuia & petulantia progressæ erant, quod iugum Christi, hoc est, timorem Dei, fidem & pietatem erga Christum excusserant & abiecerant. Et antithesis aliquid addit lucis, 1. Cor. 7. docet pias viduas posse nubere, cui velint, modo in Domino, hoc est, in timore & inuocatione Domini, vel non nubere cum abnegatione fidei & religionis. Hæc verò viduæ non in Domino, sed petulanter & insolenter lasciuendo contra Christum volunt nubere. Atrox profecto est descriptio atrocis peccati. Non igitur velle nubere simpliciter & per se, sed ita velle nubere, sicut Paulus hoc loco describit, damnabile est. Quatuor autem peccata ordine recitat. I. Petulanter lasciuiebant contra Christum. II. Cum deberent ministrare, pauperibus, peregrinis, afflictis & agrotis, ipsæ neglectis & abiectis ministerij sui officiis, ociosa circuibant domos, nugaces, curiosæ, loquentes quæ non decet. Et quia Christus dicit, Matth. 25. Quicquid vni ex minimis meis fratribus non fecistis, mihi non fecistis. Ideo Paulus dicit: Viduas illas, non contra pauperes tantum, sed contra ipsum Christum petulantiam exercuisse. III. Dicit ipsæ ea petulantia occasionem dedisse aduersario maledicendi & blasphemandi sanam Euangelij doctrinam. IIII. Dicit nonnullas ex ipsis tandem conuersas esse retro post Satanam. Et verbis vtitur valde atrocibus: dicit enim *ἡ τὴν πλὴν ἰσχυρὰν*, quod significat à via prorsus deflectere. Ebreor. 12. discrimen ponitur inter eum, qui in via Domini remissior est, & quasi claudicat, &

Causam damnationis harum viduarum Paulus red- dit.

Quatuor peccata eam videntur.

Quatuor peccata eam videntur.

qui

An decreuerint perpetuo viduitatem seruare.

Ob quod peccatum viduæ reatam damnationis contraxerunt.

qui prorsus ab ea defecit. Et ὁπίσω ἑσται, significat manifestam defectionem à Christo. Sicut enim credentes & pij dicuntur, venire & sequi post Christum, sicut discipuli præceptorem sectari dicuntur, Luc. 9. & 14. Mat. 10. Ita Apostata dicuntur abire εἰς τὸ ὀπίσω. Ioan. 6. dicuntur defecisse, excidisse à fide, quæ in ipsis subuersa sit, 1. Tim. 4. & 6. 2. Timo. 2. Significatur itaq; tandem secuta omnimoda apostasia, seu defectio harum viduarum à fide & religione Christi. Cum enim primum, contra Christum petulanter lasciuerent, secuta fuit tandem prorsus defectio à Christo, & affectatio Satanae, siue iudaismi, siue paganismi, siue Pseudoapostolos, qui captiuas ducebant mulierculas, 2. Timo. 3. sectari cœperint, siue dederint se flagitiosa vita laqueis Satanae, iuxta ipsius voluntatem, 2. Tim. 2. Non igitur opus est viduis hisce, ex incertis veterū commentis, peccata de votis fabricare, cum atrocissima ipsarū peccata, damnationem secū trahentia, Paulus expressis verbis commemoret. Non ergo simpliciter nubere, sed hoc modo velle nubere, vere damnabile est. Et potuissent quidem illæ, alia ratione, id quod cupiebant, in Domino consequi. Sed siue notam leuitatis & inconstantia, tanquam publicam infamiam inter Christianos, quod collegium viduarum desererent, veritæ, siue per lasciuiam & petulantiam à Satana prorsus captiuatæ fuerint, certe vna cum ministerio viduarum, ipsam etiam Christianismi professionem tandem abiecerunt, & ita fidem abnegarunt, sicut iam dicemus.

4. Paul. dicit viduas illas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerint. Magnis igitur contentionibus disputatur, quam fidem hoc loco Paulus intelligat. Sed si ipsius Pauli declarationem querimus, res non est obscura. Non enim opus est, ex aliis scripturæ locis exempla adducere, sed in eadem illa priori Epistola ad Timoth. extant exempla huius phræos, aliquoties repetita, vt c. 1. Nonnulli repulsa bona conscientia circa fidem naufragium fecerunt, c. 2. Si permanserit in fide, c. 4. Quidam deficient à fide attendentes doctrinis Dæmoniorum. Et c. 5. paulò ante sententiam illam, de qua nunc agimus: Qui suis domesticis non prouidet, fidem abnegauit, & infideli deterior est, c. 6. Quidam dum auaritiam appetunt, à fide aberrauerunt. Item quidam profitentes falso nominatam sciēciam circa fidem exciderunt. Et 2. Timo. 2. Circa veritatem aberrarunt, & subuerterūt quorundam fidem. Vbi idem ferme verbum ponitur, ac cum dicit: Conuersæ sunt post Satanam. Et c. 3. Mente corrupti, reprobi circa fidem. Quæ sententiæ omnes loquuntur de vera, viua, & iustificante fide, quam docent excuti, abiici & amitti, duobus modis, vel per peccata contra conscientiam. Fides enim non manet in illis, qui indulgent prauis cupiditatibus contra conscientiam, 1. Tim. 1. & 2. c. 5. & 6. Vel admissio errore in fundamento, aut fundamento religionis subuerso, 1. Tim. 4. & 6. 2. Tim. 2. & 3. Iam vero in loco illo de viduis, de quo disputatio est, eadem extat phrasis, de abiecta fide, & res etiam congruunt. Officia enim ministerij sui fraudulenter facere, & cōtra Christum petulanter lasciuire, sicut Paulus viduis illis tribuit, peccata sunt excutientia fidem, Et deserta via Domini Satanam sectari, subuersio est fundamenti, fidei & religionis, sicut ostensum est. Dicit igitur Paul. viduas istas non debere sibi blandiri, quasi in tali vitæ petulantia & apostasia, nihilominus possint Deo placere, & hæredes vitæ esse, sed

pronunciat eas habere damnationem inde & ideo, quia veram & viam fidem, quæ sola iustificat & saluat, non amplius habeant, sed eam abiecerint & excusserint: Idq; probat factum esse ab aliquibus per peccata contra conscientiam, à nonnullis verò defectione à fundamento. Hæc sententia plana est, conueniens contextui, & consentanea doctrinæ Pauli, quod ad phrasin, & quo ad sensum seu res ipsas. Quod verò primam fidem vocat, variæ & veræ possent reddi rationes. Est enim fides fundamentum omnium virtutum, & totius pietatis principium antequam nihil in homine boni est, hæc prima suscipitur in baptismo, & est virtus primæ tabulæ, quam deinde sequitur fidelitas in officiis secundæ tabulæ, quæ Galat. 5. etiam fides appellatur. Hæc vera sunt, sed simplicius est, si iuxta phrasin scripturæ vsitatam, intelligamus Paulum hoc dicere: Viduas illas fidem, quam antea habuerūt, & qua prius Deo placuerunt, abiecerint & amisissæ. Quando enim Scriptura mutationem aliquam factam describit, vel collationem facit inter id, quod antea seu prius fuerat, & inter id, quod secutum est, tunc hoc modo vitur vocabulo πρώτη, vt Mat. 12. Luc. 11. 2. Pet. 2. Posteriora hominis illius fiunt peiora τῶν πρώτων, quam prius aut antea fuerat. Et locus extat apertissimus, continens & explicans illam phrasin Pauli de prima fide. Apocal. 2. Vbi Ioan. iubetur scribere ministro ecclesiæ Ephesinæ: Habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti, memor esto itaq; vnde excideris, & age poenitentiam, & prima opera fac. Hic locus manifestissime ostendit, quo sensu Paulus primam fidem appellet, vt non opus sit, vel prolixiori disputatione, vel aliunde petita explicatione. Nam & de spirituali desponsatione Christi & Ecclesiæ, quæ fide fit, Scriptura ita loquitur, vt post lapsum, ad primum spiritualis coniugij fœdus reuertantur. Ezech. 16. Ierem. 31. Osee cap. 2. Vt prima fides dicatur respectu eius, quæ illi, qui lapsi fuerant, postea in conuersione rursus Deo reconciliabantur, quæ tamen, quasi secundaria fides, nihil aliud est, quam reuersio ad primam fidem, quæ signaculo Baptismi obsignata erat, vna enim est fides, Ephes. c. 4.

Et ex patribus etiam quidam, per primam fidem intelligunt eam, quam in Baptismo amplexi & professi sumus, quam irritam reddi sentiunt, per doctrinas hæreticas, vt Athanasius, lib. 6. de Trinitate. Hieronymus in præfatione Epistolæ ad Titum. Et Vincentius Lyrinensis contra prophanas hæreses nouitates. Hæc sententia simplex, vera & plana est, analoga Scripturæ, & consentanea contextui loci Paulini. Cumq; vota cœlibatus, qualia apud Pontificios fieri solent, tempore Apostolorum non fuerint, sicut paulò ante ostensum est, & vocabulum fidei pro voto in Scriptura nullibi vsurpetur, quæ esset analogia fidei, fidem pro voto cœlibatus interpretari: Si enim votum viduitatis dicatur prima fides, respectu eius fidei, qua secundis nuptiis se obligare volebant: certe non recte dicitur prima, quia ante votum viduitatis, fidem priori marito dederant, & ante hanc Christo in baptismo fidem dederant. Hoc igitur modo non prima, sed secunda, aut etiam tertia potius fides esset votum viduitatis. Quæ igitur esset plerophoria, sententiam certam desereret, & interpretationem incertam amplecti, etiamsi quosdam ex Patribus habeant autores?

5. Quia verò viduæ illæ, proposito seruandæ viduitatis, sicut supra dictū est, in collegiū illud Ecclesiasticum

Cur Soces primam fidem.

Testimonia Patrum de prima fide.

Athanasius: Hieronymus: Vincentius: Lyrinensis.

Fides in Scriptura nusquam accipitur pro voto.

An his viduæ sub dānatio.

Quam fidem primam irritam fecerint.

*nis pena nu-
bere inier de-
atum fuerit.*

*Quaestiones
duae.
De quaestione
posteriori.*

*De quaestione
priori, quod
viduitatem
elegerunt, sed
postea senten-
tiam muta-
uerunt.*

*Id in viduis
reprehendi-
tur propter
leuitatem &
inconstantiam.
Pauli exem-
plum.*

*Epiphanius
χρῖμα & κατά-
χρῖμα.*

sticum se recipi petierant, & si nō peculiaribus, aut expressis verbis, ipso tamen facto Ecclesiae, cuius sumptibus aiebantur, fidem dederant, quod ministerio suo erga pauperes, diligenter & fideliter fungi vellent. Atq; hoc modo etiā in secunda tabula Scriptura dicit, fidem datam esse seruandam, 1. Mac. 10. 2. Mach. 11. Num igitur sine peccato & recte fecerūt istae viduae, quod propositum illud viduitatis, & temere susceperunt: & petulanter postea ab eo recesserunt, praecipue verō, quod curam ministerij erga pauperes, negligenter, male & fraudulenter administrarunt, atq; ita datam Ecclesiae fidem fefellerunt? *Respondeo.* Primum de posteriori membro. Scriptum est: Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, Iere. 48. Nequaquam igitur sine peccato fuit, quod eleemosynis Ecclesiae abusa, ministerij erga afflictos neglexerunt. Sed grauitatem peccati Paul. indicat, cum inquit, contra Christum, cuius eleemosynas comedebant, & afflictos eius negligebant, ipsas petulanter lasciuisse & habere damnationem. Damnatio verō eorū, qui ita Ecclesiae eleemosynis abutuntur, describitur, 2. Petr. 2. & in Epistola Iudae. Et verbum *καταχρησάμενοι*, Petr. videtur reddere voluisse, cum inquit: Luxuriantes & oculos habentes plenos adulterij. Iudas verō reliquam partē descriptionis Paulinae videtur reddidisse, cum inquit: Maculae sunt in agapis vestris de eleemosynis coniuantes *ἀπόθεως*, hoc est, secum & sine vlla, vel Dei, vel Ecclesiae reuerētia. Non enim solae viduae, sed & alij coeperunt eleemosynis Ecclesiae abuti. Et quia tali petulantia aduersariis occasionem dederūt blasphemandi sanam doctrinam, certe quantum peccatum sit scandalum, Christus declarat, Matt. 18. Hae igitur pars descriptionis extra cōtrouersiam est, quod sit peccatū grauissimum. Sed restat altera quaestio, de proposito viduitatis, quod statuerūt, se cœlibes velle afflictis ministrare, & postea ab illo proposito lasciuientes defecerunt, & voluerunt nubere, an recte hoc & sine peccato fecerint. Responso autem plana est, quod temeritas in suscipiēdo, & leuitas in abiiciēdo eo proposito, quod non priuatam iam erat, sed receptione in collegium viduarū, publice contestatum, & notorium factū erat, merito reprehenditur & culpatur. Si enim Paulus, notam inconstantiam & lenitatis, eo quod promiserat se venturum ad Corinth. tam solcite amolitur, 2. Corin. 1. Facile inde colligi potest, quid de temeritate, inconstantia & leuitate harum viduarum, in re grauiori, iudicandum sit. Et Paulus non dissimulat aduersarios inde sumpsisse occasionem obrectandi & cōuiciandi. In Ecclesia etiam leuitatem illam infamem fuisse, hoc indicat, quod ex viduis illis, quaedam ideo profus defecerint à religione Christiana, vt sine exprobratione leuitatis, nubere possent vel Iudaeis, vel Gentibus. Atq; in hanc sententiam Epiphanius discrimen facit inter *χρῖμα* & *κατάχρῖμα*: qui inquit, ne cōfundatur apud homines (& hoc intelligit *χρῖμα*) occulte scortantur, atq; ita Deum offendunt, & damnationem aeternā sibi attrahunt (& hoc appellat *κατάχρῖμα*) Sicut & 1. Tim. 3. Paul. dicit Neophytum Episcopū facile cadere *εἰς χρῖμα*, hoc est, in criminationem & conuiciationem aduersariorum. Et Matt. 7. eodē modo distinguitur inter *χρῖμα* & *κατάχρῖμα*: Nolite iudicare, nolite condemnare. Et quod 1. Tim. 5. vocat *χρῖμα*, mox appellat *λοιδορίαν*. Quia verō in hisce viduis non sola leuis & incōstans mutatio propositi fuit, sed haec traxit secum multa atrocitas peccata, in prima & secūda tabula, sicut ex verbis Pauli

ostendimus, ideo *χρῖμα* recte intelligitur de reatu aeternae damnationis. Aliud igitur est loqui de temeraria susceptione, & de inconstanti mutatione propositi in hisce viduis, si per se cōsideretur. Vbi Epiphanius recte distinguit inter *χρῖμα* & *κατάχρῖμα*. Aliud verō est loqui, de atrocibus illis peccatis, quae lasciuiam, contra Christum secuta sunt, vbi *χρῖμα* recte pro aeterna condemnatione accipitur. Et quia Paul. ab experientia animaduertit, quam perniciosus sit laqueus ad multa atrocissima peccata, publica testificatio propositi cœlibatus, à quo sine nota leuitatis non facile discedi potest, ideo solite non tantū cauet, sed serio mandat & praecipit, ne in aetate florenti & lubrica, cuiquam tales laquei iniiciantur. Neq; hoc tantum dicit, vt praeter voluntatē aliqua ad cœlibatum suscipiēdum cogatur, sed quia multa iuniores viduae, ob recētem ex maritorum obitu luctum, & ob mœstitiam ac deiectionē animi, propter summam inopiā cum omni subsidio destituta essent, certo proposito constituerent, se in cœlibatu manere velle, ac ideo peterēt se in collegium viduarum, quae publicis Ecclesiae eleemosynis sustentabantur, recipi: Paulus experientia edoctus, quam facile mutatio illius propositi incidat, & quae inde pericula nascantur, si continere non possint, serio mandat, etiam si iuniores viduae, cum tali proposito se offerant, ne recipiantur sed reiiciantur, nec aliqua deligatur, nisi sit annorum 60. in qua aetate flammā libidinum mediocri diligentia reprimi & restingui possunt. Quam horribiliter itaq; de bone Iesu, regnum Pontificium contra Canonem, quae per electum tuum organum promulgasti, peccat & communicat nefandis aliorum peccatis, quod votum cœlibatus, non expectato anno 60. in iuuenili lubrica aetate conscientis vel imponit, vel voluntarie oblatum non tantum recipit, sed fieri consulit, suadet, hortatur, & hoc laqueo innumera animarum millia, in barathrum aeternae perditionis praecipitat. Certe hic vnicus locus Pauli, potētissimum fulmen est, vno ictu prosterbens omnia Pontificiorum vota. Quot enim reperias, qui post annum 60. demum vouerint cœlibatum? Qua igitur fronte, qua specie, quo colore vel defendere, vel excusare possunt, quod à praescripto Pauli magis magisque recesserunt? Leo enim primus consecrationi monialium statuit annum 40. Pius primus statuit annum 25. Alius Canon vetat ante annum 18. fieri votum, pleriq; verō Canones annum 15. nominant. Nec valet exceptio, quod Paulus de viduis, non de virginibus loquatur. Ratio enim Pauli generalis est: In iuuenili & lubrica aetate, neminem ad cœlibatus professionem astringendum, propter pericula, quae inde oriri experientia docuit.

Chrysostronus hoc loco dicit: Viduae illae *ἀπλῶς ἐκ ὁρῶς ἔτε χρίνασσι εἰλοῖτο*, ex simplicitate, non recte, nec vero iudicio elegerunt viduitatem. Et addit: Lapsus qui inde acciderunt, praebuerunt occasionem *ταύτης νομοθεσίας*, ferendae huius legis, vt scilicet iuniores viduae reiicerentur, & nulla assumeretur, nisi annorum sexaginta. Et Ambrosius hoc loco recte dicit (cuius tamen postea in velandis suis virginibus obliuiscitur) Paul. prohibet iuniores in hac suscipi professione. Lubricae enim aetati fides facile adhiberi non debet, quippe cum quarundam exempla praecedat. Item, ostendit damnationem tales manere, ne facile audeant, quod implere difficile est, aut si animus est huic deuotioni deditus, apud se interim teneat, quia temerarium dicit

*Paulus non
vult laqueos
cœlibatus cui-
quam in iu-
uente floren-
te.*

*Sexagenarias
inbet deliqs.
Papa contra
Paulum la-
queum cœli-
batus aetate
iuuenilis in-
iicit.*

*Qua aetate
votum cœli-
batus fieri
Pontifices
statuerunt.
Leo.
Pius I.*

*Chrysostronus
de viduis.*

Ambrosius.

dicit esse profiteri, quod adhuc iuuenili ætati credi non debet. Item, quantum laudabile est, si impleat, quod ultra vires eius creditur, tanto magis puniendus erit, si hoc sibi audeat imponere, præsumptione temeritatis, quod ferre non possit, &c. Iuniores igitur viduas, Paulus, propter pericula quæ recenset, non vult porro astringi ad cœlibatum, sed nubere.

Sed quid de illis iunioribus Paulus vult fieri, quæ ipso facto professæ iam erant cœlibatum, utpote receptæ in collegium viduarum? Certe si lasciuiam vratur, non vult eas in peccatis, quæ inde sequi videt, perseverare, & in damnatione manere. Quia verò cum proposito seruandæ viduitatis receptæ erant, num ideo coniugium sub pœna æternæ damnationis in perpetuum ipsis prohibet, etiamsi continere non possint, propositis interim aliis contra incontinentiam remediis? Hoc certe non facit. Meminerat enim, quod paulò ante c. 4. scripserat, doctrinam Dæmoniorum esse, prohibere coniugium illis, qui non continent. Sed illas etiam viduas, quæ viduitatem professæ erant (si ita loqui liceat) cum postea lasciuiarent, & non continent, illas, inquam, Paulus vult nubere, idq; ideo, ne vllâ occasionem præbeant Diabolo, & ne tandem, sicut nonnullis acciderat, prorsus retro post Satanam conuertantur, si præter vires & voluntatē, in cœlibatu manere cogentur, & aditus ad legitimas nuptias ipsis prohiberetur. Si igitur temerariæ, imprudentes, & incautæ promiserunt cœlibatum, si propositum illud in ipsis mutatum est, & continere nō possunt, si inde in peccata, quæ Paul. recēset, prolapsæ sunt, agant pœnitentiā, petant remissionē. Ne verò in damnatione maneāt, & tandem prorsus post Satanam subuertantur, Paul. vult ipsas nubere, non autē lasciuiendo cōtra Christum, sed in Domino, idq; ideo ne in posterum præbeant occasionem Diabolo. Velle itaq; nubere, in huiusmodi viduis, si continere non possunt, non simpliciter damnat, sed lasciuiendo contra Christum, & abiecta fide velle nubere, hoc verò damnat.

Hanc sententiam contextus Pauli manifeste ostendit, atq; ita expressè eum interpretatur Chrysost. Quoniam, inquit ipse, volunt nubere, volo & ego iuniores nubere, liberos gignere, domū administrare. Longe enim præstat hæc facere, quam illa (quæ scilicet de damnatis viduis recenset) Oportebat quidem curare, quæ Dei sunt, oportebat fidem seruare, quando verò illa non sunt, melius est hæc fieri, quæ illa, quippe viduitas illa nihil parit boni, *ἡ δὲ ἡ γάμος τέρυ*, ex hisce verò nuptiis (carū scilicet, quæ viduitatem professæ erant, cum cōtinere non possent) multa bona. Et Theophylact. illa duo (iuniores nubere volunt, & volo iuniores nubere) ita connectit. Volo & ego indulgens & concedens earum votis, ne Diabolus illudat ipsis, quod cū Christi sponsæ essent, factæ sint adulteræ, ideo sub matrimonium eas duco. Ambrosius etiam illud, Volo iuniores nubere, ita explicat. Quoniam quæ supra dixit de huiusmodi, quod contraria & illicita perducant eas ad mortem, idcirco consiliū dat, & præcipit ea fieri, quæ licita sunt. Et multū expedit nubere, quam sub bona & pia professione notabiliter incedere. Sic enim inuenit occasionē Satanas, quomodo subuertat animas inconsultas, cum pia profitentes iniuste versantur. Hæc Ambrosius. Locus igitur ille Pauli de viduis prorsus nihil patrocina- tur Pontificiorum sententiæ, de votis cœlibatus, vel faciendis, vel factis, sicut quidem illa in Pontificij Ecclesia vsitata sunt. Iuniores enim viduas nō vult

recipi, & receptas seu, ut loquuntur, professas, si cōtinere vel non possint, vel non velint, vult nubere, quarum vtrunq; cōtra Pontificiæ Ecclesiæ doctrinam & praxin pugnat. Et hæc de loco illo Pauli aliquanto prolixius annotare volui, ut perspiceretur, quanto rectius, certius, firmitus, & iucundius interpretatio Scripturæ ex ipsis fontibus quam ex cister- nis humanarum commentationum petatur. Atque hoc est secundum principale argumentum pro voto cœlibatus.

Tertium argumentum ex Scriptura ita confingunt: Quia Maria, Luc. 1. non in præterito, sed in præsentis loquitur, virū non cognosco. Fingunt igitur Mariam habuisse propositū, & fecisse solenne votum seruandæ perpetuæ virginitatis. Et mox addūt the- torigas amplificationes. Deum in sanctissima Dei- para virgine, votū perpetui cœlibatus in nouo Testamento, voluisse dedicare. Sumpta autē hæc sunt ex Apocryphis traditionibus. Extat enim Protoeu- angelium Iacobi, vbi narratur Mariam anno ætatis tertio, accensis lampadibus, per puellas solenniter ductam fuisse in templum, ac iuxta votum conse- cratam, in sancta sanctorum ipsam de manu Ange- licum accepisse. Anno verò ætatis 12. Angelum apparuisse Pontifici & iussisse, ut alicui ex maritis viduis traderetur in custodiam, virgo seruanda. Hæc Apocryphæ fabulæ, specioso titulo traditionum, sæpe etiam patribus imposuerunt, sicut Epiphanio spelunca Bethleemica, & Augustino commentitium hoc votum Mariæ, quod diserte contra Scri- pturam pugnat. In templo enim, & sub sacerdoti- bus veteris Testamenti, votum perpetui cœlibatus prorsus ignotum fuit, nec mandatū, nec exemplū habens. Historia verò noui Testamenti diserte di- cit, Mariam desponsatam fuisse Iosepho, ita ut ali- quando conuenirent. Et notū est, quid in Scriptu- ra significet *συνελθεῖν*. Nec Maria, nec Ioseph, aliter sciuerunt, priusquam ab Angelo de summo myl- terio incarnationis filij Dei edocerentur. Falsum igitur est, & Euangelio contrarium, quod Apocrypha fabula fingit de voto Mariæ. Sed qualia sunt vota Pontificia, talis est etiam prima eorum dedicatio, fabulosa scilicet. Quod autem non in præterito lo- quitur Maria, sed inquit, virum non agnosco, ratio manifesta est. Quia enim nondum erat in domum sponsi deducta, nec breui adeo hoc futurum erat. Nam post tres menses & amplius, Ioseph demum de deductione cogitare cœpit, Matth. 1. Postquam scilicet ex ædibus Elisabeth Maria reuersa esset Na- zareth, Luc. 1. Dicit igitur, quomodo fiet istud, cum nondum cognoscam virum, hoc est, cum nondum verfer in cubili coniugali, aut nondum vtar con- suetudine coniugali. Non enim sequitur, si in præ- terito dicatur, illa cognouit virum, ergo concipiet.

Quartò, ex illo loco, Rom. 7. Viuente viro, ad- altera vocabitur, si nupserit alteri viro, veteres multa argumenta formant, in quibus præcipuum robor obligationis voti cœlibatus constituunt. Ba- silius dicit, nulla desponsata, viuente sponso, po- test alium sine crimine adulterij ducere. Sed Deo dicata virgines sunt desponsatæ Christo. Ergo post votum nubere, adulterij crimen est coram Deo. Ambrosius inquit: Quæ se spondit Christo, iam nupsit, iam immortalis iuncta est viro, & si iam nubere voluerit, adulterium perpetrat. Chrysosto- mus dicit: Quæ se ipsam semel Domino desponsa- uit, iam non est libera, ut, cui velit, nubere possit, non enim mortuus est vir eius, sed si viuente viro

immer-

An Maria fecerit votum virginitatis.

Protoeu- angelium Iacobi.

Fabula apocrypha Genesice & Augustino commentitium hoc votum Mariæ, quod diserte contra Scripturam pugnat.

1111. Argu- mentum ex loco, Rom. 7.

Basilium.

Ambrosium.

Chrysosto- mus.

De viduis iunioribus cœlibatum professis adhuc in collegio viduarum de- gentibus.

Quæ non continent post viduitatis etiam professionem vult nubere.

Quid in his viduis dam- nabile docet Paulus. Chrysosto- mus.

Theophylact.

Ambrosium.

immortali, mortalem in Domini thalamum superinduxerit, non adulterium tantum, sed incestum perpetrabit.

Solutio.

Sed responsio manifesta est, Scriptura enim docet, non solos cœlibes desponsari Christo, sed totam Ecclesiam esse sponsam Christi, & desponsationem illam fieri nō cœlibatu, sed vera fide iuxta verbum, Ose 2. 1. Corinth. 11. Manifesta igitur fallacia est, à spirituali desponsatione hominis interioris argumentari, contra legitimum coniugium hominis exterioris. Eadem enim ratione sequeretur, etiam nulli prorsus fidelium liberum esse cōiugium, omnes enim fideles desponsati sunt Christo.

Obiectio ex 1. Corinth. 11.

Quod verò, 1. Corinth. 11. nominat virginem copulatam Christo, nō intelligit externum cœlibatum, sed loquitur de tota Ecclesia Corinthiorum, in qua præter virgines & viduas, non tantum coniugati erant, verum etiam, qui à scortatione, adulterio, imo ab incestu conuersi erant, 1. Corinth. 6. Multi enim coniugati, imo quæ meretrices fuerunt, fidē Christi habent, quam fatuæ virgines non habent, Matt. 25. Et illam ipsam argumentationem veterum Augusti. de bono viduitatis, c. 10. expresse reiicit & refutat, recitatis multis absurdis, quæ inde sequuntur & vocat opinionem minus consideratam. Si verò certo scire cupis, quod verum sit adulterium oppositum desponsationi spirituali, seu qui sint illi, qui fornicantur à Domino, aut quæ sit generatio adultera, interroga Scripturam, & illa monstrabit tibi, quæ & ubi sint spiritualia prostibula & propudia. Scriptura enim Scortationem seu adulterium spirituale, ita describit, quando anima, quæ Christo fide desponsata est, à verbo ipsius discedit, & electitios cultus instituit extra & cōtra verbum Dei, aut ab eius subiectione & obedientia se auertit, Iere. 3. Ezech. 16. Ose. 4. 2. Cor. 11. Isti igitur, qui contra verbum Dei, malunt vri quam nubere, & ex cœlibatu faciunt satisfactionē pro peccatis, ac meritum vitæ aternæ, vere sunt spiritualia prostibula in regno Dei, & adulteri Christi, non autem illæ virgines, quæ cum donū continentia non habeant, iuxta mandatum Dei nubunt in Domino, & vocem sponsi sui sequuntur, melius est nubere, quam vri.

Augustin. de veterum argumentationem reiicit.

Scortatio spiritualis.

V. Argumentum, Sentes cœlibatum iuri suo contrahendi matrimonium renunciant.

Quintò, illi qui vouent cœlibatum iuri communi (scilicet si nō continent, nubant. Item, si nupsent, non peccat) volentes renunciant, & vnicuique certelicit iuri suo renunciare, ac si fiat hoc propter cultum Dei, gratum est Deo, &c. Respondeo in politicis rebus alia ratio est, sed in spirituali libertate N. Testamenti Paul. dicit, non esse faciendum, vel admittendum iugū seruitutis, Gal. 5. Et in hoc casu Paul. præbet planā responsionem. Qui enim dono continentia præditus est, atq; ita habet potestatem propriæ voluntatis, vt si nubat, bene faciat, si nō nubat melius faciat, is si iuri nubendi renunciet, & se propter regnum cœlorum eo fine, sicut hæcenus dictū est, castret, bene facit. Et tamen, ne is quidem debet sibi laqueum iniicere, vt si amplius continere non possit, remedio coniugij vti non liceat. Qui verò donum cœlibatus non habet, ei ius illud (si non continent, nubant) non est liberum in vtrinq; partem, sed est necessarium remedium, diuinitus mandatū non continentibus, cui si renunciat, peccat, & tentat Deum, sicut superius ostendimus, & contra mandatum Pauli iniicit sibi laqueum.

De habentib. donum continentia.

De non habentib. donum continentia.

VI. Argumentum, Razias exemplum.

Sextò, citatur etiam pro voto cœlibatus locus, 2. Macha. 14. Razias multis temporibus continentia propositum tenuit in Iudaismo, corpus & animam

tradere contentus pro perseuerantia. Et hinc forsā Ambrosius sumpsit illud, quod scripsit, iustam esse causam sacerdoti, ob quam martyrio se exponat, ne virgo Deo sacrata tradatur nuptui. Ad hanc ex Machab. sententiam multa possent responderi, quod liber non sit Canonicus, quod idem Razias exemplo non probando seipsum contra quintum præceptum interfecerit, quodq; votum perpetuæ continentia in veteri Testamento non fuerit. Sed expeditissima responsio est, quod sit fallacia figuræ dictionis: hæc enim sunt Græca verba: *ὡς γὰρ ἐν τοῖς ἐμπεσοῦσιν χρόνοις τῆς ἀμείλιας, κρίαν ἐισπυλωμένους ἔϊσδύσους, ἢ ὀμια ἢ ψυχῶν ὑπὲρ ἑἰσδύσους παρὰ τὴν ἐλευθερίαν*, hoc est, superioribus temporibus secessionis (scilicet à prophano cum Gentibus commercio) cum actiones iudiciales propter Iudaismo intentarentur, corpus & vitam pro Iudaismo Razias obiecerat. Nullum itaque verbum in hac sententia est de voto perpetui cœlibatus.

Ambrosius.

Machabæorum liber non Canonicus.

Fallacia figuræ dictionis.

Septimò, illud etiam argumentum, quod Augustinus tractat de adulterinis coniugiis, accommodat ad voti perpetui cœlibatus, nempe, si vxor occupetur tali ægritudine, vt non possit ferre maritum, aut si maritus iuuenulæ captiuus teneatur. In tali certe casu & marito & vxori alia remedia vitandæ fornicationis proponenda & querenda sunt, quam nouæ nuptæ.

VII. Argumentum.

Idem ergo dicunt facere debere, & posse eum etiam, qui cœlibatum vouit, etiam si domum non habet. Respondeo: Aliud est, quādo vel Deus immitit calamitates tales in cōiugio, vel quando propter vocationem & confessionem relinquenda est vxor & liberi, Mat. 19. Et aliud est, quando homo nō habens donum cōtinentia sibi ipsi sine vocatione diuina, per votum contra verbum Dei, prohibet cōiugij. Hoc enim pertinet ad doctrinas Dæmoniorum, 1. Timo. 4. Quando enim Deus aliquem vocat ad crucem, simul promittit gratiam, quod nō velit pati, vt supra id, quod possumus, tentemur, 1. Cori. 10. Quando verò nos ipsi, sine mandato & promissione Dei, aliquid suscipimus, ibi, quia Deum tentamus, nō possumus nobis polliceri auxilium diuinum. Nec debemus spe diuini auxiliij aliquid suscipere, quod sit vel præter, vel cōtra verbū Dei, sicut est votū cœlibatus in illis, qui non habent donum.

Testimonia patrum profferendis votis cœlibatus.

Postremò ex patrum Scriptis multa & varia conquirunt subsidia, pro stabiliendis votis suis, quæ hoc loco omnia recensere non est nostri instituti. Et historiam quidem antiquitatis de cœlibatu, postea in loco de cœlibatu sacerdotum contexamus. Nunc verò breuiter tantum annotabimus, quid ad obiectiones ex patribus vere responderi posset. Non autem ignoramus, quod patres vota perpetui cœlibatus probent, quodque illa obligatoria etiam agnoscant. Sed ad omnes sententias, quæ ex patribus subiiciuntur, respondemus. I. Quod ipsi patres non cupiunt sua Scripta tanquam Canonica recipi, sed volunt ea ex Canonicis considerari, vt si quid in illis cum Canonicis congruit, cum laude eorum recipiamus: si quid dissentit, bona ipsorum venia libere respuamus, sicut in prima parte, tales ipsorum patrum sententias multas annotauimus. II. Argumenta veterum, quibus vota illa, & perpetuam eorum obligationem probare conantur, talia sunt, quæ vel ipsi inter se, alter alterius argumenta reiicit & refutat, vel certe infirmis fundamentis nituntur. In præcedentibus enim ostendimus, quomodo celebre illud omnium ferme

Generalis respecto ad sententias patrum.

Argumenta veterum ab ipsis patribus subinde refutata sunt.

ferme

fermè veterum argumentum, de desponsatione sanctimonialium cum Christo, ab Augustino, vt opinio minus considerata, reiciatur & refutetur. Et vicissim, quomodo argumentum de prima fide viduarum, quod Augustinus censet fortissimum esse, à Chrysostomo, Ambrosio & Theophylacto, in explicatione illius loci Paulini infringatur, etiam ostendimus. Ita argumentum de voto Mariæ esse apocryphum monstrauius. Cumq; reliqui sententiã suam de votis ex Scriptura probare conentur, Epiphanius diserte dicit, ex Scriptura hoc non posse haberi. Allegat igitur traditionẽ qua conatur probare Apostolos cõstituisse, peccatum esse, post decretam virginitatem ad nuptias conuerti. Sed librum illum Clementis de constitutionibus seu ordinationibus Apostolorum, sexta Synodus dicit apocryphum & adulteratũ esse. Cum itaq; nõ ex Scriptura, sed ex traditione eaq; nõ authenticã, doctrinã suam de votis habeant veteres, non obscurum est, quantum authoritati patrum hac in re sit tribuendum. Nõ enim numerandi sunt, quot sunt, qui fortiter aliquid asseuerent, sed ponderandum est, quã firmiter, & ex quibus fundamentis, id quod dicunt, probent & confirmet. Accedit & hoc, quod non sine contradictione vota illa à Patribus in Ecclesiã introducta sunt. Basilio enim hac in re contradixit clerus Neocæsariensis. Hieronymi votariis, quam acriter Romæ cõtradietum fuerit, ipse non scriptis tantum, sed discessione etiam sua, testatum fecit. Et Ambrosius, quot & quam acres habuerit hac de re in Ecclesia sua contradictores, ipse multis conqueritur, libro tertio, de virginibus. Nouum igitur hoc fuit tempore Basilij in Græca, tempore Hieronymi in Romana, tempore Ambrosij in Mediolanensẽ Ecclesia, III. Veteres illi multo verècundius, mitius & modestius materiam votorũ in praxi Ecclesiæ tractarunt, quam Pontificij. Non enim illis, qui donũ continentis non habebãt, vota imponi volebant, sicut Epiphanius inquit cõtra Montanistas: Exhortamur eum, qui potest, non autẽ necessitatem imponimus ei, qui non potest, neq; reicimus ipsum à vita. Et Hesychius in 20. cap. Leni. dicit: Non super virtutẽ discipulis ingeramus, sed quæ eis sunt possibilia, id est virginitatẽ ei, cui possibilis est. Ita post pactum cœlibatus, si non continent, melius esse vt nubant. Chrysostomus ex Paulo probat, 1. Tim. 5. sicut dictum est. Et nota est celebris illa Cypriani sententia, de virginib. Deo dicatis, li. 1. Epistola 11. Quod si se ex fide Christo dicauerunt, pudicæ & castæ sine vlla fabula perseuerent, & ita fortes & stabiles præmium virginitatis expectent. Si autem perseuerare nolunt aut non possunt, melius est vt nubant, quã vt in ignẽ delictis suis cadant. Certe nullũ fratribus aut sororibus scandalum faciant, manifesta est sententia, virginibus etiam quæ Deo dicatæ sunt, si postea ita perseuerare non possint, imo etiam si nolint perseuerare, melius esse nubere, quam vel vri, vel scandalum dare lasciuendo.

Hanc Cypriani sententiã Pontificij, quia eius luce premi te sentiant, variis modis conatur eludere. Osius inquit, forsan Cyprianus hoc dixit de illo tempore quando nondum erant Deo consecratæ. Sed ita Epistolam illam orditur Cyprianus: postulas quid nobis videatur de virginibus, quæ cum semel statum suum continenter & firmiter tenere decreuerint, detectæ sunt postea in eodem lecto pariter mansisse cum masculis, ex quibus vnũ Diaconum esse dicis. Item si se ex fide in Christo dica-

uerunt. Pighius conatur elabi per distinctionem de voto simplici & solenni: Sed vera antiquitas distinctionem illam ignorat, & ipse Pighius nõ multũ tribuit huic rationi, Dicit enim hoc magis pendere ex interdicto Ecclesiæ, quã ex solennitate professionis. Et certe si votum perpetui cœlibatus tam stricte, sine vlla dispensatione ex inãdato Deo obligat, impiũ sane est in voto simplici, cõtra mandatũ Dei dispensare. In solenni vero voto, tantũ propter externas quasdam solennitates ab hominibus abiectas nolle dispesare. Ita enim humanæ solennitates longe præferẽtur mandato Dei. Sed illa ipsa distinctione Pontificij fatentur, votũ cœlibatus nõ propter mandatũ Dei itã stricte obligare (post simplex enim votũ concedunt nuptias nõ esse damnabiles) sed propter humanas solennitatum cõstitutiones.

Colonienfes dicunt, Cyprianum quidem permittere illis post votum nuptias, sed pronunciare cõiunctiones illas incestas esse. Item, vox Christi pronũciat adulterã, si cum viro reperta fuerit: sed hoc luculentum crimen falsi est. Cyprianus enim non loquitur ita de legitimis coniugiis, post decretam virginitatẽ contractis, sed de cohabitatione & cõdormitione virginum cum clericis, in quo casu etiam per obstetricũ inspectionẽ volebant probare se virgines esse. De eo enim casu Cyprianus expresse in Epistola illa loquitur. Postremo Osius dicit, esse priuatã vnus Cypriani opinionẽ. Concilium vero Chalcedonensẽ, Canone 12. contrariũ sanxisse. Sed nota est Panormitani sententiã, q̃ plus credendũ sit vel simplici laico Scripturã producenti, quam toti simul Concilio: & Gerson concludit, In factis literis excellenter erudito, atq; authoritatem Catholicã profereanti, plus esse credendũ, quam generali Concilio. Et tamen Epistola illa non est priuata Cypriani, subscripserunt enim etiã presbyteri. Nec solus Cyprianus ita sensit, antea enim recitauimus quomodo Ambrosius, Chrysostomus & Theophylactus locũ Pauli, 1. Tim. 5. interpretetur.

Hieronymus etiam in Epistola ad Demetriadem inquit: Sanctum virginum propositum, & cœlestis Angelorumq; familiæ gloriam, quarundam non bene se gerentium nomen infamat, quibus aperte dicendum est, vt aut nubant, si continere non possunt, aut contineant si nolunt nubere. Andradius vero præter suam consuetudinem hoc loco humanus & modestus est, inquit enim, Cyprianum illa Epistola innuere æquum esse, vt huiusmodi virginibus post votum, Episcopi autoritate liberum ac integrum fiat nubere, quod proprio arbitrio ipsis facere non licebat. Et addit, Cypriani tanquã Episcopi primatis erat, vota Deo facta, cum iustitiæ æquitatisq; ratio postularet, irrita facere, seu vt dici solet, dispensare. Atq; hoc Lector diligenter notet.

Obseruetur autẽ quomodo sensim & subinde maior accesserit asperitas, Epiphanius enim traditionem profert, peccatũ esse, post decretã virginitatẽ ad nuptias conuerti, atq; ideo multi temporis penitentiam imponit nubentibus post votum, vt sic tandem ad Ecclesiam inducantur, & hoc vocat *κρίμα*. Sed tamẽ dicit: Melius est habere *κρίμα*, quã *κατάκριμα*. Melius enim, inquit, est, vnũ peccatum habere quam plura, melius est lapsum à cursu, palam sibi vxorem accipere iuxta legem, & non quotidie occultis iaculis sauciari ab improbitate, quæ ipsi à Diabolo infertur. Et hoc vocat *κατάκριμα*, quando malũ occulte scortari, quam apud homines confundi. August. vero adhuc dauior est, dam-

Vota cœlibatũ ex Scriptura probare ne queunt. Epiphanius traditiones allegat. Constitutio- nes Apostolica Clementis, apocrypha.

Patrum doctrina de votis semper est contradictiã in Ecclesia. Hieronymus. Ambrosius.

Tertia respõsio ad testimonium veterum de votis. Epiphanius.

Hesychius.

Chrysostomus. Cyprianus.

Elusio multiplex sententiã Cypriani. Osius.

Tertia Colonienfes.

Osius.

Panormitanus. Gerson.

Hieronymus.

Andradius.

Processus temporis rigor & asperitas votorum creuit. Epiphanius.

Augustinus.

nationi aliquando subiiciens nubentes post votū, sed tamen alibi coniugia illorum non vult distrahi, aut adulteria appellari, Et ca. 9. de bono viduitatis inquit. Paulus significat, eas quas nubere voluit, melius potuisse continere, quā nubere, sed melius nubere, quam retro post Satanam ire. Ante Augustinum vero Canon 18. Ancyranae Synodi multo fuit mitior, dicit enim: Quotquot virginitatem pollicitam prauaricati sunt professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transferūt, haberi debent. Canon verò Chalcedonensis 15. dicit, maneant excommunicati. Et tamen addit, posse eis fieri humanitatem, si Episcopus loci ita probauerit.

Canon Ancyrani Concilij.

Canon Chalcedonensis.

Pelagius.

Ita Pelagius 27. q. 1. de viduis, humaniter conatur cōsulere conscientias, inquit enim: Quæ si propria voluntate professam pristini cōiugii castitatem mutabili mente calcauerint, periculi earum intererit, quali Deum satisfactione placare debeant. Nos autem talibus nullū laqueum debemus iniicere, &c.

Innocentius.

Innocentius vero 27. q. 1. quæ Christo: Ne quidem ad poenitentiam admitti vult illas, quæ post votum nupserunt, sed licentiam agendæ poenitentia ipsi prorsus præcidit, nisi coniugia separata fuerint.

Pontificij nostri temporis.

Et nostri temporis Pontificij, tales non tantum excommunicant, sed crudelissime excarnificant & occidunt, cum tamen in suis votariis, scortationes, adulteria, incestus & totam Sodomiam bene ferre possint, modo non legitimum contrahant matrimonium. Adeone cum Patribus quidem, quorum tamen auctoritatem tanquam orci galeam obicere

Scholastici de non conuendis aut post votū non seruandis.

Mala. Necessaria.

Fortuita.

Stulta.

Indiscreta.

solent, Pontificiis nostris conuenit, cum tamen ipsorum etiam Scholasticorū disputationes, in votis mitigationes quasdam monstrant, dicunt enim quinque esse, quæ voueri non possunt. I. Mala seu peccata. II. Necessaria, vt si quis voueat se aliquando moriturum, vel se non esse volaturum. III. Casualia seu fortuita, quorum euentus ambiguus est, & ad bonum & ad malum, quale fuit votum Iepthe. IIII. Stulta, vt si quis voueat se velle leuare festucam à terra. V. Indiscreta, vt si quis voueat nimiam macerationem corporis, quia corpori parcendum est, Rom. 13. Col. 2.

De dispensatione, commutatione vel redemptione voti.

Votum calibatum non simpliciter dispensatione caret.

Isidorus.

Bedæ.

Elibertanus Canon.

Multa etiā Scholastici disputant de dispensatione, commutatione & redemptione voti. Nō itaq; simpliciter indispensabile est votum cœlibatus, cū ipsi etiam Pontifices sapius legantur dispensasse, ne familiarum successio intercideret, cur non multo magis, ne conscientia illaqueatē intereant? Nam & 22. q. 4. multi citantur Canones, non esse seruanda promissa, vota, vel iuramenta, quibus vel temere & incaute malum turpe aut stultum promissum fuit, vel quod seruatum in peiorem vergeret exitum. Isidori verba sunt: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vouisti, ne facias: Impia est promissio quæ scelere adimpletur. Bedæ sententia est, si aliquid forte nos incautus iurare contigerit, quod obseruatū in peiorem vergat exitum, libere illud salubriori consilio mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate peierandum, quam pro vitando periurio, in aliud crimen grandius esse diuertendum. Elibertanus Canon dicit: Definitio incauta laudabiliter soluenda est, nec est prauaricatio, sed temeritatis emendatio. In quem vero exitum vota eorum, qui continere non possunt, vergant, toti mundo manifestū est. Et tamen Tridentinum Concilium, nec Pauli, 1. Tim. 5. nec veteris Ecclesie humanitatem imitari

voluit, sed simpliciter statuit: Si quis dixerit posse omnes contrahere matrimonium, qui nō sentiunt se castitatis, etiam si eam vouerint, habere donum, anathema sit.

DE COELIBATV

SACERDOTVM.



VÆSTIO hæc est ἐπιπολάζουσι sicut Græci loquuntur. Sed quia pleraque quæ huc pertinent in præcedentibus explicata sunt, breuitati, quantum quidem fieri poterit, operā dabimus.

Non autem repetam publicas totius Christiani orbis querelas de notoria infamia inquinati apud Pōtificios cœlibatus, nec illorum rationem imitabor, qui ipsa causæ æquitate existimarunt se à Prælati Ecclesie impetrare posse, vt legem de cœlibatu Sacerdotum, quæ occasio fuit, vt vniuersus ordo Ecclesiasticus fœde contaminaretur, Ecclesia sequens pastorum exempla, obscœnis libidinibus impleretur & vniuersa religio ludibrio exponeretur, tollerent. Nec lamentabiliter deplorabo, quam turpiter piorum Principum expectationem fefellerint Tridentini patres. Erudite enim, copiose, & facunde factum hoc est à multis. Quid vero argumentis, querelis, petitionibus & lamentationibus hætenus effectum sit, intelliges, si libuerit nonum Canonem octauæ sessionis audire, qui sic habet.

CANON IX.

Si quis dixerit, Clericos in sacris ordinibus constitutos, & regulares castitatem solemniter professos posse matrimonium contrahere, contractumq; validum esse non obstante lege Ecclesiastica, & voto, & oppositum nihil aliud esse quam damnare matrimonium, posseq; omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis (etiam si eam vouerint) habere donum, anathema sit, cum Deus id recte petentibus non denegat, nec patitur nos supra id, quod possumus, tentari.

Vides, Patres illos, adeo esse inhumanos, vt nec filiorum suorum tristi imbecillitate, certo periculo, & manifesta pernicio, nec totius Ecclesie offendiculis & querelis moueantur. Hoc enim semel sibi proposuerunt, neruos regni Pontificij defendere & stabilire, etiam si fracta collabatur Ecclesia. Prudentem autem sibi cauerunt ne rationes decreti exponerent, sed cum multos in hac arena infelicitate pugnasse viderent, compendium victoriæ esse iudicarunt, si solo anathematis fulmine, argumenta, quæ soluere non possent, prosternerēt. Nos vero merito cogitamus illud Tertulliani: Lex quæ probari se non vult, merito suspecta est, & si non discussa & probata dominetur, improba est, cum nulla lex sibi soli conscientiam suę iustitiæ debeat, sed eis à quibus obsequium expectat: Præcipua igitur capita in quibus controuersia hæc consistit, ordine examinabimus, & simplici breuitate explicabimus.

Trident. Patres neruos Pontificij regni reserere student. Rationes decreti respiciuntur.

Tertullianum de legibus.

CAPVT I.

QVÆ SIT SCRIPTVRAE
sententia & definitio de hac
questione.

Ireconfulti recte dicunt: Lata lege, quicumque vult sapientior esse lege, fatuus est: Cum vero extet in Scriptura certa & manifesta determinatio huius quæstionis de coniugio sacerdotum, non in genere

Pontificij lege diuina sapientioris Sideri volunt.

Andradij de
conuigo sa-
cerdotum cõ-
sumelis.

genere tantum, sed expresse seu in specie: Pontificii tamẽ conquisitis vndiq; argumentis & rationibus, ita disputant, quasi vel nihil de hac quæstione in Scriptura definitum extaret, vel quali sapientiores vellent & possent esse lege diuina. Ita Andradius prolixè & splendide rhetoricatur de dignitate & salutari vtilitate ministerij, quod requirat homines, qui sancti sunt & immaculati, in quibus Spiritus sanctus habitare possit, qui aliarũ rerum curis abiectis, totos se addicant Domino, vt diuinis rebus perpetuo vacare, altissimis fidei & religionis mysteriis intenti esse possint. Atq; inde pronunciat, sacerdotibus minime conuenire statum coniugij, q̃ hominem in contraria sæpe studia distrahit, animũ importunis & inanibus curis excruciat, & temporalibus rebus immergit. Ac mox declamatoriẽ addit, Satanam, qui olim vnus Heuẽ opera vsus est, vt vniuersum genus humanum ab altissimo iustitiæ gradu deiectũ, in extremas miseras coniceret, nũc omnium sibi sceminarum veluti auxilia adiungere, magnoq; impetu in Ecclesiasticum ordinẽ inuadere, vt illi pudicitia sanctimoniamq; splendorem eripiat, atq; ita Sacramenta, in quibus potissima salutis nostræ prælidia posita sunt, euertat & demoliatur. Quorsum vero hæc tam grandia, nisi vt probet se esse sapientiorẽ Paulo, qui quasi ex imperitia dixisset: Oportet Episcopum vnus vxoris virum esse. Andradius ex penetralibus Tridentini Concilij pronunciat, multo conuenientiorẽ & sapientiorẽ legem esse, qua sacerdotibus omni ratione interdicitur ne vxores habeant.

Statu huius
controversia.

Hic si nos præterita Scripturæ determinatione, rationes contrarias colligere, & cõiugium sacerdotibus rectius conuenire, nostris argumentationibus ostendere conaremur, mare disputationum ingrederemur, & infinitæ essent ingentiorum concertationes, & rationũ conflictationes. Sicut igitur iureconsulti, quando habent certam & expressam legẽ, non de ea, sed secundum eam iudicari volunt. Ita disputatio hæc omnium rectissime ita instituitur, vt inquiratur quid Scriptura de hac quæstione pronunciarit & definit, in illis præcipuẽ locis, vbi ex professo materiã hanc tractat. Sicut enim quæuis dogmata, ita hæc etiã quæstio in Scriptura certam & propriam suam sedem habet. Quis vero rectius & melius constituere posset, (an coniugiũ conueniat in ministerio Ecclesiastico) quam ipse Spiritus sanctus, qui est autor & gubernator ministerij? Quod si in Scriptura, nihil de hac quæstione definitum extaret, imitanda tamen nobis esset Pauli modestia, vt etiã si nobis videretur cœlibatus melius conuenire sacerdotio, non tamen leges ferre, sed modeste dicere deberemus: Præceptum Domini non habeo consiliũ autẽ do, ita tamen, vt nemini laqueum iniiciam: Iam vero cum quæstio hæc ex professo extet in Scriptura determinata, quid aliud est in diuersam & contrariã partẽ, non tantum disputare, sed rigidissimas leges ferre, & eas inclementer defendere, quã os in cœlum ponere, & sapientiam Dei iustificare, Matt. 11. Deum consiliis nostris velle instruere & adiuuare? Isaia 14. Ex aduerso respondere Deo? Rom. 7. Imo contradicere factori suo? Esaia 45. Cum igitur habeamus Scripturæ decisionem, non patiamur nos ab illa abduci in campũ vel Dialecticarũ ratiocinationũ, vel Rhetoricarum declamationum, vel immẽsum illud pelagus humanarũ constitutionũ, sed iuxta pium Constantini consiliũ ex Scriptura diuinitus inspirata, quæramus &

sumamus quæstionis huius solutionem.

Omnes igitur qui decorem domus Dei, Psal. 36. diligunt, summis voti merito exoptant, vt ministerio verbi & Sacramentorum in nouo Testamento, sua dignitas, & grauitas, authoritas, & sanctitas constituatur, contet & conseruetur. Et quidem Pontificij Clericis suis ideo prohibent coniugiũ, quia existimant, illud nõ decere, non ornare, non adiuuare, sed dedecere, magis impedire, obfuscare, polluere & inquinare dignitatem & sanctitatẽ vite sacerdotalis. Sed nos sumimus illud axioma, q̃ nemo nisi atheos negare potest, Illũ scilicet solum optime nosse, quid dignitatem & sanctitatem ministerij Euangelij, vel deceat, vel adiuuet, vel dedecat & impediatur, qui autor, gubernator, & Dominus est ministerij, imo cuius sacerdotes sunt *συνεργοι*, 1. Cor. 3. hoc est, Tales administrari, quos Deus tanquã confortes & cooperarios ad communionẽ seu participationem sui operis, quo ipse colit & exadificat Ecclesiam, admittit & assumit, vt ipsoꝝ ministerio vtatur, & per illud efficax sit, hoc enim significat *συνεργός*. Et quia ille in Scriptura ex professo, quæstionem hanc de sacerdotum noui Testamenti sanctitate & virtutibus explicauit, certe non stultũ tantum, sed protus impium esset, præterea imo quasi abrogata & conculcata illa Spiritus sancti determinatione, aliud diuersum imo contrarium, vel ex nostris cogitationibus, vel ex hominum constitutionibus statuerẽ velle.

Spiritus sanctus igitur per Paulum electum suũ organon, multis & accurate describit illas virtutes quas Deus in Episcopo, ad retinendã, ordinandã, & adiuuandã dignitatẽ, grauitatem & sanctitatẽ ministerij requirit. Primo, quod ad doctrinã attinet, vt Episcopus sit *διδασκτικός*; hoc est, sicut ipse explicat, vt teneat mysterium fidei, 1. Tim. 3. & amplectatur sanam doctrinã, Tit. 1. sit affectatus & nutritus in verbis fidei & bonæ doctrinæ, 1. Tim. 4. sit idoneus, vt alios quoq; doceat, prophanas verborum pugnas & inanitates fugiat, sermonem veritatis recte secet, 2. Tim. 2. potens sit exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes arguere, Tit. 1. instet oportune, importune, arguat, increpet, exhortetur in omni patientia & doctrina, 2. Tim. 4. persistat in his, quæ didicit, 2. Tim. 3. formã habeat sanorum verborum, 2. Tim. 1. depositum custodiat, & mandatum sine macula irreprehensibile seruet, 1. Tim. 6. attendat lectioni, donum suum non negligat, sed exscitet meditando & exercendo, vt profectus ipse manifestus sit in omnibus, 1. Tim. 4. Oret pro se & pro Ecclesia, 1. Tim. 2. Ita enim Paulus explicat quid sit *διδασκτικός*.

Secundo requirit in Episcopo donum gubernationis Ecclesiæ, & describit quomodo debeat versari in domo Dei, quæ est Ecclesia, hoc est, quomodo debeat Ecclesiã curare seu gubernare, 1. Tim. 3. Quomodo ministeria debeat constituere, & eorũ inspectionem habere, 1. Tim. 3. Tit. 1. quem processum debeat seruare contra aduersarios doctrinæ, 1. Ti. 12. 2. Tim. 2. Tit. 3. quomodo iudicia Ecclesiastica erga peccantes, lapsos seu accusatos, sint instituenda & exercenda, 1. Tim. 5. 1. Tim. 3. quomodo supplicationes seu p̃ces publicæ sint instituendæ, 1. Tim. 2. quomodo singulis ordinibus, seu statibus in Ecclesia pia officia sint præscribenda, & quæ in illis desiderantur, corrigenda, 1. Tim. 2. 5. & 6. Tit. 2. & 3. quomodo pauperum cura sit habenda. Hæc enim ad gubernationem Episcopi Paulus refert.

D 2 Tertio,

Axioma in
hac quæstio-
ne certissi-
mum.

Συνεργοι
quid.

Virtutes quæ
Dei in Epif-
copo requirunt.

*διδασκτι-
κός*.

Donum gub-
ernationis.

Constantini
consiliũ de
controversiis
in Ecclesia.

*Mores seu cō-
uersatio.*

Tertio, quia ad ministerium recte peragendū omnino necessaria est Spiritus sancti præsentia, gubernatio & cōfirmatio, requirit igitur Paulus in Episcopo talē sanctitatem, ne Spiritum sanctum per peccata contra conscientia excutiat. Ideo, inquit, mysteriū fidei teneat in conscientia pura, 1. Tim. 3. Milites in prophetiis bonā militiam, habens fidē & bonam conscientia, quam quidam repellentes circa fidem naufragium fecerunt, 1. Tim. 1. Exerce te ipsum in pietate, charitate, fide, castitate, 1. Tim. 4. Fuge auaritia, quæ multos in exitium demergit, sectare iustitia, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinē, certa bonum certamen, apprehende vitā æternam, 1. Tim. 6. Labora vt bonus miles Christi, nemo vero militans implicat se negotiis secularibus, sed vt ei, qui se in militia delegit, placeat. Stude te probatū exhibere Deo, operarium non erubescendū. Qui se emundarit ab istis, erit vas in honorē sanctificatū, accommodum vsibus Domini, ad omne opus paratū. Iuueniles cōcupiscentias fuge, sectare vero pacē cum iis, qui inuocant Dominum, 2. Tim. 2. Deuita vitia, quæ faciunt reprobos circa fidem, 2. Tim. 3. Affectare institutionē meam, propositum, fidem, longanimitatē, dilectionem, patientiam, persecutiones, afflictiones, 2. Tim. 3. Vigila, obdura in afflictionibus, ministerium tuum imple, 2. Tim. 4. Te ipsum castum custodi, 1. Tim. 5.

Quarto, requirit Paulus in Episcopo talem vitæ sanctitatem, morū probitatem, & conuersationis grauitatē, vt & typus sit gregis seu fidelium, 1. Pet. 5. in verbo, in consuetudine, in dilectione, in spiritu, in fide, in castitate, 1. Tim. 4. Per omnia te ipsum præbens formam bonorum operū, in doctrina, in integritate, in grauitate, Tit. 2. Et vt aduersarii pudore suffundantur, nihil habentes, q̄ de vobis dicāt mali: sed vt nemo vos possit criminari, 1. Tim. 3. Sicut illas virtutes recitat ac describit, Tit. 1. 1. Tim. 3.

Hæ sunt virtutes, quas Spiritus sanctus in ministro verbi requirit, quibus ostendit, constitui, ordinari & adiuuari dignitatem, grauitatem, reuerentiā & sanctitatem ministerii verbi & Sacramentorum in nouo Testamēto. Illas hoc loco recensere volui, vt planū facerem, nos nihil aliud cupere, & quærere, quam vt ministerio vera illa dignitas, reuerentia & sanctitas, quam ipse Spiritus sanctus præscribit & requirit, restituatur, conseruetur, & excolatur. Pōtificii vero his sepultis, interea contra castitatem & sanctitatē legitimi coniugii, disputāt & laqueos faciunt. Et modo quis coniugiū abiuret & detestetur, etiam si reliquis virtutibus episcopalibus sit destitutus, imo contrariis vitiis contaminatus, is demū capax & habilis iudicatur. Si quis vero reliquis virtutibus à Deo sit ornatus, tantum autem vnus legitime vxoris maritus sit, is contumeliose ministerio repellitur, reicitur, remouetur, excommunicatur, proscribitur, occiditur.

*Deo calibratū
in sacerdote
Spiritus san-
cti requirit.*

Sed videamus, an Spiritus sanctus ad illas Episcopi virtutes tenēdas, conseruandas & excolendas, cœlibatū faciat necessarium, & coniugiū, tanquam obstaculum & maculā illarum virtutū, inde excludat & remoueat. Certe in prolixo & accurato illo virtutum Episcopaliū catalogo, nec virginittatis, nec viduitatis facit mentionē sed de cœlibatu tacens, nō tantum mentionem facit matrimonii, sed in dotibus & virtutibus, quas in Episcopo & cæteris ministris requirit. Primo loco ponit hoc, vt Episcopus sit vnus vxoris maritus, frugi pater familias, & bonus liberorum suorū formator. Nec tamē cœ-

libes, si certa dona ad ministeriū necessaria habeat, excludit, ipse enim Paulus cœlebs fuit, & vellet & mnesira esse, 1. Cor. 7. Et Christus laudat illos, qui se castrāt propter regnum cœlorum, sed addit, non omnes capiūt verbum hoc. Et Paulus inquit, vnusquisq; habet propriū donum ex Deo, castitatē igitur in ministerio requirit Paulus, 1. Tim. 4. & 5. sed eam esse duplicē, in cœlibatu scilicet & in coniugio, & antea demonstratū est, & hoc loco Paulus ostendit, cum inquit, sit vnus vxoris vir. Qui igitur cæteris virtutibus ad ministeriū necessariis præditus est, & præterea habet donum cœlibatus, is, quia absq; vlla distractione aliorū sollicitudinū potest Domino adhærere, & quæ Domini sunt curare, recte potest in Episcopū eligi. Quod vero Paulus hoc loco cœlibatus expresse nō facit mentionē, hoc proculdubio ideo factum est, ne propter admirationem cœlibatus aliquis, qui cæteris virtutibus ad ædificationem Ecclesiæ necessariis caret, eligatur, aut ne in electione cœlebs propter cœlibatū præferatur coniugato, si is pluribus & præstantioribus virtutibus ad Ecclesiæ ædificationem vtilibus & necessariis, à Deo ornatus sit. Ne igitur inter solos cœlibes idonei quærantur eligendi ad ministeriū, neue omnes cœlibes existimentur ad ministerium idonei, vtq; ostendat, nō tot vere cœlibes ad ministeriū idoneos reperiri, quot Ecclesiæ ministris opus habet, & vt maxime tot reperiri possent, nō tamen eos, qui donum continentia non habent, sed malunt nubere, quam vri, ac ad vitandam fornicationē contrahunt matrimonium, à ministerio arcendos esse, si cæteris virtutibus præditi sint. Ideo cum de cœlibatu taceat, expresse dicit: Oportet Episcopū irreprehensibilem esse vnus vxoris maritū, 1. Tim. 3. Item, presbyteri cōstituuntur, si quis sine crimine, est vnus vxoris vir, Tit. 1. Manifestū igitur est ex hoc loco Pauli, virtutes ad ministeriū necessarias & donū continentia non semper esse coniuncta, imo adeo raro esse coniuncta, vt Paulus ideo erint virtutes Episcopi cœlibatus prorsus non meminerit sed coniugii. Ad ea enim, quæ frequenter & facile eueniunt, potius debet accommodari ius, quā ad ea, quæ rarius & difficiliter contingunt, dicunt Iureconsulti. Manifestum etiam hoc est, ex textu Pauli, Deum illis etiā quī donum continentia non habent, sed ideo, quia se non continent, contrahunt matrimoniū, conferre eas dotes, quæ in ministerio ad ædificationem Ecclesiæ necessariae sunt.

Cum igitur Spiritus sanctus velit eos eligi, & constitui Episcopos seu presbyteros & diaconos, qui præditi sunt virtutibus ad ministeriū necessariis, & virtutes illæ sint dona Dei, quæ confert, quibus ipse vult, & ipse hoc loco diserte declarat, q̄ non illis vel tantū, vel semper ea conferre velit, qui donū continentia habēt, sed & illis, & quidem frequentius illis, qui propter vitandam fornicationem vnus vxoris mariti sunt, atq; ideo diserte præscribat, cum eligēdum & constituendū Episcopum, qui sine crimine vnus vxoris maritus est, si reliquis virtutibus ornatus sit. Quid quæso amplius requirimus aut vltierius desideramus, si ex ipsius Spiritus sancti ore veritatē haurire & discere satis esse putamus. Quod enim obicitur ex loco, 1. Cor. 7. sollicitudines & distractiones cōiugales, obstaculo & impedimēto esse operibus, curis & exercitiis ministerij. Certe extra omnē controuersia, Deus omnium optime nouit, quid ministerio impedimento sit vel non sit. Is vero per electum suum Organon, dona ad ministerium necessaria,

*Cœlibis à ministerio non
excluduntur.*

*Cœlibes dicitur
plen.*

*Quare Paulus non dicitur
sic cœlibis, sed
maritis.*

*Deum matrimonio iunctis
conferri dotes
ministerio
necessarias.*

*Obicitur, ex 1.
Corinth. 7.*

necessaria, & verum vsum eorum, attribuit etiam marito vnus vxoris, qui liberos & curam rei familiaris habet. Contradicit igitur Spiritui sancto qui disputat & clamat, coniugium per se esse impedimento iis, quæ ad ministerium pertinent.

Coniugiū est
adumentū
ministerij.

Nec vero hoc tantum dicit Paulus, quod Mantuanus de Hilario Episcopo canit, (Non nocuit tibi progenies, non obstitit vxor, Legitimo coniuncta toro) sed nominatim affirmat, coniugium, quasi scholam progymnasmatum esse. Vbi Episcopus in minoribus discit, exercet, & specimen edit, quomodo curanda & gubernanda sit Ecclesia Dei. Vulgare enim prouerbum fuit, sicut Chrysoctomus annotat: Bonus œconomicus, cito sit bonus politicus, *ὁ δὲ οικονομικὸς, καὶ πολιτικὸς ἄν' ἔννοιο ταχέως*. Expendit etiā hoc Chrysoctomus, cum Episcopi officium sit in Ecclesia, officii sui admonere coniuges, patres familias, mulieres, liberos, seruos, &c. Eum hoc rectissime posse facere, qui in œconomia horū ordinum & virtutes didicit, & vitia obseruauit. Nec verbis tantum, sed exemplo etiā ordinibus illis potest præluere is, qui pius maritus est. Ita doctrinam de dilectione Christi erga Ecclesiam, ille rectius intelligit, qui in coniugio, quod exemplar eius est, eam aspiciere didicit. Tyrocinia etiam patientiæ, spei, & consolationis in tribulationibus & afflictionibus, Episcopus vxoratus domi exercet, quæ postea in causis Ecclesiæ, vt iam nō rudis miles, in aciem educere potest. Et curā domesticam rei familiaris, Episcopus vxoratus, potest tuto in fidelē suam matrē familias reicere, vt ipse expeditius ea, quæ ministerii sunt curare possit. Ita, Prou. 31. Vxor virū in politia versantem, curis domesticis pulcherrime subleuat. Et Nazianzenus matrem suā inde laudat, quæ marito suo non tantum non impedimento, sed adiumento fuerit in ministerio, imo vt ministerium contra calumniatores ornetur, & occasio criminandi aduersariis præcidatur. Ad hoc utile esse coniugiū, Paulus diserte affirmat, vt scilicet sine crimine, irreprehensibilis sit Episcopus, vnus vxoris maritus. Quod vero dicitur copulam conjugalem habere aliquid immundi, quod sanctitatem ministerii contaminet, hoc & antea refutatum est, & Paulus hoc ipso loco refutat, cum Episcopo, vnus vxoris marito, tribuit *σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν*, pudicitiam, temperantiam, seu continentiam. Tit. 1. Sicut mox cap. 2. castitatem tribuit etiam vxoribus in coniugio. Potest ergo etiam vxoratus presbyter, exemplar fidelium esse, non tantum in pietate, charitate & fide, verum etiam in castitate, 1. Tim. 4.

Hæc certe ex contextu Pauli plana & manifesta sunt, quæ ideo etiam maius momentum & pondus apud omnes pios habere debent, quia eo loco Paulus materiā illam ex professo tractat. Et consentiunt reliquæ etiam Scripturæ sententiæ. In veteri enim Testamento, cum Deus varias legales pollutiones sacerdotibus prohibuisset, vt mundi & sancti essent, coniugiū tamen ipsis nō prohibuit, sed certis cōditionibus circumscriptum permisit, Leu. 21. Ezech. 44. Et ne quis in nouo Testamento hoc vel mutatum vel abrogatū putaret, propterea quia in veteri sacerdotio erat successio secundum carnem, Paulus in nouo Testamento dicit: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris maritū. Et quod, 1. Cor. 7. scriptum est, eum, qui non continet, si contrahat matrimonium non peccare, sed bene facere, ad vniuersam Ecclesiam pertinet, cum quidem in illa Epistola Paulus multa ex professo de

Nazianzenus de matre
sua.

Sententiæ veteris
testamenti de
coniugio sacerdotum.

ministeris Euangelii disputet. Si quis enim cum Pōtificiis dicere velit, Paulū reliquis quidem Christianis coniugiū liberum reliquisse, sacerdotibus vero propter sanctitatem ministerij prohibuisse, ei Paulus grauissime contradicit, affirmans doctrinā dæmoniorum esse, propter hypocrisin, seu externā speciē sanctitatis, prohibere nuptias, 1. Tim. 4. Honorabile enim coniugium est in omnibus, hoc est, inter cuiusvis ordinis homines, ad Ebræ. 13. Quod vero Paulus cœlebs fuit, hoc non fecit ex necessitate legis: dicit enim se potestatem habere circūducendi vxorē, sicut ex reliquis Apostolis quidam fecerunt, 1. Cor. 9. Quod enim locum illum Pauli, veteres quidam interpretantur, quod Apostoli opulentas quasdam matronas secum circumduxerint, in suis per orbem peregrinationibus, quæ de suis facultatibus sumptus præbuerint Apostolis, sicut Luc. 8. Christum multæ mulierculæ sequuntur, ministrantes ei de suis facultatibus, illud loco Pauli nō bene conuenit. Christū enim matronæ illæ in sola Iudæa sequebantur. Quæ vero species fuisset, Petrū propriam suam vxorē relinquere, & interea aliorum opulētias vxores inter Gentes, per varios populos, in longinquis peregrinationibus circumducere? Et argumento Pauli hoc prorsus contrarium est. Hoc enim Paulus ibi agit, se habuisse potestatem grauandi Ecclesiam Corinthiacā sumptibus pro se & suis, sicut inquit Petrus, & alii sumptus ab Ecclesiis, quibus ministrant, accipiūt, non pro se tantū, sed & pro vxoribus suis, quas secum circumducūt. Ea vero potestate dicit Paulus, se non esse vsum, ne grauaretur Ecclesia apud Corinthios. Atqui non fuisset grauata, sed subleuata Ecclesia, si huiusmodi opulētias matronas Paulus circumduxisset, quarū sumptibus sustentatus fuisset. Nec loquitur in plurali, sicut Luc. 8. sed dicit, *ἑνὴν*, quam sororē nominat, fidelem enim vxorē intelligit, quia Ethnica non sequeretur maritū fidelem in huiusmodi peregrinationibus. Et qualem sororem intelligat, ipse explicat, cum vocat *ἑνὴν*. Non autem opus fuisset tali Epexegesi, si simpliciter, aut in genere mulierē intelligi voluisset. Nulla enim soror masculus est, sed quia talem sororem fidelem intelligit, quæ vxor sit, & verbū *ἑνὴν*, indicat ius mariti, quem vxor tenetur sequi. Apostoli autē nequaquā hoc ius sibi sumplerunt, vt aliorum vxores ex potestate cogerent se in peregrinationibus sequi. De maritali igitur potestate circūducendi proprias vxores, Paulū loqui manifestum est. Atq; hoc modo de vxoribus Apostolorum locū hunc intellexit Clemens, cuius sententiam Eusebius sua citatione confirmat, li. 3. cap. 35. Sed ne opus sit vel obscuris, vel controuersis locis niti, clarissima est Pauli de sacerdotum coniugio sententia: constitue presbyteros, si quis sine crimine est, vnus vxoris vir.

Mirari vero quis posset, quid contra manifestā hanc lucem, humana præsumptio vel auderet vel posset. Sed videbis, quomodo in omnes formas se vertant humanæ interpretationes, quando Lector, sicut Hilarius inquit, non vult intelligentiam ex verbis referre, sed conatur cogere hoc videri scriptum, quod ante lectionem præsumpserat intelligendum. Ita cum admiratio cœlibatus præsumpserat, sacerdotes non debere maritos esse, non inquisiuerunt in Paulo an sententia illa vera esset. Sed in hoc laborarunt, vt Pauli verba, ad suam præsumptam opinionem, quoquo modo detorquerent. Quidam enim (vt Calixtus) per vxorē intelligi

Locus de circumducendis
feminis, 1. Corinthiis. 9.

Paulina sententia deprauatio per Pontificios.
Hilarius de interpretationibus.

Calixtus.

Vxor pro Ecclesia.

volunt Ecclesiam, vt Episcopus non pluribus, sed vni præfectus sit Ecclesiæ, nec transeat ab vna Ecclesia ad aliã, sed alligatus sit vni Ecclesiæ, sicut vir vxori. Sed vt de trãslatione Episcoporum iam non dicam, certe manifesta est falsatio textus. Paulus enim loquitur de tali vxore, ex qua Episcopus liberos susceperit, & curam domus, hoc est liberorũ ac familiæ, diserte Paulus distinguit à gubernatione Ecclesiæ. Alii dicunt, Paulũ non loqui affirmatiuè, quasi velit admittere ad Episcopatũ eum, qui maritus sit, sed negatiuè hoc tantum velle, ne quis admittatur ad Episcopatũ, qui plures vxores habuerit. Sed hæc glossa manifeste pugnat contra textũ, qui affirmatiue dicit, cõstituas presbyteros, si quis sine crimine est, vnus vxoris vir. Eum igitur qui vnus vxoris vir est, dicit posse constitui Episcopum. Et Ambrosius inquit, qui sine crimine vxoris vir est, tenetur ad legem sacerdotij suscipiendi.

Negatiuè loquitur Paulum.

Hierony. pro præfenti præteritum subiunxit.

Hieronymus vero textũ ita deprauat, qui vnus vxoris maritus nõ amplius sit, sed fuerit. Sed eadẽ ratione interpretãda essent etiã sequẽtia, qui nõ amplius sit, sed fuerit sobrius, prudens, pudicus, aptus ad docendũ, &c. Sed Tit. i. expresse ponitur verbũ (est) si quis sine crimine, est vnus vxoris vir. Aliter vero Paulus loquitur, quando id. q. præteritum est, vult intelligi, vt i. Tim. 5. vidua *γερονίε*, quæ fuit vnus viri vxor. Et in illo ipso 3. c. de Diaconis loquens, ita verba ponit, vt nulla ratione possint eludi, dicit enim Diaconi *εἰς ὡσων*, sint vnus vxoris viri. Et quod ibidem interponit de mulieribus, recte intelligitur esse descriptio, qualẽs debeant esse Episcoporũ & Diaconorũ vxores, quia enim de mulierum officio in genere dixerat, c. 2. & de viduis ac diaconissis dicturus erat, c. 5. Hoc ergo loco Episcoporũ & Diaconorũ vxores, quales debeant esse, describit. Atq; ideo descriptione Diaconorum quasi interrupta, in medio ponit hanc particulam de mulieribus. Et postea pertexit descriptionẽ, Diaconi inquit, sint vnus vxoris viri, talis scilicet, qualẽ in parenthesi descripsit, ergo nõ mortuæ, sed viuentis vxoris, maritum intelligit, & Pauli regula est, quando mortua est vxor, virum liberatũ esse à lege vxoris, vt mortuæ vxoris maritus amplius esse & dici non possit,

Paulus describit quales debeant esse sacerdotum vxores.

Chrysofom.

Rom. 7. Cor. 7. Ita Chryf. Tit. i. quærit, quare Paulus talem Episcopũ in mediũ producat, qui sit vnus vxoris vir? Et respondet, obturat ora hereticorũ, qui nuptias *διαβάλλουσι*, cauillãtur seu criminãtur, ostẽdẽs, quod τὸ πᾶρ γαμος, negociũ illud nõ sit *εὐαγέλιον*, impurũ seu detestandũ sed adeo τίμιον, honorabile seu preciosum, vt eum eo possit quis etiã sacrũ Episcopatus thronũ ascendere. Et i. Timo. 3. dicit Chryso. Paulũ non ferre legẽ necessariam, vt nemo sine vxore posset fieri Episcopus, sed prohibere *ἀμετέλειαν*, ne (vt Iudæi) duas *κατὰ ταυτὸν*, simul eodẽ tempore, habeat vxores, is qui constituendus est Episcopus.

Theophylact.

Chrysofom.

Theophylactus hoc ita repetit, si duxerit vxorẽ Episcopus, vnus sit, nõ multarũ maritus. Chryf. vero attingit quidem alterã etiã interpretationem. Quidam inquit, dicũt Paulũ intellexisse τὸν ἀπὸ γυναικὸς, qui ab vxore scilicet liberatus sit, mox vero addit, etiam si hoc nõ sit, licet eum, qui vxorem habet, esse quasi non habeat, i. Cor. 7. Licet enim *ἀπὸ πᾶρ γαμου μεταχειρίσασθαι κελῶς*, rem illã, seu negotiũ illud, scilicet consuetudinẽ coniugalẽ, recte & honeste tractare seu vsurpare, sicut in diuitiis fit. Hæc Chryso.

Elusio alia de discrimine dissimilium præceptorum

Postremo alii, quia animaduertunt elusiones commemoratas nõ posse ferre lucem clarissimam textus Paulini, fatentur igitur & concedunt, hanc

esse sententiam, sicut ostendimus. Sed dicunt primitiuam Ecclesiam, dum adhuc rudis ex Gentibus cõstituebatur, leuiora dedisse præcepta, & propter conuerforũ paucitatẽ sacerdotibus permisisse coniugium: Roborata vero Ecclesia, hominibusq; ad potiora prouocatis, additũ esse Ecclesiastico ordini cõlibatum. Hęc sunt verba Bunderi cuiusdã. Sed Chrysof. recte dicit: Paulum illo loco non de persona Timothei, sed in genere loqui de omnibus ad ministeriũ asciscendis, & quod Timotheo præscribit, hoc velle seruari ab omnibus. Quis vero nisi Dæmon ille, qui in hypocrisis prohibet nubere, i. Tim. 4. Pontificiis reuelauit, textũ ita esse mutandũ vt tempore Pauli quidem textus hic fuerit, Episcopus sit vnus vxoris vir. Posteris vero temporibus textus ita sonet, Episcopus nullius legitimæ vxoris vir sit, aut comburatur. Et quanta blasphemia est, Ecclesiã Apostolicam hac cõtumelia afficere, quod constitutiones & ordinationes ipsius, fuerint rudis indigestaq; moles. Paulus enim in illo loco, nõ describit, primam tumultuariã constitutionem Ecclesiarum inter Gentes, sed inquit: ideo reliqui te in Creta, vt residua, quæ desiderãtur, pergas corrigere. Et vtitur vocabulo valde significanti *ἐπιδιορθῶσαι*. Significat enim *διορθῶσαι*, corrigo, emẽdo, recte dispono, curuũ erigo, vt in rectum dirigatur, quod vltate dicimus reformare. Præpositio vero *ἐπι*, significat continuationẽ & absolutionẽ reformationis. Paulus igitur, quædã præsens reformauit, reliqua, quæ adhuc deesse videbantur iuxta suum præscriptum, per Titum voluit absolui. Et partem illius absolutæ Apostolicæ correctionis seu reformationis, affirmat hanc esse, vt constituantur presbyteri, si quis sine crimine, est vnus vxoris vir. Hegeffippus certe apud Eusebiũ, li. 3. c. 32. nõ dicit, Ecclesiam post Apostolorũ demum tempora adiuuissẽ, & factam virginẽ immaculatam permanissẽ ad illa vsq; tempora, quando Simeõ successor Iacobi crucifixus est, & addit tristẽ hanc querelam: Vt vero & Apostolorum chorus, & omnis illa ætas, quæ à Domino susceperat viuæ vocis auditũ, de hac luce decessit, tum velut in vacuam domum falsæ doctrinæ impius se error immerfit. Ita Hegeffippus. Põntificij vero ex illis posterioribus corruptis temporibus, non verentur Pauli *ἐπιδιορθῶσαι*, Tit. i. corrigere ac mutare, & quidem eo titulo, quod meliora ac potiora sint habenda: quæ posterioribus temporibus contra Paulum irrepserũt, quam quæ ipse per Spiritum sanctum constituenda & corrigenda ordinauit, sicut inquit, Tit. i. Pius Lector candide hæc consideret, res enim manifesta est.

primitiuam, & post. riorã temporum Ecclesia

Bunderus, Chrysofom.

ἐπιδιορθῶσαι

Hegeffippus.

CAPVT II.

QVOMODO CONTRA HVNC SPIRITUS SANCTI CANONEM, PONTIFICIJ PUGNENT.

Chrysofomus dicit: Paulũ ideo nuptias tantquam rem honorabilem, preciosam & sanctam collocare in ipsum Episcopatus thronum, vt extet in Ecclesia illustre testimonium ipso facto refutans hereticos, qui nuptias, vt phanas & impuras criminantur. Pontificij vero coniugium in ordine Ecclesiastico simpliciter nec admittere, nec ferre volunt, sed illud, vt rem phanam & immundam, quæ dignitatem & sanctitatem ministerij dedecoret, impediãt, & inquinẽt, suspensionibus, depositionibus, excommunicationibus, diuortijs, vinculis, proscriptionibus, ferro & flãma in sacerdotibus suis persequuntur. Paulus dicit: Constitue

Antithesis Canonis Pauli & dogmatis Pontificij de cõlibatu.

Cōstitue presbyteros, si quis est sine crimine, vnus vxoris vir. Pontificij verò, neminem in ordinem sacerdotum admittunt, nisi vouerit, se in perpetuum nullius legitimæ vxoris maritū fore, hoc est, nisi cōiugium in perpetuū abiurarit. Et si vnus legitimæ vxoris vir sit, cum ignominia & contumelia à sacerdotio reiicitur. Paul. dicit: Dona quæ ad ministeriū necessaria sunt, etiā coniugatis à Deo conferri, atq; id eod vnus vxoris virum, si reliquis donis & virtutibus ad Ecclesiæ ædificationem necessariis à Deo ornatus sit, disponit, ordinat, imperat & edicit (hæc enim est vis verbi *δεντάξαι*) in honorem coniugij eligendum esse in Episcopum. Pontificij verò coniugatum, quantumuis ea vitæ sanctitate, illis donis & virtutibus, quas Paul. requirit, à Deo instructus sit, ad ministerium non admittunt, nec in eo tolerant, sed in contumeliam & ignominiam coniugij, ob ordine Ecclesiastico reiiciūt & eiiciunt, nisi vxorem abiecerit & coniugium abiurarit. Atq; ita Ecclesiam scelerate defraudant multorum opera, qui donis suis vtiliter possent Ecclesiā ædificare. Contra verò Ecclesiam replēt eiusmodi hominibus, qui nec donis, nec virtutib. necessariis ad ministerium instructi sunt, quiq; nec vitæ sanctitate, nec morū grauitate, ministerium ornare, & Ecclesiam ædificare possunt. Manifestum enim est, nō omnes cœlibes habere reliqua dona ad ministeriū necessaria. Nec tot posse vere cœlibes ad ministeriū idoneos reperiri, quot ministris Ecclesia opus habet. Qui verò in sacris ordinib. constituti sunt, & donū continentia non habent, nec tamen propter interdictum Ecclesiæ Pontificiæ matrimonium cōtrahere possunt, illi vstionibus & obscœnis pollutionibus, non tantum priuatim conscientiam suam sauciant & maculant, Spiritum sanctum excutiunt, orationem abominabilem faciunt, sed publice etiam totam Ecclesiam, quæ pastorū exempla sequitur, fœdis libidinib. replent, ministerij dignitatem & sanctitatem, turpiter prostituunt & maculant. Nihil horum negari potest. Præterea laqueum votorum perpetui cœlibatus, seu potius abiurationis coniugij in perpetuum iniiciunt omnibus, quos in ordinem Ecclesiasticū admittunt, siue habeant donum continentia, siue non habeant, id quod directe pugnat contra Paulum, qui nemini laqueū vult iniici. Quod enim fingunt, Deum omnib. velle dare donum cœlibatus, atq; ideo omnes posse coniugium abiurare, supra refutatū est. Et Chryso. explicans illud, melius est nubere, quā vri, dicit hanc esse sententiam, quia magna est tyrannis *δυναμίας*, concupiscentiæ. Si igitur multū sustineas *βίαν* & *πύρωσιν*, vim & vstionem, *ἀπαλλάχθη πόνων* & *ἰδρωτων*, μήποτε *ἔπιελες πῖς*, desiste à laboribus & sudoribus, ne forte subuertaris. Plerique verò in regno Pontificio, non propter regnum cœlorū, sed propter pingua beneficia, & spe amplissimarum dignitatum se castrant, hoc est, coniugium abiurant & omnis generis fœdis libidinibus se polluunt. Sicut Erasmus inquit: Vereor ne census Ecclesiastici, castrent hodie Clericos verius, quam pietas.

Cumq; Paul. cœlibatum illis etiam, qui donum continentia habent, nō ausus fuerit præcipere, nec coniugium prohibere: Pontificij lege seuerissima, omnibus suis clericis cœlibatum tanquam necessarium ad sacerdotium, præcipiunt & coniugium in perpetuum prohibent, siue donū continentia habeant, siue non habeant: Et eo ipso produnt cuius spiritus sint. Paul. enim expresse dicit: Prohibitio-

nem coniugij esse Spiritum erroris & doctrinā Dæmoniorum, 1. Tim. 4. Nec elabi inde possunt, quod fingunt Paulum respexisse ad solos Tatianos & Manichæos, qui nuptias in vniuersum omnib. prohibuerunt, eo, quod abominabiles & damnabiles illas indicarent. Non enim de vna aliqua secta, nec de certo aliquo puncto temporis, mox post Apostolorum seculum loquitur: Sed in plurali vocat spiritus erroris & doctrinas Dæmoniorum, & quidem in nouissimis temporib. prædicit hoc maxime euenturum. Nec releuat Pontificios quod dicūt, se non in vniuersum damnare nuptias, nec omnibus eas prohibere, sed tantum certo ordini, Clericis scilicet, propter dignitatem, sanctitatem & mundiciem sacerdotij. Nam & Manichæi non in vniuersum omnibus coniugium prohibuerunt, sed tantum electis suis, propter maiorem sanctitatem & perfectionem. Auditoribus enim suis, quos ita vocabant, vt imperfectioribus, coniugium permittebant. Num igitur propterea Manichæos à Spiritibus illis erroris & doctrinis Dæmoniorum apud Paulum, eximemus? Imò Paulus ostendit, se de illis maxime loqui, qui nō in vniuersum damnant, sed propter hypocrisin, hoc est, propter externam speciem sanctitatis & perfectionis prohibēt nubere. Et certe, propter illam ipsam rationem Pontificij clericis & regularibus suis prohibent nuptias, quia scilicet scriptum sit: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Item, mundamini qui fertis vasa Domini. Et Thomas Aquinas dicit: Ad perfectionem tendentibus maxime vitandum est vinculum coniugale. Quod verò Paul. addit, spiritus illos impostores sub hypocrisi habere conscientiam pollutam & contaminatam tanquam inuultis cauterij stigmatis notatam, eo ipso, fœditatem Pontificij cœlibatus toti iam orbi notissimam, quasi intento digito demonstrat. Nec valet exceptio, quod dicunt, se neminem cogere ad suscipiendos ordines, & ad emittendum votū cœlibatus. Neminem enim ad beneficia Ecclesiastica admittūt, nisi votum perpetui cœlibatus, quod nihil aliud est, quam abiuratio & prohibitio coniugij in perpetuum, susceperit. Et certe constitutis in sacris ordinibus, coniugium sub pœna anathematis & diminutionis capitis, seuerissime prohibent. Et verbum quidem prohibendi, quidam non libenter vsurpāt, sed quid refert alia vocabula quærere, cum re ipsa & de facto clericis suis seuerissime prohibeāt *τὸ γαμεῖν*. Et ne à vocabulo quidem prohibendi seu interdicensi sibi temperant, vt non re ipsa tantum, sed in verbis etiam extent notæ, cuius Spiritus doctrina illa sit. Nam 26. q. 2. extant hæc verba: Copula sacerdotalis nec legalis, nec Euangelica, nec Apostolica auctoritate prohibetur: Ecclesiastica tamen lege, penitus interdicitur. Habes testimonium ex ipsorum decreto manifestum, quod Spiritus veteris & noui Testamēti, qui est Spiritus veritatis, non prohibeat copulam sacerdotalem. Alius igitur Spiritus est, qui eam lege Ecclesiastica penitus interdicit. Et quis ille Spiritus sit, Paulus discrete exprimit 1. Tim. 4. Spiritus scilicet erroris, proferens in hypocrisi doctrinas Dæmoniorum prohibētium nubere. Ita Calixti decretū habet, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis & Monachis concubinas habere seu matrimonia contrahere penitus interdiximus. Libertino Concilio Canone 33. placuit in totū prohibere Episcopis, Presbyteris, Diaconis ac Subdiaconis, poitis in ministerio, abstinere se à coniugibus, &c. Et hoc certe est ad verbū reddere id, quod Paul.

Locus 1. Tim. 4. de prohibitione nuptiarum.

Thomas Aquinas.

Excusatio Pontificiorū nō neminem à se ad ordinem susceptionem cogit.

Pontificij Ecclesiam libidinibus fœdis replent.

Chryso. de vstione.

Optima beneficia & sitis honorum castrat Pontificios.

scribit *καὶ λυβύλων γαμεῖν*, interdicensium seu prohibentium contrahere matrimonia.

CAPVT III.

ARGVMENTA PONTIFICIORVM PRO
lege cœlibatus sacerdotum.

Argumenta Pontificiorum pro cœlibatu asserendo. Status callida transpositio in hac quaestione, cœlibatum sacerdotum esse iuris diuini.

Gratianus Scholasticus.

Concilium Tridentinum.

Status causa.

Principium firmum.

ET hæc cum manifeste pugnent contra Canonem Spiritus sancti per Paulum promulgatū, tamen ex Scriptura argumenta conquirunt ad stabiliendam prohibitionem cōiugij in ordine Ecclesiastico, quasi Scripturam per Scripturam euerfuri. Et obseruetur mutatio status controuersia: quidam enim olim contenderunt, & nunc etiam disputant, prohibitionem copulæ sacerdotalis esse iuris diuini, duplici ratione. Primò, quia fingunt esse traditionem Apostolicam. Secundò, quia argumentis ex Scripturâ eam probant. Et in Concilio Tridentino magnis contentionib. hoc disputatum fuit. Sed alij, quia vident hoc signum nimis esse impudens, cum præter Paulum, etiam veteris Ecclesiæ historia, sicut mox ostendemus, & ipse etiam Gratianus, (in capitulo Sors) reclamant. Ac Scholasticus etiam saniores disputant, Ordinem annexum habere votum continentia, non per se, aut ex iure diuino, sed impedire cōiugium ratione statuti Ecclesiastici. Atq; in hanc sententiam tandem videtur etiam Concilium Tridentinum descendisse, cum Canone 9. inquit: Nō obstante lege Ecclesiastica. Ita verò, cum concedant, non iure diuino, sed Ecclesiastica lege sacerdotib. prohiberi coniugium, quaestio plana erit. Primo, an feruus ea de re possit legē ferre, de qua nihil præcipere voluit ipse Dominus, sicut Theodoretus loquitur. Secundò, an coniugium, quod Deus illis, qui donum continentia habent, liberum permisit, illis verò, qui non continent, mandauit, Ecclesia possit lege sub pœna anathematis prohibere. Tertio, an coniugium, quod Deus honorabile pronunciauit esse in omnibus, Ecclesia sua lege possit abominandum & detestandum facere in sacerdotibus. Quarto, an prohibitionem coniugij, quam Paulus pronunciat esse Dæmoniorum doctrinam, Ecclesia sua lege possit canonizare. De his sane quaestionibus, non opus est prolixè disputare, analogia enim fidei ostendit etiam Idiotis, quid respondendum sit. Cumq; fateantur legem de cœlibatu sacerdotum non esse, nec diuini iuris, nec naturalis, sed positiui, certe ipsi in decretis suis tradunt, quando statutum aliquod non amplius ædificat, sed destruit, non esse rigide, & inclementer defendendum, sed pro ratione ædificationis Ecclesiæ mutandum. Debebāt igitur eandem humanitatem præstare, etiam in lege cœlibatus relaxanda, quam vident calamitatem Ecclesiæ esse, & publice & priuatim. Sed dicūt obstare multa grauiissima Scripturæ dicta, quæ legem illam cœlibatus confirmant. Atqui ita prohibitio coniugij in sacerdotib. esset iuris diuini, si Scriptura eam traderet & confirmaret, quod tamen ipsi negant.

Et omnibus quidem illis argumentis recte opponi potest vnum illud axioma, quod verum, certum, solidum, & firmum est: Nempe, quando de re aliqua in Scriptura habemus expressum & determinatum textū (vt de Episcopo, Presbytero & Diacono, vnus vxoris marito) non admittenda esse vlla alia argumenta, ex quibuscunq; Scripturæ locis formentur. Quacunque enim specie pingantur, recte respondetur, Paulus illud, quod opponitur,

non ignorauit, & tamen hoc non obstante, dicit: Cōstitue Presbyteros, si quis sine crimine est vnus vxoris vir. Ordine tamen videbimus, quæ illa argumenta sint, & quantum habeant momenti. Quia verò pleraque omnia, quæ ad explicationem illorum argumentorum pertinent, in superiorib. sunt exposita, hoc loco breuiores erimus, & ordine tantum præcipua argumenta, quæ ex Scripturæ locis formare solent, mōstratis fontibus solutionum recenserebimus. Nec verò ignoro, Patres etiam aliquādo talia argumenta formare, & tales rationes necesse cœpisse. Sed illi suis ratiocinationibus non ferebant leges, nec conscientias laqueos iniciiebant; sed tantum ostendebant videri sibi, cœlibatum ad officia ministerij Ecclesiastici magis commodum esse, quam coniugium. Quomodo verò illis argumentationib. sensim progressum sit, & ex eo, quod Origenes dicit (mihi videtur) item ex eo, quod Eusebius dicit (debet) factum sit (debet & oportet) collatio historiarum & argumentorum apud Patres ostendit, sed recitentur argumenta.

Primò, multa argumenta formantur ex loco, i. Corin. 7. vt vacetis ieiunio & orationi. Nec mirum est Pōtificios conari legem cœlibatus sacerdotum, ex illo potissimum capite confirmare. Chrysostomus enim scribit, fuisse quosdam, qui totam illam disputationem Pauli de virginitate seu cœlibatu, voluerint ad solos sacerdotes & doctores in Ecclesia restringere, quos Chrysostomus ex ipso textu refutat. Ita Origenes tractans illum locum, dicit. Certum est impediri sacrificium iuge aut indefinens, qui necessitatibus coniugalibus inseruiunt. Vnde mihi videtur, quod illius solius est offerre sacrificium indefinens, qui indefinenti & perpetuæ se castitati deuouerit. Ambrosius ita argumentatur: Si plebeis hominib. orationis causa, ad tempus abstinere præcipit Apostolus, vt vacet orationi, quanto magis Leuitis & Sacerdotibus, quos die noctuque pro plebe sibi commissa, orare oportet? Mundiores ergo esse debent cæteris, quia actores Dei sunt. Hieronymus ita inquit: Si laicus & quicumque fidelis digne orare non potest, nisi abstineat officio coniugali: Sacerdoti, cui semper pro officio offerenda sunt sacrificia, semper orandum est, ergo semper carendum matrimonio.

Respondeo, locus ille Pauli in superioribus explicatus est. Ad consequentiam igitur, quam Patres inde formant, simpliciter respondeo: Paulus bene nouerat sacerdotū officium, & quod semper ipsis sit pro Ecclesia orandum, & tamen dicit: Oportere Episcopum esse irreprehensibilem, vnus vxoris virum. Item Diaconi sint vnus vxoris. Interpretationem igitur & consequentias Origenis, Ambrosii & Hieronymi, Paulus ipse reiicit & refutat. Et hæc solutio omnium firmissima est. Aliqua tamen modestia est Origenis, qui opinionem suam, non prætoriam auctoritate proponit, sed inquit: Mihi videtur. Constat enim Origenem nimium fuisse admiratorem cœlibatus, qui dicitur ideo sibi vitilia excuississe, vt posset continens esse, quod exemplum multi tunc alij secuti sunt, vt Ecclesia coacta fuerit seueriter hoc prohibere, vt non mirum sit, Origenem primum fere esse inter Patres, qui ita disputare cœpit, quod diligenter obseruetur: Et tamen Origenicum illud VIDE TVR, Ecclesia illius temporis, non tantum non recepit, sed non multo post diserte damnauit in Gangrensi synodo, quasi soli cœlibes, & nō coniugati, possent offerre & pro Ecclesia

Argumenta Pontificiorum e Scriptura facta.

Chrysostomus de 7. ca. prioris ad Corinthios.

Origenes.

Ambrosius.

Hieronymus.

Origenes se ipsum cœlibatus.

Gangrensi Concilio.

Paphnutius. clesia orare. Sicut Paphnutius in Nicœna synodo argumentationes, quæ postea à Hieronymo & Ambrosio repetitæ sunt, refutauit, sicut mox in historia cœlibatus ostendemus. Quod vero Hieronymus dicit, ideo debere à cœiugio abstinere, vt digne possint orare, hoc est, sicut Carthaginensis secunda Synodus dicit, quo possint simpliciter, quod à Domino postulant, impetrare, blasphemia est, faciens coniugium rem tam impuram, vt orationem faciat scelerare coram Deo, vt non possit exaudiri. Sed hæc in superioribus refutata sunt, vbi ad hoc monstratum est, de quibus orationibus Paulus in illa sententia, 1. Cor. 7. loquatur. Tantum igitur Chrysostomi interpretationem adscribam, cuius hæc sunt verba, quæ Hieronymi argumentationem infringunt & refutant. Intelligit orationem *πῶς μετὰ πλείονος προσεύχης*, quæ sit maiori intentione. Si enim diceret *συνιόντας ἀλλήλοις*, eos qui coniugali consuetudine vtuntur, non debere vel posse orare, quomodo locum & tempus haberet quod alibi præcipit indefinenter orandum? Licet igitur (*ὅμιλῃν γυναίκῃ καὶ ἄλλῃ προσεύχῃ*) & cum vxore consuetudinem habere, & precibus intentum esse, sed continentia illæ sunt exactiores, *ἀκραιβέστεραι*. Nō enim simpliciter dicit, vt oretis, sed vt vacetis orationi, vt qui intelligat, consuetudinē coniugale inducere *ἀρχίαν*, non autem *ἀκαθαρσίαν*.

Chrysostom. Secundo: Ex illa etiam Pauli sententia varia textuntur argumenta. Coniunx curat ea quæ mundi sunt, Cœlebs vero quæ sunt Domini, vt sine distractione Domino adhæreat. Inde enim inferunt, Coniugium nulla ratione conuenire ministerio Ecclesiastico, quod sine aliis sollicitudinibus & distractionibus debet curare quæ sunt Domini. Sed de sententia illa Pauli in superioribus satis dictum est, quæ hoc loco non repetam, inde enim peti possunt. Et sane si quis donum continentia habeat, & reliquis virtutibus ad ministerium necessariis à Deo ornatus sit, is proculdubio potest expeditius obire officia ministerij. Consequenter vero generalem, quæ inde textitur, quasi nemo coniugatus, etiam si cæteras virtutes Episcopales habeat, possit in ministerio ea, quæ Domini sunt, recte curare, aut quasi ideo coniugatus ad ministerium nō sit admittendus, Paulus negat & refutat. Qui enim hæc scribit 1. Cor. 7. & qui dicit. Nemo militans implicat se negotiis secularibus. Idem quando ex eodem spiritu præscribit formam Episcopi, & quidem talis Episcopi, quem vult esse fidelem dispensatorem Dei, dicit: Sit vnus vxoris vir, nec curam domus & familiae per se impedire officia Episcopi, Paulus ostendit: Inquit enim, domui suæ bene præsit, liberos habeat iubeat. Cumq; Deus vxorem appellet adiutorium viri, & Paulus mulieribus attribuat *ὀικοδεσποτέιν*, gubernationem seu administrationem domus, sicut & Solomon inquit: Sapiens mulier ædificat domum. Cōiugatus igitur Episcopus, multis negotiis & curis domesticis subleuatur ab vxore pia, vt possit ministerio suo expeditius vacare, sicut paulo ante etiam ostendimus. Et quid ineptius est, quā nostros Episcopos, (qui cum deberent Deo militare, toti immergi sunt politicis, secularibus & aulicis negotiis) disputare *πρὸς ἀπεργασίῃς* cœlibatus, quam Chrysostomus ex Paulo recte celebrat, cū ipsi propter negotia secularia petant dignitates Ecclesiasticas.

Argumentum tertium. Tertio, Sursum & deorsum versant argumentum, quod ex historia de vicibus sacerdotalibus 1. Par. 24. formant. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum inquit: Nam & in veteri lege, qui pro populo hostias offe-

rebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab vxoribus. Ambrosius 1. Tim. 3. Veteribus ideo concessum est vxores ad vsum habere, quia multo tempore vacabant à ministerio, Dauid enim 24. constituit classes, vt vicibus deseruirent: At vbi tempus imminabat ministerij, purificati aliquantulis diebus accedebant ad templum offerre Domino: Nūc vero paucos quotidie necesse est in Ecclesia præsto esse, nec habent dilationem, vt post conuentum legitime purificentur sicut veteres. Ac per hoc omnes à conuentu foemine abstinere debent. Innocen. ad Exuperium Episcop. Tolletanum ita scribit: Nam cum & veteribus sacerdotibus, durante ministerij sui tempore, necesse fuerit se continere etiam ab vxoribus propriis, tamen ad sacerdotij successionem necessario vterentur coniugio, nec satis mundos dignosque habuit lex etiam illa carnalior, ad obeunda diuini cultus & sacri altaris, quamuis vmbatica ministeria, qui non abstinuissent: etiam vxoribus propriis, quanto magis decet nostros sacerdotes, pudicitia ex ordinationis die seruare, &c.

Respondeo: Hæc argumentatio sumit principia, partim incerta, partim falsa. Nulla ergo vel vera, vel necessaria consequentia inde conficitur. Fingit enim vices sacerdotales ideo institutas, ne immudices cōsuetudinis coniugalis, qua propter successionem carere non poterant, pollutione quadam, indignos redderet sacerdotes ad obeunda officia ministerij. Historia enim vbi institutio illa de vicibus sacerdotalibus accurate describitur, huius rei prorsus nullam facit mentionem, sed alia ratio illius distributionis ibi redditur. Et manifestum est, vices illas, quadringentis plus minus post Moysen annis à Dauide institutas. Et interea sacerdotes semper fuerunt coniugati, ac liberis operam dederunt. Imo ipse Pontifex, singulis diebus mane ac vesperi iuebatur sacrificium offerre Domino, Exo. 29. Et tamen generabat liberos. Quomodo igitur post conuentum cum vxore, per aliquot demum dies purificatus, ad sacrificium accedere potuisset? Animaduertit hoc etiam Augustinus, qui cum legat Leu. 15. Vir à coitu pollutus sit vsq; ad vesperam, misere se torquet, quomodo Pontifex ante illas vices, singulis diebus potuerit suffitum facere, & tamen simul etiam liberis operam dare, quæst. in Leu. 82. Et in 2. Retractionum. Deinde neq; hoc ex Scriptura probari potest, extare vllum expressum mandatum, interdicens sacerdotibus consuetudinem coniugalem, & iubens eos abesse propria domo toto tempore vicis suæ, quasi inde immundi & indigni redderentur, ad obeunda altaris ministeria. Quod enim Zacharias tempore vicis suæ domo abesse est habitans in exedris templi, inde factum fuit, quia habitationem suam nō habebat Hierosolymis, sed in ciuitate Iuda. Nec scio extare legem, quod sacerdotes ex domibus suis venientes, per aliquot dies purificandi essent, priusquam templum ingrederentur. Purificatio enim, quæ Nu. 8. describitur, longe alia est. Et tamen argumentatio illa tanta contentione à tam multis vrgetur, vt sacerdotibus noui testamenti laquei iniiciantur, cum tamen principia eius dubia prorsus & incerta sint. Sumit enim hoc pro confesso, Consuetudinem coniugalem reddidisse hominem immundum in veteri Testamento, cum tamen in toto veteri Testamento non extet expressis verbis talis lex. Nam Leuitic. 15. vnde hoc conantur probare, quia vulgaris translatio habet: Vir à quo egreditur semen coitus.

coitus, immundus erit vsque ad vesperam. Textus originali aliud habet & agit, nempe *παιδες γυναικας*, sicut manifestius ex 22. c. Leuitici colligitur. Nec ex historia Abimelech hoc potest liquidò & certò probari, sicut supra ostendimus. Et vt maxime in veteri Testamento, consuetudo coniugalis attulisset legalem & Mosaicam quandam pollutionem, qua consequentia iugum illud sacerdotibus N. Testamenti imponeretur, à quo Christus totam Ecclesiam liberauit? Num igitur Leuiticas pollutiones in nouum Testamentum reducemus, & quidem arctius, quam sub lege fuerunt, astringemus? Lex enim seruitutis sacerdotibus permittebat coniugium: Pontificij verò penitus interdicit, idque sub lege libertatis. Certe Paulus simpliciter dicit, sit vnus vxoris vir. Et si maxime Leuitica aliqua pollutio in consuetudine coniugali fuisset, Paulus expresse eam abrogat, cum inquit: Honorabile esse coniugium in omnibus, & cubile seu cõcubitum impollutum, *καθαρον* enim vocat. Nulla igitur prorsus est consequentia in illa argumentatione, quam tamen magna confidentia, non recentiores tantum, sed & veteres ad euertendum manifestum textum (sit vnus vxoris vir) vsurpant.

Quantum argumentum.

Quartò, ex illo etiam loco 1. Cor. 7. Si quis iudicauit, in corde suo seruare virginem suam, bene facit, &c. formant argumenta pro perpetuo cœlibatu sacerdotibus indicendo, hoc modo: Ecclesia non minus iuris habet in suos ministros, quam pater in filiam. Sed patriæ potestati Paul. hoc tribuit, quod possit filiam seruare virginẽ. Et addit: Patrem hoc modo non tantum bene, sed etiam melius facere, quam si filiam elocaret. Ecclesia igitur non tantum benefecit, prohibendo ministris suis coniugium, sed melius facit, quam si coniugium ipsis concessisset. Respondeo: Paulus non tribuit parentibus tyrannicam potestatem, vt liberis suis matrimonium prohibere, & contra naturam ac voluntatem ipsorum, ad cœlibatum ipsos adigere possint, siue habeant donum continentia, siue non habeant, sed patriæ potestati certos circumdat limites, cum inquit: Nõ habens necessitatem, sed potestatem propriæ voluntatis, scilicet, si filia habet donum continentia, & *ἐπιθυμει* (sicut Oecumenius loquitur) ad cœlibatum, tunc pater habet potestatem propriæ voluntatis, & bene facit, si seruet virginem, modo tamen ipsi laqueum nõ iniiciat. Si verò filia donum continentia non habeat, nec *ἐπιθυμει* ad cœlibatum, tunc pater non habet deliberationem consilij, sed necessitatem præcepti: propter vitandam fornicationem, quisque habeat coniugem. Si se non continent, nubant. Melius est nubere, quam vri, sicut in superioribus illa Pauli sententia latius explicata est. Inde verò hoc sequitur, Ecclesiã posse quidem pro dignitate donorum, ex ministris quibusdam cœlibatum suadere, sed sine laqueo, quibusdam verò debere coniugium concedere. Sicut autem non pater sed tyrannus esset, qui filiam non habentem donum continentia, ad cœlibatum cogeret: ita iniqua & tyrannica lex est, sine discrimine prohibens coniugium omnib. ministris Ecclesiæ, siue donum continentia habeant, siue non habeant.

Oecumenius.

Eiusdem generis est & hoc argumentum, sicut pater familias habet liberam potestatem, vel eligendi, vel reiciendi ministros in sua œconomia, prout ipsi videtur: Ita Ecclesiã potest tale decretum facere, quod velit coniugatos à ministerio repellere, & non alios ministros admittere, aut tolerare, quam

cœlibes. Respondeo: S. S. Ecclesiã præscripsit certam formam, secundum quam debet ministros eligere. Et in illa forma inter cætera expresse præscribitur: Si quis sine crimine est vnus vxoris vir: Non itaque licet ecclesiã contrariam decretum facere: Non enim sui iuris est Ecclesiã, sed Christo tanquam capiti debet esse subiecta.

Quintò, Pontifices Romani, pro stabilienda prohibitione coniugij in ordine Ecclesiastico, tales afferunt rationes, quæ à veterib. hæreticis mutuo sumptæ sunt, & manifeste cõtumeliosa sunt in sanctam institutionem coniugij, adeo, vt illarum inter ipsos etiã Pontificios, si qui aliquid adhuc frontis habet, pudeat. Syricius enim & Innoce. sacerdotes ex propriis coniugib. generantes sobolem, contumeliose appellant sectatores libidini, & præceptores viriorum. Has autem reddunt rationes, quia scriptum sit: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Item, si sacerdos cõaminatus fuerit carnali concupiscentia (de vsu autẽ legitimi coniugij loquuntur) quo pudore vel sacrificabit, vel qua cõscientia, quõve merito exaudiri se credit, cum dictum sit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelib. nihil mundum, & qui in carne sunt Deo placere non possunt. Sit igitur munditię puritate securus, qui offerre aut baptizare debet. Alij allegat illud Esai. 52. Pollutum nolite tangere: Mundamini, qui fertis vasa Domini. Et Ephes. 5. Sponsa Christi debet esse gloriosa, sine macula & ruga. Item, Rom. 13. Non in cubilibus, sed induamini Dominum Iesum Christum. Hæ rationes nõ requirunt operosam explicationem vel refutationem, manifeste enim ostendunt, prohibitionem coniugij in regno pontificio, esse ipsam doctrinam Daemoniorum. Nã & veteres hæretici, iisdem prorsus & similib. argumentis olim damnarunt coniugium, sicut in superiorib. ostensum est. Ac supra cum de sanctimonia & castitate coniugij ageremus, fundamenta solutionum monstrata sunt. Sententię enim plerq; sunt generales, pertinentes ad omnes fideles, & loquuntur de peccatis inquinantibus conscientiam, & excludentibus à regno Dei, quibus legitimum cõiugium accensere, Daemoniorum doctrina est. Quædam verò sententię diriguntur ad sacerdotes veteris Testamenti, quibus vsus coniugij expresse concessus fuit, & tamen fuerunt sancti, mundi & impolluti, etiam secundum legem.

Quintum genus argumentum ab hæreticis damnatis mutatur Pontificij.

Syricius & Innocentius.

Sextò, multa texunt argumenta ex locis Scripturæ de votis, & quod omnes, qui volunt & petunt, possint donum continentia à Deo impetrare, quia scriptum sit: Quæcumque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Sed hæc in præcedentibus prolixè sunt explicata.

Argumenta ex dictis scriptura de votis.

Allegant etiam illum locum, qui vxores habent, sint quasi non habentes, ergo sacerdotes non debent consuetudinem habere cum vxorib. propriis. Sed Chrysostomus offendit, Paulum ibi in genere loqui, de omnibus fidelibus, non in specie de sacerdotibus. Nec Paulus illis verbis prohibet congressum coniugum, expresse enim dicit: Ne frauderis vos, sed vult, ne ita addicti sint vxoribus, vt ea, quæ Dei sunt, vel violent, vel negligant.

Andræus præterea ex loco, Esai. 56. de Eunuchis ita argumentatur. Præcipuus locus in domo Dei, quæ est Ecclesiã, est ordinis Ecclesiastici. Sed Propheta vaticinatur Deum in nouo Testamento principem illum locum Eunuchis daturum. Ergo Clerici, qui principem in Ecclesiã locum obtinent, debent cœlibes esse. Sed sententiã illa Esaiæ in superioribus

Andræus.

rioribus est perspicue explicata. Hoc igitur loco nihil aliud addam, quam quod Christus ipso facto ostendit, falsam esse illam interpretationem & argumentationem ex loco Esaia. Inter Apostolos enim plerosq; fuisse coniugatos, testantur vetustissimi Patres, vt Ignatius ad Philadelphenses. Clemens 3. Strom. Euseb. lib. 3. histor. Eccles. Ambros. 2. Cor. 11. & Matth. 19. cum Christus de cœlibatu ab ipsis Apostolis interrogaretur, respondit: Non omnes capiunt verbum hoc, sed qui potest capere, capiat. Paul. etiam illam argumentationem disertis verbis refutat: Instituens enim reformationem, de cœstituendo principe illo in Ecclesia loco, expresse dicit, constitue presbyteros, si quis est sine crimine vnus vxoris vir. Itē Diaconi sint vnus vxoris viri.

Apostolorum plerisq; coniugatis fuerunt.

Argumentatur etiam Andradius ex loco Deut. 33. Qui dixit patri suo & matri suæ nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierun: filios suos, hi custodiunt iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel, ponent holocausta super altare tuū. Ergo multo magis in nouo Testamento, Clerici ita debent diuinis rebus addicti esse, vt vxores nec ducant, nec habeant. Respondeo: Deus illa lege non flagitat à Leuitis, vt non habeant parentes & fratres, vel ne generent filios. Erant enim in veteri Testamento coniugati, sed ne illos plus ament, quā Deum, Mat. 10. Luc. 14. Et si in ministerio scandalizauerint Leuitas, vt possint illis renunciare, Mat. 18. Luc. 14. sicut fecerunt Leuitæ, Exod. 32. Imò si ratio & fidelitas ministerij flagitauerit, vt possint relinquere parentes, domum, vxorem, liberos propter nomen Christi, Mat. 19. Quod autem inde non sequatur, coniugium interdicens esse sacerdotibus, Deus ipse in veteri Testamento ostendit, Leuit. 21. Et in nouo Testamento Christus habuit Apostolos coniugatos, Paul. etiam dicit: Oportet Episcopum esse irreprehensibilem vnus vxoris virum.

Andradij argumentum.

Hæc sunt præcipua argumenta, quæ Pontificij pro stabilienda lege cœlibatus sacerdotum, ex Scripturæ quibusdam sententiis formant, quæ hoc nullo modo efficiunt, quod lex cœlibatus continet: Nullum scilicet coniugatum, etiam si reliquis virtutibus ad ædificationem Ecclesiæ necessariis instructus sit, ad ministerium admittendum, vel consuetudinem conjugalem in ministerio nō esse tolerandam, vel solos cœlibes ad ministeriū esse idoneos, vel iugum cœlibatus omnibus sacerdotibus esse imponendum, siue donum continentia habeant, siue non habeant. Hic enim est status, ad quē argumentationes diriguntur. Nam cœlibes, qui donum continentia habent, si cæteris etiam virtutibus, quas Paulus describit, polleant, posse expeditius ministerium curare, de eo nulla est controuersia.

Summa legis Pontificiorum de cœlibatu.

Septimò, multas nectunt ratiocinationes, ideo retinendam & defendendam legē cœlibatus, quia dignitatem ministerij Ecclesiastici deceat, ornet, promoueat, vt in maiori apud populum auctoritate & existimatione sit. Econtra colligunt multa incommoda, quæ ex coniugio presbyterorum oriuntur, vt quod reditus Ecclesiastici unminuatur, quodque vxores & liberi presbyterorum, si illi moriantur, cogantur in egestate viuere, quare ministerium, cuius auctoritatem apud omnes expedit maximam esse, in contemptum adducatur. Hæc politica rationes speciose possunt amplificari, sed responsio simplex & vera est, Spiritum sanctum omnium optime nouisse, quid dignitatem & sanctitatem ministerij in regno Dei vere possit ornare &

An cœlibatus Pontificij ornet dignitatem ministerij Ecclesiastici.

adiu rare, is autem diserte dicit, sint vnus vxoris viri. Nec dignitas & auctoritas ministerij Ecclesiastici metienda est ex politicis opibus, dignitatibus & splendoribus. Regnum enim Christi non est de hoc mundo, & qualis fuerit Apostolorum conditio ex historia ipsorum manifestum est. Dignitas enim & auctoritas ministerij consistit in testimonio bonæ conscientia, 2. Cor. 1. & in fidelitate dispensationis, 1. Cor. 4. quodque Deus suo Spiritu, gratia, benedictione & efficacia ministerio adest, 1. Cor. 2. 2. Cor. 10. quæ virtus Dei in infirmitate secundum carnem perficitur, 1. Cor. 2. 2. Cor. 4. & 12. De retributibus verò Ecclesiasticis posset iniri certa ratio, & viduis ac orphanis sacerdotum posset ac deberet honesta ratione prospici, vt propterea non opus esset contra Paulum decreta facere, conscientias laqueos iniicere, & omnia scædis libidibus replere.

In quibus genere consistat dignitas ministerij Ecclesiastici.

Postremò, potissimam victoriæ partem collocant in testimoniis patrum & antiquitatis, in Conciliorum decretis, in præscriptione longæ consuetudinis, & in exemplis multorum, qui aliis remediis ad reprimendos & restinguendos æstus libidinis vsi sunt, quam coniugio. Et sane strepitu illo patrum, antiquitatis, Canonum & exemplorum, posset aliquis, si non moueri, at saltem perturbari, ideo contexamus ordine historiam cœlibatus ab initio, ab ipsis Apostolorum temporibus ad nostra vsque secula. Inde enim manifestum erit, legem cœlibatus nō esse antiquissimam, sed defensionem & vsurpationem coniugij sacerdotum longe esse antiquiorem. Ostendet etiam illa historia, quomodo melioribus Ecclesiæ temporibus, sæpius quidem tentata, sed semper repulsam passa fuerit lex illa cœlibatus, & quomodo postea inclinata virginitate Ecclesiæ, sicut Hegesippus loquitur, cœperit sensim sub hypocrisis sanctitatis irrepere, donec tandem manifeste operante mysterio iniquitatis Antichristianismi, stabilita est, non tamen sine magnis contentionibus, & piorum contradictionibus. Nunc igitur in genere tantum respondeo, quia patrum opiniones, & præscriptio antiquitatis opponuntur manifestæ sententiæ Pauli, dicimus cum Iustino, Paulus est pater patrum, cuius ea est auctoritas, vt si vel Angelus è cœlo aliquid annunciarer, præter id, quod à Paulo annunciatum est, anathema sit habendus. Ad obiectionem de antiquitate Ignatius respondet, elegante sententia in Epistola ad Philadelphum, τοῖς τοιούτοις ἐγὼ λέγω, ὅτι ἐμοὶ ἀρχὴ ἀδὲν ἰησοῦς ὁ χριστός, ἢ παρὰ κούσαι παρὰ θεοῦ ὄλεθρον. Illis qui antiquitatem obiciunt, ego dico, quia mihi antiquitas est Iesus Christus, quem nolle audire manifestus interitus est. Et Cyprianus recte dicit: Non quærendum est, quid aliquis ante nos fecerit, sed quid ille, qui ante omnes est, faciendum iusserit. Item Christus non dicit: Ego sum consuetudo, sed sum veritas. Ad conciliorum decreta, quæ pro lege cœlibatus afferuntur, hoc in genere respondeo. Cum in Nicæna celeberrima synodo lex cœlibatus sacerdotum repulsam sit passa, sicut mox ostendemus, licet igitur posteriora quædam concilia, legem illam admiserint & stabilierint, hoc nihil præiudicat veritati. Nam decretum distinct. 50. inquit. Quando in aliquibus gestis conciliorum discors sententia inuenitur, illius concilij magis debet teneri sententia, cuius antiquior & potior extat auctoritas: Et in omni lege obseruandum est, vt malum prohibeatur, & bonum præcipiatur. Iam verò lex cœlibatus prohibet coniugium, quod bonum

Testimoniis patrum, &c.

Virginitas historia cœlibatus.

Generalis responsio ad præteritum testimonium.

Ad obiectionem antiquitatis.

Cyprianus.

Decreta conciliorum.

bonum est, & à Paulo ordini Ecclesiastico permis-
sum, præcipit autem, vt illi, qui donum continen-
tiæ non habent, in uisione potius & periculo forni-
cationis maneant, quam matrimonium cõtrahant,
quod malum & perniciosum est. Remedium etiam
diuinitus illis, qui non continent, concessum & or-
dinatum prohibet. Ac causas prohibitionis eas red-
dit, quæ manifeste blasphemæ sunt in sanctitatem
& castitatem coniugij, sicut ostensum est. Finis cer-
te constitutionum Ecclesiasticarum in ordinibus
sacris hic esse debet, vt militare possint bonam mi-
litiam, retinentes fidem & bonam conscientiam,
ne Spiritum gratiæ & precum excutiant, vtque sint
typi gregis. Sed lex cœlibatus, quia sine discrimine
imponitur etiam illis, qui donum cõtinentiæ non
habent, facit conscientias cauteriatas, & flagitiosis
sacerdotũ exemplis, omnem pudicitiam ex populo
profligauit. Quæ igitur æquior est petitiõ, quam vt
iniqua & perniciosa illa lex, quæ manifesta & flagi-
tiosa turpitudine Ecclesiasticorum, iam dudum an-
tiquata est, tollatur. Quod enim fingunt aliis reme-
diis, quam concessione coniugij, libidines posse in
ordine Ecclesiastico caueri & extirpari, manifesta
experientia tot annorũ refutatur. Variis enim mo-
dis, toties hoc fuit tentatum, sed frustra. Et præ-
mium erroris in seipsis receperunt, quod Paul. de-
scribit Rom. 1. Et accidit hoc ideo, quia spreto re-
medio diuinitus contra incontinentiam ordinato,
homines Deo uolunt esse sapientiores, sed acceda-
mus ad historiam de cœlibatu sacerdotum.

HISTORIA DE COELI- BATV SACERDOTVM, A TEMPO- ribus Apostolorum ad nostra vsque se- cula, deducta.

Multum lucis accedet explicationi hu-
ius controuersie ex historica consi-
deratione, quando, à quibus, quo-
modo, ex quibus rationibus & fun-
damentis, lex cœlibatus sacerdotum
primum tentata, sed repulsa: postea inuecta, sed
explosa, tandem verò mera vi & manifesta tyranni-
de, contra multorum piorum contradictiones, sta-
bilita sit. Non autem istorum hæreticorum histo-
rias repetemus, qui coniugium in vniuersum da-
mnarunt, de quibus in principio diximus: Sed hi-
storiam de cœlibatu sacerdotum, quantum ad no-
strum institutum sufficere videbitur, breuissime
contexemus. Quis autem sit status controuersie de
cœlibatu, inter nos & Pontificios, ex præcedenti-
bus notum & manifestum est. Ad eum itaque sta-
tum historicas obseruationes dirigemus.

Et de Ethnicorum exemplis ideo in principio
pauca quædam annotanda sunt. Inde enim veteres
hæreticos sumpsisse occasionẽ damnandi coniugij,
Clemens refert lib. 3. Strom. Imo Hieronymus
etiam lib. 2. contra Iouinianum, inde cœlibatum &
monogamiam sacerdotum probat, Antequam, in-
quit, religio nostra fulgeret in mundo, vnicubas
semper habuisse inter matronas decuit: Per illos
fortunæ muliebri sacra fieri solitum, nullum sacer-
dotem bigamũ, nullum flaminem bimaritũ leges.
Hierophantas quoq; Atheniensium vsq; hodie ci-
cutæ forbitione castrari, & postquam in Pontifica-
tum fuerint electi, viros esse desinere. Hæc Hiero-
nymus. Immundus enim Spiritus cum nefandis li-
bidinibus omnia misceret, solum legitimum con-

iugium à sacris suis idololatricis prætextu puritatis
repulit. Et de reliquis quidem hoc tantum fanciuit:
Abstinet ab aris, Cui tulit hesternæ gaudia, nocte;
Venus. Sacerdotibus, vero primariis tractantibus: sacra
sua idololatræ, prorsus interdixit coniugio, sicut
de Hierophantis Atheniensibus iam dictum est. Ita
etiam sacerdotes matris Deorum Samia testa soli-
tos sibi virilia amputare, vt casti in religione mane-
rent, scribit Alexander ab Alexandro, lib. 4. cap. 17.
Idem lib. 5. cap. 12. prolixè describit, virgines vesta-
les non tantum apud Romanos, verum etiam in Mi-
neruæ templo, & apud Delphos, ignem peruigilem
custodiuisse, & apud Assyrios Dianam Ecbatanam
non alios, quam sacerdotes perpetuæ virginitatis
voluisse. Et Cheræmon Stoicus apud Hieronymũ
contra Iouinianum, lib. 2. de vita antiquorum sa-
cerdotum Ægypti narrat, quod nunquam mulieri-
bus semiscuerint, nunquam cognatos & propin-
quos, ne liberos quidem viderint, ex eo tempore,
quo cœpissent diuino cultui deseruire, à carnibus
& vino semper abstinerint, maxime propter ap-
petitus libidinis reslinguendos.

Et memorabile est, cum tempore veteris Testa-
menti cœlibatus non esset in magna admiratione,
quod collapsa post Machabeorum temporum religi-
one, Iosephus scribit li. 15. ca. 13. Essetos sectæ suæ ra-
tionem mutuatos ab illa viuendi ratione, quã Py-
thagoras Græcis monstravit. Et primum caput
illius sectæ fuisse *ἰππεὺς-ψανγῆμος*, contemptum con-
iugij, de bello iudaico li. 2. ca. 12. Quod scilicet vx-
res non admittebant, sed sicut Philo loquitur auer-
sabantur. Antiq. li. 18. c. 2. Et Eusebius li. 8. de præpa-
rat. ex Philone recitat multas Essetorum contume-
lias contra coniugium, & contra sexum muliebrem
nõ ab similes illis, quas Hieronymus ex Theophras-
to colligit, & Ioh. Faber repetit, quod Lector dili-
genter obseruet. Cumq; propter hanc speciem Esseti
in magna essent autoritate & admiratione, insti-
tuerunt etiam Scribæ & Pharisei tanquam Docto-
res populi, peculiaria exercitia continentiæ à cõiu-
gibus, aliqui quadriennium, aliqui octennium, ali-
qui decennium, & illo tempore gerebãt peculiare
purpuræ fimbrias, vt hominibus continentie suæ
professionem ostentarent. Ita enim Epiphanius inter
hæreses apud Iudæos ante Christum, describit Pha-
riseos & Scribas, lib. 1. Tom. 1. vtq; solet superstitio
tanquam Gangrena serpere, in ipsam etiam Eccle-
siam Essetorum institutum irrepsit. Quod enim Philo
peculiari libello (de vita contemplatiua) describit
& celebrat peculiare institutum, τὸν τετραπύτων, in
Ægypto, & præcipue circa Alexandriam, prorsus
simile Monachatu, in eo etiam fuit primum ca-
put, imò fundamentum, ἑσπέρεια, cõtinentia. Nam
in eo conuentu, præter viros cœlibes, fuerunt et-
iam mulieres, *ἡγελέαι παρθένοι*, iam vetulæ virgines
castitatem seruantes. Licet Philo addat mulieres il-
las *ἡ ἀγαμία ἀουδίας*, cœlibatum exercere, non (sicut
apud Græcos in quibusdã sacris sit) *ἕξ ἀνάγκης, ἀλλὰ
κατὰ ἐκαστὸν γράμμι, διὰ ζῆλον ἢ πῶδον σοφίας*, non ex
necessitate, sed secundum spontaneam, seu vo-
luntariam sententiam, propter zelum, & deside-
rium sapientiæ. Et ex illa Philonis historia Hiero-
nymus quidem, & Pontificij ad vnum omnes co-
nantur probare, Monachatum de mandato, & ex
præscripto Apostolorum institutum esse, cum Mar-
cus à Petro in Ægyptum missus, Alexandria Eccle-
siam constituisse scribatur: sed Sozomenus libro 1.
cap. 12. ostendit, quos descriptio illa Philonis intel-
ligi

Sacerdotes
cœlibes.
Alexander
ab Alexan-
dro.
Vestales Ro-
manorum.

Sacerdotes
Diana.

Sacerdotes
Ægypti.

Indeorum
cœlibatus.

Essai de cœli-
bati.
Pythagoras.

Scribarum
cœlibatus.

Epiphanius.

Philonis lo-
cus de Mona-
chiis.

Hieronymus.

Sozomenus
de Philonis
cultoribus.

Ethnicorum
cœlibatus.

Hieronymus
cœlibatum
sacerdotum
ab Ethnicis
sumit.

Hierophanta.

ligi voluerit, nempe τὸς κατ' αὐτὸν ἐξ ἑβραίων χριστιανίζοντας, ἐπιβλασφῆμιότερον οὐκ ἔχοντας, καὶ τὰ ἐκείνων ἔθνη φυλάττοντας, hoc est, illos, qui suis tēporibus ex Ebrais Christianismum amplexi, adhuc nimium Iudaicè conuerfabantur, & mores seu ritus illorum retinebant. Illam explicationem repetit etiam Nicephorus. Et Sophronius in vita Marci ita scribit. Philo disertissimus Iudæorum, videns primam Ecclesiam Alexandria Iudaizantem, quasi in laudem Gentis suæ, super eorum conuersione scripsit, &c. Et hæc cum ita se habeant, ex illa tamē origine, Monachatus cum despectu cōiugij, in Ægypto primum disseminatus, & inde postea per totum orbē, sub specie & prætextu Apostolicæ traditionis propagatus fuit. Cum verò tempore Christi celebre inter Iudæos Essæorum illud institutum esset, mirū videri posset, quod Christus eorū nominatim nullā facit mentionem, sed Apostoli videntur, eò respexisse, quando audita disputatione Christi de diuortio dicunt. Si ita se habet causa hominis cum vxore, nō ergo expedit matrimonium contrahere, quasi dicerent: Essæi ergo rectè faciunt, τὸν γάμον παραπιπῶσάντες, cōiugium auerfantes. (his enim verbis Philo apud Eusebium lib. 8. de præpar. Essæorum cœlibatum describit) Christus vero ita responderet, vt ostendat, donum veri cœlibatus non esse omnium, & quibus datum est, ipsos debere hoc ad verum finem referre, vt scilicet propter regnū cœlorum se castrent, vtq; ipso facto Essæorum superstitionem de cœlibatu refutaret, ideò quosdam coniugatos ad Apostolatam vocauit, & in comitatu suo habuit mulieres adhuc coniugatas.

Ex Essæorum etiam instituto videntur disputationes illæ apud Corinthios, de cōiugio & cœlibatu, 1. Cor. 7. ortæ fuisse, nam & Gentibus Essæorum cœlibatus admirationi fuit, sicut meminerunt Plinius & Solinus, & quæ fuerint disputationes apud Cor. inde colligi potest, quod Paulus dicit: Non omniū esse cœlibatum. Item, de virginibus præceptū Domini non habeo, non vt cuiquam laqueum iniiciam. Qui non continent, nubant: melius est nubere, quam vri, &c. Sed vndecunq; occasionē sumpserint quæstiones illæ Corinthiorum, hoc cōstat, Diabolū hostem legitimi coniugij, tentasse zizania supersticiosi cœlibatus spargere in Ecclesia, ipsis Apostolis adhuc viuentibus & docentibus, sed vigilantia Apostolorum illa repressa fuerunt, sicut ex accurata illa disputatione Pauli, 1. Cor. 7. nō obscure colligitur, id quod etiam iuniorum viduarū temerè susceptus cœlibatus, 1. Timoth. 5. testatur, vbi Paulus inter cetera docet, ad collegiū viduarū, quibus ratione eleemosynarum in viduitate manendū erat, nullā admitti debere, ante annū ætatis 60. Iunioribus vero docet propter ἀσκησιν, hoc est, propter exercitia pietatis, sicut Philonis mulierculæ prætendebant, nō necessarium esse cœlibatum, sed posse ipsas in coniugio etiam pietatem exercere. Cumq; Philonis περὶ ἀσκησιν, propter zelum philosophandi (sicut Sozomenus Philonis verba recitat) nuptias auersentur, Paulus Tito præscribit, constitue presbyteros, si quis est vnus vxoris vir. Imò 1. Tim. 4. dicit, doctrinam Demōniorum esse, prohibere nuptias. Ita ergo tempore Pauli tētata fuit superstitio & lex cœlibatus, sed à Paulo grauitè est repressa. mōstrata vera ratione pij cœlibatus. Memorabile verò exemplum est Nicolaitarū, quod non tantum ipsis Apostolorū temporibus contigit, sed ortum fuit à Nicolao, qui ex septem primis Diaco-

nis vnus fuit. Historiā enim ita describit Epiphanius Tomo 2. lib. 1. hæref. 25. Quod Nicolaus ille cū haberet pulchrā vxorem, & videret alios esse in admiratione propter cœlibatum, vt non videretur vxorius, & inferior esse aliis, cōstituerit ad exemplū & imitationē cœlibum, consuetudini coniugali in perpetuum renunciare. Et illud quidem Nicolaū aliquādiu tolerasse, scribit Epiphanius, sed cum in finem non posset vstionem incōtinentiæ reprimere, ne tamen inconstantia seu leuitatis argueretur, si à proposito videretur resiliisse, maluit se conuere ad promiscuam Venerē, & ad vagas libidines, imò ad Venerem cōtra naturam, sicut Epiphanius dicit, quā legitimo coniugio vti. Atque inde orta fuit secta Nicolaitarum, quā in Asia latè disseminatam fuisse, Apocalypsis testatur, qui senserunt, si modò à legitimo coniugio abstinerent, se aliis scēdis, imò nefandis libidinibus nō peccare. Hanc sectam Iohannes Apoc. 2. magno zelo refutat. Principaliter verò in illa historia hoc obseruandū est, quod Nicolaus ille, cum post administratum Hierosolymis Diaconatū, in aliis orbis partibus, (In Asia enim Nicolaitas fuisse Apocalypsis testatur) Evangelium exemplo Stephani & aliorum, Act. 6. 8. annūciaret, ex immodica admiratione cœlibatus, propter quē videbat alios quosdam magnificari, in eam opinionē deuenerit, quasi coniugij & consuetudo coniugalis non conueniret ministerij dignitati. Ita quibusdā Apostolis adhuc viuentibus tentata fuit, discessit à Canone illo Pauli (Episcopus seu Presbyter, sit vnus vxoris vir, similiter & Diaconus) idq; ea opinione, quasi melius & rectius esset, vt nullus legitimæ vxoris vir sit presbyter, etiam si donum continentia ex Deo non habeat. Euentus verò tristis & obscenus ostendit, Deū non velle omnes in ministerio esse cœlibes, & cœlibatū velle in ministerio omnibus imponere, nihil aliud esse, quā obicere scādalum seu occasionem fornicationis, sicut Iohannes loquitur Apocalip. 2. Et hæc historia Nicolai est ipsissima imago cœlibatus Sacerdotum in Ecclesia Pontificia.

Vide autem, quanta contentione, quibus artibus & insidiis hostis cōiugij supersticiosam opinionem cœlibatus, laborari primis tēporibus in Ecclesia inuehere. Cū enim viuentibus Apostolis id, quod aliquoties tentarat, non posset obtinere, obseruauit illā occasionē, cum Paulus & cæteri Apostoli ex hoc mundo euocati, & Iohānes in Pathmon esset relegatus, tūc enim existimauit se in Ecclesia tanquam in domum vacuam, posse per hypocrisin irrepere. Excitauit igitur in Asia Presbyterum quendam, sectatorem seu σαρδανῶν, sicut se iactabat, Pauli, qui sparsit historiam quādam, præferentem titulum, de Periodo Pauli & Teclæ, siue vt Gelasius dist. 13. titulum citat de actis Pauli & Teclæ. Summa autem fabulæ hæc erat: Teclam nobilem virginem Iconiensem, voluntate & consensu parentū desponsatam fuisse Thamiro cuidā: Paulum verò cū venisset Iconium, de virginitate eodem modo fuisse concionatum, quod Tecla repudiato sponso, contra voluntatem & sponsi & parentum, cœlibatum vouerit. Et Paulum per multos annos Teclam illam secum circumduxisse, ac tandem eā sacro velo consecrasset, tradita ipsi potestate docēdi, baptizandi, & virgines voto perpetui cœlibatus velandi & consecrandi. Hæc sermō fuit summa cōmenti, sicut ex Tertulliano de Baptismo, ex Ambrosio de virginitate, & ex legenda Teclæ colligi-

Quibus artibus & insidiis hostis cōiugij supersticiosam opinionem cœlibatus, laborari primis tēporibus in Ecclesia inuehere.

Cœlibatus enim suppositus scriptis.

Periodus senatus Pauli & Teclæ.

E tur.

Nicephorus.
Sophronius.

Sententia
Christi de Es-
sæorum insti-
tuto.

Disputatio-
nes Corinthio-
rum de cœli-
bato.

Tēpore Pauli
tentata lex
cœlibatus.

Nicolaita tē-
pore Iohānis.

Iohannes fabulam de Teclaresfutavit.

tur. Quia verò magna erat in Ecclesia auctoritas Pauli, multi exemplum illud opponebāt & præferrebant scriptis Pauli, & reliquorum Apostolorum. Iohannes verò cum ab exilio Ecclesie restitutus esset, videns fabulam illam non esse consentaneam perpetuæ doctrinæ & sententiæ Pauli, qui sicut mulierem non permittit publice in Ecclesia docere: Ita desponsatam, contra sponsi & parentum voluntatem, suscipere & cœlibatum prohibet, 1. Cor. 7. Spōsa enim censetur loco vxoris, Deut. 22. Presbyterum igitur illum Iohannes publice coram Ecclesia conuicit, quòd falsum & supposititiū librū, sub nomine & titulo Pauli sparsisset. Et Presbyter ille publice cōfessus fuit, se hoc Pauli amore fecisse. Iohānes verò ipsum à ministerio remouit, vt propter posteritatem, publica nota commentū illud de Tecla, vt supposititiū & adulterinū, reiceretur. Ita historiam describit Tertullianus de Baptismo, & Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis. Sed tamen postea tēpore Tertulliani, mulierculæ quædā, ministerium verbi & Sacramentorum, in Ecclesia sibi vēdicare conabātur, auctoritate Teclæ illius, quas Tertullianus historia illa de Iohanne Apostolo repellit. Sed post illud etiā tēpus, Ambrosius institutum suum velandi sacras virgines, quod in Mediolanensi Ecclesia tunc vt nouū & peregrinū reprehendebatur, conatur ex fabula illa Teclæ, tanquā traditionem Apostolicā probare & tueri. Epiphanius etiā & Hieronymus ad Gerontiā testimonio illius Teclæ vtuntur. Imò cum circa annū Domini 300. Gelasius narrationē illā de actis Pauli & Teclæ, inter Apocrypha reiecit: Monachi tamē, postea fabulā illā Teclæ aliquoties explosam, rursus in theatrū, peculiari Legenda, vt vocant, reduxerunt, vt hominib. persuaderēt votum cœlibatus, & ordinem sanctimonialium esse institutum & traditionem Apostolorum, vtq; manifestissimā: Pauli sententias, commentitia illa de Tecla fabula eluderent & obruerent. Et hanc historiam obseruatione Lectōr diligenter notet, monstrat enim originem Monachatus & superstitiosi cœlibatus: ostēdit etiā veram solutionem ad omnia, quæ in hoc genere à Pontificiis, de Apostolicis traditionibus, & de exemplis Apostolicæ Ecclesiæ, extra Scripturā proferri solent. Et dignum est admiratione, cum Deus publico Iohannis Apostoli testimonio, commentum illud de Tecla reprobasset, tantam tamen, antiquis etiam temporibus, fuisse humani ingenij, siue leuitatem, siue curiositatem, siue temeritatē, quòd voluerint commentitiam illam fabulam potius, quā manifestā Scripturæ sententiā sequi, sicut tempore Tertulliani, Ambrosij, Epiphaniij, & Hieronymi, hoc factum fuisse ostendimus. Non moueamur itaq; quādo legimus, commentitium illum prætextum Apostolicæ antiquitatis & traditionis, multis postea imposuisse. Nos verò discamus, omnia hæc, quacunq; speciē producantur, referre ad primam hanc, quam iam ostendimus, originem.

Repetitiū est commentitiū de Tecla.

Ambrosius fabulā Teclæ rursus producit in scenam.

Gelasius rursus abiecit. Monachi rursus producit in theatrum.

Cœlibatus ex Apocryphis scriptis.

narrat, hæreticos veteres, cum sexum muliebrem deformare & legitimam cōsuetudinē coniugalem damnare vellent, vsos esse testimonij ex Apocrypho quodā Euangelio, secundū Aegyptios, vbi Solomon interrogāti: Quò ad vsque vigeat mors? Dominus respondisse fingitur, Quò ad vsque vos mulieres paritis. Dominum itē dixisse: Veni ad dissoluedum opera fœminæ. Cumq; eapud Aegyptios Christiani quidam iuxta Essarorū institutum (cuius primariū caput fuit *ἀραρία*) Iudaizare cœperint, nō mirum est inde produsse tale apocryphum Euangelium. Eodem modo aliud apocryphum scriptum, specioso titulo Protoeuangelij Iacobi, quasi basis & fundamentum esset Euangelicæ narrationis, sparsum fuit. Vbi Maria narratur votū perpetuū cœlibatus emisisse, quod vere Apocryphū scriptū, etiam Augustino hac in parte imposuit. Similiter etiam varia Apocrypha scripta promittentia actus singulorum Apostolorum, prodierunt, quale nuper, postquam vulgares Legendæ fœtere cœperūt, sub titulo Abdiæ Babylonici in theatrum reductū est. Ibi fingitur Drusiana, postquā à Iohanne fuisset conuersa, propter cultū Dei noluisse amplius marito suo commisceri. Et quidem marito insistente ipsam mori potius elegisse, quam consuetudinem repetere cōiugij. Quod ex professo & quasi aduersa fronte pugnat cū manifestissima doctrina Pauli, 1. Cor. 7. Ibidem Iohānes moriturus fingitur ita orare: Tu Domine, qui seruum tuum mundum à coniunctione fœminea præstitisti, qui festinanti mihi ad nuptias in iuuentute demonstrasti te, & dixisti: Mihi necessarius es Ioannes, operam tuā quero: Sed cum iuuentutis ardore visus essem non seruare præceptum, & dississus, quòd integritatem seruare vix possem, animum ad nuptias appulsem, tu ægritudinē corporis mihi intulisti. Tertio quoque studentem nuptiis, impedimento leuiore reuocasti. Tu mihi Domine in mari dignatus es dicere: Iohannes nisi meus esses, permitterem tibi, vt vxorem duceres. Hac commentitia narratione apocryphus ille Iohannes fingit, legitimam coniunctionem cum vxore reddere immundum, virginitatem esse præcepti. Et Christum illis, quorū opera in ministerio Ecclesiastico vti velit, non permittere vxores. Quæ omnia cum Scriptura expresse pugnant. Ebræ. 13. 1. Cor. 7. 1. Tim. 3.

Euangelium secundum Aegyptios.

Protoeuangelium Iacobi.

Abdiæ Babylonici Drusiana.

Iohannis moriturus fuit.

Figmentū de sponso in nuptiis Cana.

Iphigenia. Vita Bartholomæi.

Vita Thomæ.

Atque hinc sumpta est fabula, quòd Iohannes fuerit spōsus ille in Cana, quòd q; Christus ad nuptias illas propterea venerit, vt sponsum à nuptiis auelleret, & ad cœlibatum traduceret, quod non cum Scriptura tantum, sed cum tota antiquitate pugnat, quæ docet Christum nuptiis illis ideo interfuisse, vt coniugium sibi probari ostenderet.

Item Abdias, Iphigeniam voto perpetuæ virginitatis, cum multis aliis, à Matthæo sacro velo consecratam fabulatur. Et ita in vita Bartholomæi scribit de Maria: Hæc virgo cum execraretur omnem virum, seruandæ virginis votum prima Deo omnipotenti vouit. Quod cum desponsatione Mariæ expresse pugnat. Idem in vita Thomæ fingit: Dominum apparuisse sponso & sponsæ, deductis iam in cubile, & dissualisse consuetudinem coniugalem, his verbis: Thomas vos mihi commendauit, vt custodiam vos ab omni malo. Et ibidem Abdias fingit: Mulieres conuersas, ex concionibus Thomæ didicisse, vt non amplius dormirent cum maritis suis: Et quidem cum Rex peteret à Thoma, quia separasti animos vxorū

rum

rum à consortio coniugij nostri, age igitur vt redeant, & sint coniuges nostræ, sicut antè fuerunt. Thomas fingitur respondere. Errat iussio Regis, si enim hoc facerem, Deus corpus & animam mitteret in æternum ignē. Quod certè palpabiliter pugnat cōtra Paulum, 1. Cor. 7. Hæc pauca ex Abdia, quem fingunt contemporaneum & comitem fuisse Apostolorum, recitare volui, vt ostenderē, quales sint traditiones, quas pro defendenda lege cœlibatus, Pontificij Apostolorum titulo venditant. Et quia *κειθήια* manifesta sunt (ex diametro enim pugnat cum scriptis Apostolicis) vetus Ecclesia talia scripta de actibus Apostolorum, non tantum inter Apocrypha, sed inter supposititia, adulterina, commentitia, absurda & impia reiecit, sicut Eusebius loquitur lib. 3. cap. 25. Et idem repetitur dist. 15.

Ignatius verò, auditor Iohannis, in Epistola ad Philadelphenses de cœlibatu & coniugio more prorsus Apostolico loquitur: Gratulor, inquit, vobis virgines sanctimoniam, vt Elizæ, Iosuz, Melchisedechi, Elisæi, Ieremiæ, Baptistæ, Iohannis, Timothei, Titi, Euodij, Clementis, qui cœlibes vixerūt. Mox verò addit Ignatius, horum, inquit, mentionē feci, non vituperans reliquos sanctos, *διότι γάμοις προσομιλήσαν*, eò quòd in consuetudine coniugali vixerunt. Opto enim Deo dignus in ipsorū vestigiis inueniri in regno Dei, vt Abrahami, Isaaci, Iacobi, Iosephi, Isaia & aliorum Prophetarum. Item, vt Petri & Pauli, vt aliorū Apostolorum, qui in matrimonio fuerunt, seu vt significantius loquitur Ignatius, *τῶν γάμοις προσομιλήσαντων*, quod significat & matrimoniū contrahere, & cōsuetudine coniugali vti. Loquitur autem Ignatius principaliter de Doctoribus Ecclesiæ. Et memorabile est, cum Timotheus & Titus fuerint cœlibes, sicut Ignatius hoc loco refert, quòd Paulus ipsis præscribit vt nō cœlibes tantum constituant Presbyteros, sed nominatim vnus vxoris mariti meminit. Porro in eadem Epistola Ignatius dicit: Si quis Deum & Christum confitetur: *φθορὰν δὲ καὶ μόλυσμόν*, corruptionem verò seu labem & coinquinationem vocat *τὴν νόμιμον μίξιν*, legitimam cōiugum commixtionem & liberorum procreationem, aut cibos quosdam abominabiles, talis habet *ἔνοικον* inhabitatorem Draconē illum Apostatam. Hic Ignatij Canon, qui etiam Apostolorum coniugia complectitur, disertis verbis ostendit Siritij & Innocentij decreta, quæ consuetudini coniugali Sacerdotum mundiciem & puritatem adimunt, pollutionem verò & contaminationem tribuunt, nō ex Spiritu sancto, sed ex inhabitatē in ipsis Dracone illo apostata, profecta esse.

Porro extant Canones, qui præferunt titulum Apostolorum, quibus ipsum Decretum dist. 16. Canonicam & Apostolicam autoritatem adimit, & inter Apocrypha ponit, quamuis quædam vtilia in eis inueniantur, hæc enim sunt Isidori verba, in illorum quinto ita sancitum legitur: Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, *τὴν ἐαυτοῦ γυναῖκα, μὴ ἐκβαλέτω πορφάσει δολαβείας*, propriam suam vxorem ne eiicito aut repudiato, prætextu aut causa religionis seu pietatis: si abiecerit, *ἀφοριζέσθω*, si perseuerauerit, *καθαίρεισθω*. Quia verò ex prauis opinionibus, & malis morib. bonæ leges nascuntur, apparet eam fuisse occasionem huius Canonis, quòd postquam (sicut iam ex Ignatio ostendimus) illi explosi erant, qui fingebant, coniugium in vniuersum omnibus fidelibus esse iniquationem, alij in solo ordine sacerdotali hoc locum habere conuenerunt: Reli-

gionem scilicet, pietatem, innocentiam, reuerentiā & cautionē (hæc enim omnia significat *ἀδελφεία*, quæ in sacro ministerio requiruntur) nō posse ferre consuetudinē coniugalem, tanquam rem minus puram. Hoc enim Canon 50. non obscure indicat, cum inquit: Si quis ex sacerdotali ordine, nuptiis, carnib. & vino abstinerit *ἢ δι' ἀσκησιν*, non propter meditationem & exercitationem in rebus diuinis, sed propter abominationem, diffamationem & calumniā nuptiarum & creaturarum, aut corrigitur, aut deponitur, & ex Ecclesia eiicitur. Canones igitur illi rectè concedunt & probant: Si quis habens donū continentia à coniugio ideo absteineat, vt expeditior sit ad officia ministerij. Sed *γάμον*, hoc est, coniugium, nuptias & consuetudinē coniugale, religioni, pietati, & reuerentiæ sacri ministerij prorsus non cōuenire, hoc Canones illi, non tantum negant, sed sub pœna depositionis & excommunicationis dānāt. Sacerdotibus itaq; qui cōtinere non possunt, vsum legitimi coniugij, non tantum vt rem licitā, bonam, & piā concedunt: Sed & eos, qui in sacris ordinibus, copulā coniugale, prætextu religionis, vel prohibent, vel ab ea absterent, ab officio remouent, & excommunicationi subiiciūt. Hæc historica obseruatio valdè vtilis est. Monstrat enim, cum Satan non posset coniugium in omnib. fidelibus dānare, quòd ordini sacerdotali tentarit cœlibatum tāquā necessariū imponere, quasi religio esset, sacerdotē, qui præ reliquis mundior esse debet, cū vxore etiā legitima consuetudinē habere. Sed qua seueritate, lex cœlibatus sacerdotum, cum argumentis & rationibus de religione seu pietate, nō tantum explosa, sed damnata tunc fuerit, Canones illi clarissime ostendunt. Et Pōtificij quidē, quia vident legē suam de cœlibatu sacerdotū, cum omnibus argumentis & rationibus Syricij & Innocentij, disertè Apostolico hoc Canone iugulari & dānari, varias quæsierūt rimas, vt ex vinculis illius Canonis, quibus cōstrictos sentiunt, elabantur. Fingūt enim dist. 31. & 81. Canonem illum Apostolorū loqui non de cōsuetudine coniugali, sed tantum de necessariis ad victum & vestitum, vxori à sacerdote coniuge subministrandis: Sed manifesta est deprauatio Canonis, sicut verba & circumstantiæ ostendūt. Et sexta Synodus expresse dicit, hanc esse sententiam Apostolici huius Canonis: Sacerdotibus non esse prohibendam copulam seu consuetudinem coniugalem, sicut postea Canonem illum sextæ Synodi adscribemus. Sed pergamus iam in ordine historiæ.

Tempore igitur Dionysij Corinthiorum Episcopi, circa annū Domini 170. (Nam ad Sotherem scripsisse dicitur) iterum cœpit lex de cœlibatu caput exerere, & quidem apud Guosios in Creta Insula, vbi Paulus ipse per Titum *ἐπιδιδόρωσιν* illam præscriperat. Constitue Presbyteros, si quis est sine crimine, vnus vxoris vir. Eusebius in lib. 4. cap. 23. narrat Dionysium Corinthiacum scripsisse Epistolam ad Guosios, in qua Pinytum Paræciæ illius Episcopum adhortatur, *μὴ βαρὶ φορτίον ἐπάναρχες, τὸ περὶ ἀγνείας, τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιπθέναι, τῆς δὲ τῶν πολλῶν κατασχάξασθαι ἀδυνείας*. hoc est, Ne graue illud onus de continentia seu cœlibatu, fratribus tanquam necessarium imponat, sed infirmitatis potius multorum rationem habeat. Non autem existimo Pinytum voluisse in genere omnibus credentibus coniugium prohibere, sed fratribus præcipuè, hoc est, collegis ministerij (quos Paulus solet fratres vocare) voluit legem cœlibatus

Pontificia deprauationes Apostolicis canonis.

Dionysium Corinthiacum cœpta legem cœlibatus.

Pinytum in Creta cœlibatum, &c.

Ignatius pie docet de coniugio & cœlibatu.

Canones Apostolorum de cœlibatu.

Isidorus.

tus imponere. *ἐπάναγυς* enim vox est, quæ in legibus siue edictis poni solet. Et obseruatu dignû est, quid Pinytum mouerit ad imponendam fratribus legem cœlibatus, cum doctrina, exēpla & Canones Apostolicæ Ecclesiæ diuersum traderēt. Illud verò non obscure colligitur ex responsione Pinyti, quia ostendit se recipere quidem Dionysij sententiã, sed tamē monet vt in posterum *τελειότεροις*, perfectioribus liberis cibum firmiorem impertiri velit Dionysius, ne semper immorantes (*λόγους γαλακτοόδες*) huiusmodi doctrinis, quæ tanquã lactis cibus sunt, (*νηπιώση ἀρωγή*) in puerili institutione cōsenescãt. Sensit igitur Pinytus, coniugium Sacerdotû ab Apostolis & viris Apostolicis approbatum, t̄m̄poris tantum gratia, tãquam lactis cibus, & puerilē imperfectamq; institutionē concessum fuisse. Posteros verò debere de doctrina firmiore & de perfectiore institutione cogitare, vt scilicet Sacerdotibus coniugiû prohibeatur, & lex cœlibatus imponatur. Hoc diligenter obseruetur, argumentû enim illud à Hieronymo etiam, & à multis Pontificiis usurpatur, contra sententias Pauli, 1. Tim. 3. Tit. 1. Sed tũc Dionysius Corinthiorû Episcopus, vir magnæ auctoritatis, legem cœlibatus, nō obstante plausible illa Pinyti argumentatione, ex Ecclesia explosit.

Sub specie perfectionis cœlibatus irrepfit.

Remittuntur apud Hæreticos castitas.

Hæretici verò interea coniugium insectabantur in vniuersum, præcipue vero in Leuitis suis, Epiphanius enim scribit, apud Gnosticos Leuitas laudatissimos non vti sceminis, sed seipsis, hoc est, Venere *παρὰ φύσιν*, sicut Paulus Rom. 1. loquitur. Ita legitimus amor mulierum sub specie sanctitatis fastidiri cœpit, iuxta vaticiniû Danielis 11. quod postea in ipsam Pontificiam Ecclesiam irrepfit. Sed in Ecclesia coniugium Sacerdotum post Dionysium illum, honestas tũc à manifestis insectationibus ferias habuit. Quod inde colligitur. I. quia multi in historia illorum temporum, & postea Episcopi & Presbyteri, leguntur coniugati fuisse. Et ne de historiis fide dubitent Pontificij, Vicelius cōductitius ipsorum rhetor, recenset hos Episcopos & Presbyteros vxoratos, Dionysium, Faultinianum, Syluerium, Sergium, Hormisdam, Talatum, Valerium, Tertullianum, Leonem, Felicem, Oceanum, Numidicum, Hilarium, Seuerium Nazianzeni patrem, Restitutum, &c. Huic Catalogo recte additur Chæremon, Spiridion, Basilij pater, Nissenus, Philogonius, Apollinaris, Synesius, &c. II. Honorificum tunc temporis habitum fuit in Ecclesia, ex Episcoporum linea (vt ita dicam) ortum fuisse. Sicut Polycrates apud Eusebium, lib. 5. cap. 25. contra Victorem disputans, gloriatur, septem suorum *συνεργῶν*, cognatorum ordine fuisse Ephesi Episcopos, & se in successione esse octauû, sicut similia exempla postea etiam annotabimus. III. Cōiugij dignitas, castitas & sanctitas, illis tēporibus, à Clemente Alexandrino, li. 3. Strom. hoc nō postremo argumentō defendebatur, quòd Apostoli, in sacratissimo Ecclesiæ ministerio constituti, fuissent coniugati.

Sacerdotes primitiua Ecclesia coniugati.

Ecce autem nouum artificium hostis coniugij. Cum enim lex cœlibatus aliquoties turpem passa fuisset repulsam, Paracletus Montani, per Tertullianum circiter annum Domini 230. cum secundas nuptias in vniuersum dānare vellet, in ordine Ecclesiastico potissimum substitit. Nam Monogamiã sacerdotibus præ cæteris lege quadam præscripsit. Dicit enim de exhortatione castitatis: Apud nos plenius & strictius præscribitur, vnus matrimonij esse oportere, quos alleget in ordinem sacerdotia-

Montanus cōtra secundas nuptias.

lem vsus, ac memini quosdam Digamos loco deictos. Hæc Tertullianus.

In vera autem Ecclesia, legem illam non fuisse seruata, ipse Tertullianus, cum ab Ecclesia ad Montanistas transisset, fatetur, cum in libro de Monogamia inquit: Cur ergo non erubescunt, quorū quot ex digamia præsidet apud vos, &c. Hoc Nouatiani seu Cathari postea cupide arripuerunt, nullû enim & ipsi digamû ad clerum admiserunt, sicut Socrates refert. Illa verò Montanica præscriptio de Monogamia Sacerdotum, postea in ipsam Ecclesiam magno impetu irrupit, sicut postea dicemus. Cæterum licet Tertullianus coniugiû Sacerdotû primo non damnaret, tamen postea cum esset Montanista factus, de coniugio & de sexu muliebri valde contumeliose scripsit: Et inde Cyprianus (magistrum enim suum vocabat Tertullianû) hausit non tam contemptum, quam odium aduersus sexum muliebrem. Atq; ea occasione, cum Montani Paracletus sub hypocrisi perfectioris sanctitatis, coniugium non parum deformasset, & tamen prohibitionē coniugij in vniuersum nō posset obtinere, cœpit Origenes disputare de necessitate cœlibatus in ordine sacerdotali, quæ em alij quidam secti sunt. Et Manichæi sub specie sanctitatis & puritatis, electis suis, tanquam perfectioribus, coniugium prohibuerunt. Atque ita sensim iterum reuocari cœpit lex de cœlibatu Sacerdotum, donec in Nicæna Synodo, machinationes illæ in neruum cœperunt erumpere, sed tamen grauitur ibi publica auctoritate repressæ & repulsæ fuerunt. Quæ historica obseruatio, quia valde utilis est, & multum lucis affert huic controuersia, aliquantò diligentius, sed tamen breuiter eam explicabimus ex actis Nicæni Synodi, & ex illis disputationibus & actionibus, quæ Synodum eam antecesserunt.

Nouatianorū monogamia.

Ex Montanismo Tertullianus coniugij iniquior. Cyprianus osor sexus femine.

Origenes de cœlibatu Sacerdotum.

Scribunt itaque Socrates lib. 1. ca. 11. & Sozomenus lib. 1. ca. 23. Cum Nicæna Synodus post conscriptam formulam fidei, vellet ad reformandam vitã Ecclesiasticorum Canones facere, visum fuisse Episcopis, *νόμον νεαρὸν*, nouitiã legem, in Ecclesiã inferre, vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, *μὴ συγκαθίσθαι*, nō concumberēt cum vxoribus, quas ante ordinationem duxerāt. Cum vero quaestio illa in solenni *συνόδῳ* cōsultanda proposita esset, Paphnutius Confessor in medio Episcoporum surgens contradixit, & *ἐβόα μακρὰ*, magna voce exclamans, ne graue iugum imponerēt viris sacratis, asseuerans *ἥμιον εἶναι καὶ τὴν κοίτην, καὶ αὐτὸν ἀμίαντον τὸν γάμον*, honorabilem esse concubitû coniugale, & ipsum coniugiû esse impollutum. Ne igitur exquisita exactione Ecclesiæ plus nocerēt, difficile enim esse, nec omnes posse ferre hoc. Ne igitur ipsis Sacerdotibus & eorû vxoribus, lex causa fieret, *τὸ μὴ σωφροεῖν*, castitatem & pudicitiam nō seruandi, suafit Synodo, ne talem legem ponerent, vocās *σωφροσύνην* pudicitiam seu castitatem, etiam *σωελάθειν καὶ σωουσίαν*, consuetudinem, congressum seu cōcubitum cum propria legitima vxore. Et reliquas quidē partes huius historiæ mox attexemus, prius enim disquirendû est, quibus rationibus & argumentis Episcopi in Nicæna Synodo moti fuerint, ad legem illam rogandã. Et optandum sane esset, hæc diligentius in actis Synodi annotata esse, inde enim nō parum lucis accederet. Sed ex disputationibus, quæ præcesserunt tēpus Nicænae Synodi, hæc recte colligi possunt, sicut breuissime ostendemus.

Nicæna Synodi historia de cœlibatu.

Paphnutius.

Rationes, quibus adducta Nicæna Synodus legē cœlibatus Sacerdotum ferre soluit.

De Montanistis igitur supra quædam attigimus,

Origenis rationes, ob quas cœlibatum sacerdotum asserit, sed valde timidè.

mus. Ex illa verò persuasione perfectioris instituti, Origenes cœpit quædam disputare de necessitate cœlibatus Sacerdotum, sed tamen valde timide, vt de re noua, & propter Montani Paracletum tunc suscepta, ita enim scribit Homilia 23. in Num. De iugi sacrificio: Vereor aliud dicere, quòd ex sermonibus Apostolicis intelligi datur, ne forte videar aliquos offendere, Si enim oratio est sacrificiũ & incensum, & Paulus dicit: Nolite fraudare, &c. Certũ est, quia impeditur sacrificium indefinens in iis, qui conjugibus necessitatibus seruiũt, vnde videtur mihi, quod illius est, solius offerre sacrificium indefinens, qui perpetuè se deuouerit castitati. Hæc Origenes.

Euseb. de cœlibatu Sacerdotum.

Post hunc paulò ante Nicænam Synodum, Eusebius lib. 1. demonstr. cap. 9. prolixam habet disputationem, cur nunc in nouo Testamento, non tam studiose sit operanda generationi liberorum, sicut tempore veteris Testamenti. Tandem verò defleat ad ordinem sacerdotalem, quare ipsis à coniugio abstinendum sit, vt scilicet multitudini, ex Gentibus ad Ecclesiam cõcurrenti, vacare possint. Attegit autem Eusebius argumenta mirifica sane. Dicit enim, Enoch non ante, sed post generatum Mathusala, placuisse Deo, & postquã Deo placuit, non amplius generasse liberos. Ita Noe post saluationem ex aquis, non operam dedisse liberis. Addit famam esse Isaacum post generationem gemellorum non amplius consuetudinem habuisse cum vxore sua. Moesen etiam, & Aaronem, post apparitiones & accepta oracula Dei, abstinuisse ab vxoribus. Et tandem concludit, in nouo Testamento nõ prorsus prohibitum esse coniugiũ, quia scriptũ sit: Oportet Episcopum γενέσθαι, fuisse vnus vxoris virum, sed postquã sacrati sunt, & in Dei ministerio occupati, προσήκει, conuenit seu decet sese deinceps abstinere χαμικῆς ὀμιλίας, à consuetudine conjugali. Reliquis verò extra ordinem Ecclesiasticum, Scriptura diserte omnibus dicit, honorabile coniugiũ, & cubile impollutum. Hæc Eusebij disputatio ideo diligenter est obseruanda, Paphnutius enim, quasi ex professo videtur orationem suam eò dirigere, vt contra Eusebij argumentationes ostendat, non in reliquis tantum, sed in ipso etiam sacerdotali ordine, honorabile esse coniugium & cubile impollutum. Et obseruet Lector, inter disputationes Nicænas etiam hoc fuisse, quomodo intelligendus & interpretandus sit locus Pauli, 1. Tim. 3. Tit. 1. An Episcopum oporteat vel esse vel fuisse vnus vxoris maritum. Et Eusebius quidem, vbi Paulus habet ἕνα, supponit γενέσθαι, hoc est, pro esse, supponit fuisse, Sed Paphnutius sonora voce contradicit, cõfirmans Episcopum fuisse etiam esse vnus vxoris virum. Idq; non ita, sicut Hieronymus postea finxit, vt desinat vir esse, sed consuetudinem Sacerdotis cum propria sua vxore, Paphnutius pronunciat esse σωφροσύνην, castitatem & pudicitiam. Atque hac ipsa sententia refutat Origenis disputationes, qui castitatem Sacerdotum in solo cœlibatu constituebat, quodq; postea Hieronymus ἐπὶ σωφροσύνης philosophatus est.

Disputatio Nicæna de loco Pauli 1. Tim. 3. Tit. 1.

Hæ obseruationes illustrat historiam, monstrat enim argumenta & rationes, quibus legem de cœlibatu Sacerdotum, postea ex Patribus quidam, & Pontificij adhuc hodie defendere conantur, agitata fuisse tempore Nicænae Synodi, & à Paphnutio grauiter refutatas esse.

Et magna quidem est Paphnutij autoritas, præstitit enim constantiam cõfessionis in persecutio-

ne, effosso sibi altero oculo, & miraculis etiam clarus fuit. Nec libidinis gratia hanc sententiam defendit. Fuit enim cœlebs & continentia laude celebris. Præcipua verò autoritas sententiæ eius hæc est, quòd nititur fundamentis Scripturæ, quodq; vniuersa Synodus sententiam eius approbavit. Ita enim in historia sequitur. Synodus igitur laudauit consiliũ Paphnutij, & in ipsius sententiam concessit vniuersus ille Sacerdotum cœtus. Atq; ideo nullam legem hac de re posuerunt, sed in sententia & voluntate cuiusq; sine lege aut opinione necessitatis relictum hoc fuit, an velit quis abstinere à cõsuetudine conjugali, an vero non? Ita enim describunt historiam Socrates & Sozomenus. Et quòd Pontificij tanquam fundamentum & fulcrum legis suæ ponunt, posse scilicet omnes, modò velint continentiam veri cœlibatus præstare, hoc diserte à Nicæna Synodo refutatum est. Paphnutius enim dicit, non tantum esse χαλὸν, difficile, sed non omnes posse ferre hoc.

Publica igitur autoritate in Synodo celeberrima non tantum Orientalis Ecclesie, sed œcumenicæ, & quidẽ ipsius etiam Romanæ, reprobata fuit lex de cœlibatu Sacerdotum, & quidẽ ex hoc fundamento, quòd lex illa plus detrimenti, quam cõmodi allatura esset Ecclesie, eò quòd αἰτία causa esset futura, impuritatis & impudicitie ordinis Ecclesiastici, id quod vere à Paphnutio prædictũ fuisse, impurus & obscœnus euentus legis illius in regno Pontificij toti mundo manifestauit. Atq; ita cõsideratio huius historie ostendit, omnia argumẽta, quibus etiam postea Pontificij pro stabilienda lege cœlibatus vsi sunt, refutata esse publica authoritate in Nicæna Synodo. Nam & hoc, quod Origenes suo exẽplo vel introduxisse vel cõfirmasse dicitur, vt qui donum cõtinentiæ ex Deo non haberent, se excinderent, peculiari Canone ibi damnatum est.

Obseruetur autem artificium Põtificiorum qui vt aliquid derogent huic Nicænae constitutioni, fingũt mox postea in Hispaniis & in Galliis, in Elibertina & Arelateni Synodis contrariũ constitutũ esse, sed Chronologia ostẽdit prouinciales illas synodos, sub Syluestro celebratas, præcessisse Nicænam, cuius exitum attigisse tẽpora Iulij, præter historiam tripartitam etiam Decretum distinct. 16. confirmat. Et hæc ipsa obseruatio illustrat Nicæna historiam. Ostendit enim disputationes de cœlibatu Sacerdotum, paulò ante Nicænam Synodum eò progressas, quòd leges de eo cœperunt ferri. In Hispaniis enim celebratũ fuit Concilium Elibertinũ 19. Episcoporum, qui Canone 33. ita decreuerũt. Placuit in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis, positis in ministerio, abstinere se à coniugibus suis, & non generare filios. Quòd quicumque fecerit, ab honore clericatus exterminetur. Similiter in Galliis sub Syluestro celebrata est Arelatensis secunda, cui ex aliis etiam Prouinciis per multos Episcopos interfuisse scribunt. Ibi in 2. Canone statutum fuit. Neminem in vinculo coniugij cõstitutum ad sacerdotium assumi, nisi fuerit promissa conuersio, quasi scilicet scelus & piaculum esset legitimum coniugium.

Et hæc obseruatio præter ea, quæ supra ex Origenes & Eusebio annotauimus, ostendit, quæ fuerint occasiones, quòd Episcopi in Nicæna Synodo, voluerunt legem vniuersalem ferre, de cœlibatu Sacerdotum. Cum enim lex illa primum per disputationes fuisset rogata, & postea prouincia-

Autoritas sententiæ Paphnutij.

De axioma Pontificio, posse omnes continentia præstare.

Paphnutij cõtra de lege cœlibatus cõstitutum.

Pontificij cõnãtur constitutione hanc Concilij Nicæni abolere.

Cœlibatus sacerdotum leges subinde rogata in synodis etiam. Concilium Elibertinum.

Concilium Arelatense.

Causa ferendi legem cœlibatus Sacerdotum in Nicæna synodo.

libus quibusdam Decretis cœpisset ferri, petitum fuit in Nicæna Synodo, vt perferretur, hoc est, vt vniuersali autoritate cōfirmaretur, & ab omnibus vbiq; Ecclesiis reciperetur, sed ibi autoritate vniuersali Cōcilij œcumenici, lex illa, quæ in Hispaniis & Galliis iā ferri cœperat, nō est perlata, sed repulsa & abrogata, id quod inde etiā constat. Osius enim Cordubēsis prouinciæ Hispaniæ Episcopus, Nicæna Synodo interfuit, cōsensit & subscripsit. Et post Arelatensem illam Galliæ Synodum, Hilarius celebris Ecclesiæ Pictauiensis in Gallia Episcopus, cōingatus fuit, vnde certò colligitur, Arelatēse illud decretū, tunc abrogatum fuisse per Nicænā Synodum. Non possum autem prætermittēre, quin elegātes Mantuani versiculos, de Episcopali coniugio Hilarij adscribam, qui ita inquit lib. 1. Pastorum:

Mantuanus
de coniugio
Hilarij.

*Integritas Vita, legum prudentia, cultus
Cælium, tutela inopum diadema pedumq;
Pictauiense tibi, dum nil mortalia curas,
Dum quis tibi sorte tua contentus, & omni
Ambitione procul, populo applaudente, tulerunt:
Non nocuit tibi progenies, non obstiterit uxor
Legitimo coniuncta thoro, non horruit illa
Tempestate Deus thalamos, cunabula, tadas.
Sola erat in precio, qua nunc incognita, virtus
Sordet, & atrius viuit cum plebe cucullo.*

Attexit autem Mantuanus multos pios, suo etiam tempore reprehendisse legem cœlibatus, quos versus postea adscribemus.

Hæc obseruationes de Nicæna Synodo, quia plurimum habent vtilitatis, & multum etiam lucis adferunt ad illustrandam totam hanc controuersiam breuiter hoc loco annotare volui.

De ijs, qui sa-
cerdotum su-
sciperunt cœ-
libes.

Sed quid dicemus de appendice, quam addit Paphnutius de illis, qui cœlibes in ordinē sacerdotalem coopati fuerunt, nihil dissimulabo. Sunt enim hæc Paphnutij verba: Sufficere, vt qui clericatu ante nuptias vel cœlibes potiti essent, iuxta antiquam Ecclesiæ traditionem ad nuptias amplius nō accederent. Veteri autē Prouerbio dicitur: calumniare audacter, semper enim aliquid hæret: ita ex Satana calumniis cōtra coniugiū, licet repellerētur, tamen aliquid adhæsit in Ecclesia. Digamię enim dānatio cum non posset vniuersaliter obtineri, cœpit ordini Ecclesiastico adhærere, sicut superius dictū est. Atq; ita etiam cum prohibitio cōiugij in sacris ordinib; non posset in vniuersum obtineri, aliquid tamen adhæsit. Consuetudo enim facta fuit sine aliqua lege, quod illi, qui cœlibes ad sacerdotiū assumptierant, postea non contrahebant matrimonium. Et Paphnutius quidē suadet, consuetudinē illā retinendā, sed tamen nō dicit esse vel præcepti diuini, vel consilij & traditionis Apostolicę, sed vocat Ecclesiæ, nō legem, sed *παράδοσις*, hoc est, traditionē. Cumq; in priori parte asserat Scripturę testimonia, de altera illa clausula tantum Ecclesię consuetudinem allegat, quam tamen nō fuisse vniuersalem, nec legis necessitate, sine dispensatione impositā, manifestē ostendi potest, ex 10. Cano. Concil. Ancyr. quod aliquot annis præcessit Nicæn. synodū. Canon autē sic habet: Diaconi si in ipsa ordinatione protestati fuerint, velle se habere vxores, nec posse se continere, hi postea, si ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea, quia his Episcopus licentiā dederit. Dederunt itaq; & potuerūt Episcopi dare licentiā contrahendi matrimonii, iis etiā, qui in ministerio constituti fuerunt. Consuetudo ergo & non legis necessitas fuit. Nam prohibere cōtrahere matrimonium doctrina Dæmo-

De consuetu-
dine, qua cœ-
libes ad sacer-
dotiū admitti
matrimonii
cōtrahere pro-
hibebantur.

Canon Conci-
lij Ancyrani.

Dispensationes
veteris Eccle-
siæ.

niorum est, 1. Tim. 4. Scriptura etiam veteris Testamenti Sacerdotibus expresse permittit, vt possint contrahere matrimonium, Leui. 21. Ezech. 44. Et in nouo Testamento non excipit Sacerdotes à cōmuni illa regula, si se non continent, contrahant matrimonii, imò hoc fundamēto Ancyranus Canon vitur. Quādo enim Diaconi protestantur in ordinatione, se non posse continere, tunc Episcopus dat ipsis potestātē, vt iuxta Pauli regulam possint libere etiam postea contrahere matrimonii. Si verò in ordinatione professi fuerint cōtinentiam, & postea ad nuptias venerint, non prohibet quidē hoc Canō, & nuptias illas nec dirimit, nec damnat, sed inter eos, qui ad secundas nuptias transierunt (quod prorsus non esse peccatum Paulus affirmat, 1. Cor. 7.) ipsos habendos statuit Canone 19. & eodem iure, quo digamos, hos etiam à ministerio debere cessare sancit Canone 10. Ac consuetudinem non similē fuisse vbiq; facile ostendi potest. Paphnutius enim notat Ægyptiacam cōsuetudinem de omnibus, qui ante nuptias in Clerum assumpti erant. Canō verò 25. qui Apostolorum titulū præfert, dicit: Qui in Clerum peruenerunt (*ἀγαθοί*) cœlibes (*καὶ δόμοι*) iubemus, Lectores & Cantores solum, si volunt, matrimonium contrahere. Ancyranus verò Canon, etiā Diaconis hanc licentiā cōcedit. Tempore Hieronymi, sicut ipse testatur in libro contra Vigilantium, consuetudo fuit, quod Diaconi, priusquam ordinarerentur, ducebant vxores, vt ita coniugati, postea possent à Diaconatu ad superiores ordines promoueri. Posteris verò temporibus, ex dissimili & libera illa consuetudine, facta est lex rigidissima, sicut ex 6. Synodo generali patet. Iustinianus etiam in authenticis de sanctis. collatione 9. dicit: Episcopum non posse Diacono tempore ordinationis permittēre, vt post ordinationē ducat vxorem; quod cū Ancyrano Canone ex diametro pugnat, ita fit, quando non veritatē, sed cōsuetudinem extra verbum Dei sequimur. Sed de hac quæstione, postea etiā quædam dicenda erunt. Nunc verò pergemus in contexenda historia.

Consuetudo
dissimiliter
seruata fuit.

Consuetudo
tempore Hiero-
nymi.

Iustinianus
Sorum cœli-
batus s. can.

Post Nicænā igitur Synodum, multi celebres Episcopi fuerunt vxorati, vt de Hilario dictum est, & de patre Basilij Magni historia diserte testantur. Nazianzenus verò etiam in laude ponit, quod pater suus in ipso Episcopatu fuerit vxoratus. Et Mantuanus de eo canit:

*Præsule patre satum, nam tunc id iura sinebant,
Pastorale pedum gessit, post funera patris.*

De Nysseno Episcopo fratre Basilij Magni dicit Nicephorus, quamuis is Episcopus coniugem haberet, tamē rebus illis fratri minime cessit. De Spiridone verò celebri illo Episcopo Sozomenus dicit, li. 1. ca. 11. Vxorē & liberos habuit, sed propterea nō fuit *τὰ θεῖα χεῖρα*, in rebus aut exercitiis diuinis inferior aut deterior. Et Athanasius ad Dracontii dicit: Multi ex Episcopis matrimonia non inierūt, Monachi contra parentes liberorum facti sunt, & vicissim etiam Episcopi filiorum patres.

Coniugia Sa-
cerdotum post
Nicænā syno-
dum.
Hilarij.
Pater Basilij
Magni.
Nazianzen.

Grego. Nyssen.
Spiridon.

Athanasius.

Maxime verò illustre exemplū extat in synodo Gangrensi, quomodo constitutio Nicæna, contra legem de cœlibatu Sacerdotum, in actum fuerit deducta. Eustachium enim Episcopū narrat Sozomenus, lib. 3. cap. 14. in Armeniam, Paphlagoniam & reliqua circa Pontum loca primum introduxisse Monachatum, præscripta peculiari regula, de cibis, de vestitu, & de alijs rebus, & dicit, quosdam confirmare, librum Asceticum, qui Basilij titulo fer-

Synodus Gangren.
Eustachius
Episcopus cœ-
liugium sacer-
dotibus inter-
dixit in Ar-
menia, &c.

tur,

De cœlibatu Sacerdotum.

¶

tur, huius Eustachij esse. Is igitur inter cœtera, quæ dissentanea à Canonibus, & typis Ecclesiasticis instituit, γαμειν ἐκάλυε, sicut Socrates inquit, prohibuit cōtrahere matrimoniū. Et multis mulieribus coniugatis persuasit à consuetudine coniugali abstinere, quas Sozomenus dicit, postea cum cōtinere nō possent in adulteria incidisse. Præcipuè verò Sacerdotū cōiugio iniquus fuit, quod Socrates ita describit, ἐυλογίαν καὶ κοινωνίαν, hoc est, preces & sacramenta presbyteri vxorē habentis iussit fugere, ὡς μύσθ, tanquā pollutionē & piaculum. Sozomenus dicit discipulos hui⁹ Eustachij καταμεφομένους, hoc est, vituperasse seu reprehendisse coniugium, & presbyteros vxoratos contempnisse. Significat autem ὑπερφρονεῖν, quo verbo Sozomenus vitur, aliq̄uē præ se contemnere, & quasi ex alto despiceret. Cœpit autē institutum illud Eustachij paulò ante tēpus Nicæni Concilij. Melierius enim, qui primus Arrium protraxit, substitutus fuit huic Eustachio, eum à proprio suo parente Episcopatu deiectus fuisset, postquam deiectionem Monachatum illum instituit. Et hæc obseruatio de tempore historię Eustachij ostendit, ante tempus Nicænz Synodi, sicut in Hispaniis & Galliis, ita etiam in Armenia, Paphlagonia, & circa Pontū, legē de cœlibatu Sacerdotū magno supercilio caput cœpisse exerere. Et quia magnū institutum hoc habebat speciē sanctitatis, castitatis & puritatis, primò nō ausi fuerūt Episcopi illius loci se opponere, sed cum Nicæz, publica autoritate lex illa esset repulsa, abrogata & antiquata, cui Synodo etiā Armenię, Paphlagoniæ & Pōti Episcopi interfuerāt, reuersi igitur domū, cum autoritate Nicænz Synodi armati esset, nō longè pōst, Gangris Concilium celebrarunt, in quo Monachatum Eustachij damnarunt, & nominatim contra legē de cœlibatu Sacerdotum posuerunt, 4. Canonē. Si quis discernit inter presbyterū coniugatū, tanquā occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, quodq; non oporteat, eo ministrante de oblatione percipere, & ab eius oblatione idē se abstinere, Anathema sit. Quæ verò huius Canonis sententia sit, ex historia Eustachij, quā ex Socrate & Sozomeno recitauim⁹, intelligi potest.

Haftenus igitur, magna, graui & publica autoritate, lex de cœlibatu Sacerdotū ex Ecclesia repulsa & explosa fuit, vt cogitari potuisset, hostē coniugij nunquam deinceps ausurū cantilenam illam repetere. Sed vix 40. annis interiectis maiori impetu legem illā non iam rogare, sed stabilire & promulgare cœpit. Cum enim Iouinianus virginitatem nimis abiectē haberet, nacti Hieronymus & Ambrosius campū latissimū, cœlibatum depresso cōiugio Sacerdotum iniquissimi fuerunt. Fit enim in huiusmodi cōtrouersijs, quod Basilius venusta similitudine pingit, sicut insitores, quādo incuruum tenellē arboris statū corrigere student, plerumq; nimia inflexione in alteram partem peccant. Qualia verò fuerint argumenta Ambrosij & Hieronymi, nempe, quæ in vera antiquitate antea explosa & refutata fuerant, in præcedentibus declaratū est.

Idem, apud Græcos eodem tempore magno conatu egit Epiphanius, prætextu traditionum, quarum peculiatis admirator fuit. Scribit igitur, lib. 2. Tom. 1. hæres, 59. contra Catharos. Sancta Dei Ecclesia nō suscipit ad sacerdotiū adhuc τεκνογονήτας, liberos gignētē, vnius vxoris virum, sed qui se ab vna cōtinet, aut in viduitate viuit, maximè vbi synæri, seu vt significatiū loquitur Epiphanius, ἀκρι-

ς, hoc est, exacte exquisiti sunt Canonos Ecclesiastici. At dices mihi, inquit, omnino in quibusdam locis adhuc liberos gignere Presbyteros, Diaconos & Subdiaconos, sed hoc non est iuxta Canonē, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elāgit, & propter multitudinē, cum non inuenirētur, qui ministrarent. Ita Epiphanius. Sed ab hoc vno exemplo discere possumus, quantum tribuendum sit patribus, quando sine Scriptura loquuntur. Vt enim pace Epiphaniij & salua ipsius honorificentia, id quod res est dicam, eū vnuerſa historia totius antiquitatis manifeste & exacte pugnat, quod ipse asserit, sicut ex iis, quæ hactenus demōstrauimus, luce meridiana clarius est. Et in re manifesta nihil addā amplius. Possem enim quærere, quem Canonem, & vnde habeat Epiphanius de lege cœlibatus Sacerdotū? Possem quærere, num Epiphanius non synceri sint Canonos Pauli, Apostolorū, Ignatij, Dionysij, Ancyrana, Nicænz & Gangrentis Synodorum? Positas quidē imò tentatas verius fuisse aliquoties leges seu Canonos de cœlibatu Sacerdotū ostendimus, sed illas vera, graui & publica autoritate repulſas & reiectas fuisse, ex certis historiis demōstrauimus. Epiphanius verò cōtra iudicium totius veræ antiquitatis, reiecit illos Canonos iudicat esse ἀκριβείς, & quidem eo ipso vocabulo vitur, quo Paphnutius, vbi contra legē cœlibatus Nicænz differens, dicit ὑπερβολὴν ἀκριβείας, magis nocere Ecclesię. Hæc & alia possem vere contra Epiphaniij temerariam assertionem adferre, sed pudenda patrū præstat tegere, quam denudare, nisi aduersariorū impudentia veritatē inde oppugnatiū aliud cogat. Certe Epiphaniij illā narrationē, non tantū præcedentes Scriptores, verum etiā sequentes in Ecclesia Orientali, & præcipue 6. Synodus manifeste redarguunt & refellunt, sicut series historię ostendet.

Cum enim Ambrosius & Hieronymus suis disputationibus apud Latines tumultuarentur cōtra coniugium Sacerdotum: Ecclesia tamen hac in re veterem suam libertatem, illis temporibus adhuc retinuit, sicut ipse Hieronymus testatur. Nam li. i. contra Iouinianum ita inquit: Si autē Samuel duxit vxorem enutritus in tabernaculo, quid hoc ad præiudicium virginitatis, quasi non hodie quoque plurimi Sacerdotes habeant matrimonia. Idem cū indignatione quadam refert, frequenter in ordinatione sacerdotali cœlibem ab Ecclesia negligi, & maritum assumi. Apud Græcos verò cum Epiphanius reiectos Canonos pro sinceris veditaret, Chrysoſtomus patrocinium coniugij Sacerdotū suscepit, affirmat enim cōiugium rem tam sanctam & bonā esse, vt cum eo quis possit ascendere sacrām Episcopatus thronum, sicut supra sententias ipsius annotauimus. Nec tamen nihil damni dedit narratio illa Epiphaniij, quantumuis reuera totius antiquitatis historię repugnet. Externa enim species sanctitatis, facile oculos hominum perstringit, vbi à norma verbi Dei discessum fuerit. Ita Socrates, libro 5. capite 22. narrat, se in Thessalia cognouisse hanc consuetudinem, quod qui vxorem suam post adeptum clericatum cognouisset, ordine abdicabatur. Et illam consuetudinem dicit, inde fuisse ortam, quod Theodorus quidam Clericus amatoria quædam poemata edidisset. Et addit quidem consuetudinem illam irrepsisse etiam in Thessalonicam, Macedoniam, & Hellada. Sed disertè dicit, consuetudinem illam esse ἕτερον, hoc est, diuersam & dissentientem à reliquis Ecclesiis. Nam inquit,

Epiphanius cum tota antiquitate de cœlibatu Sacerdotum pugnātia dicit.

Epiphanius sententiam Scriptores Ecclesię resuarunt.

Ambrosij & Hieronymi sententiam, Ecclesia præcis illis temporibus non recepit.

Chryſostomus contra Epiphanius coniugium Sacerdotum defendit.

Mos Thessalorum de cœlibatu.

Gangronse Concilium contra legem cœlibatus.

Repetita lex cœlibatus Sacerdotum in Ecclesia Latina.

Iouinianus.

Basilius de mſicoribus.

Epiphanius in Græca Ecclesia defendit legem cœlibatus.

*Orientalis
Ecclesia de
cœlibatu &
coniugio Sa-
cerdotum.*

*Nicana con-
stitutio inci-
pit labascere.*

*Per Pontifi-
ces Romanos
redintegra-
tur lex de
cœlibatu Sa-
cerdotum.*

*Syricius legē
de cœlibatu
erget.*

*Primus au-
tor prohibiti-
onis coniugij
sacerdotum
in Occidente.*

*Rationes, cur
cœlibatus Sa-
cerdotum in
Ecclesia Ro-
mana decre-
tus.*

in Oriente omnes, qui *γνώσιμοι*, celebres sunt, etiā Episcopi, *εἰ καὶ βέλοιντο, ἐκ ἀνάγκης νόμου*, hoc est, si ipsis ita visum fuerit, proprio arbitrio, seu spontanea voluntate, non autem legis aliqua necessitate abstinent. Multi verò illorum, inquit, ipso tempore Episcopatus & (sicut Nicephorus addit) ipso Episcopali munere fungentes, in Episcopaliib. ædibus, liberos multos ex legitimis coniugibus susceperūt. Sed cum per certamen Iouiniani, in Latina Ecclesia doctrina de cœiugio, præferim quod ad Sacerdotes attinet, valde esset perturbata, sicut ex Ambrosij & Hieronymi scriptis apparet, & in quibusdam etiam locis Græciæ, Nicenæ constitutio inciperet labascere, sicut ex Socrate ostendimus: Hanc occasionem hostis coniugij ratus fuit, sibi non esse negligendam. Cumq; antea, sicut ex historiis ostendimus, legem de cœlibatu Sacerdotum aliquoties per Doctorum disputationes, per priuata vt Eustachij instituta, per Concilia quædam prouincialia, vt Elibertanum, Arelatense, & in generali etiā Synodo Nicænâ, magno, sed irrito conatu tentasset: Alia via, potētia scilicet, & vi negotium sibi aggrediendū existimauit, quā ad rem, eam sedem sibi vtilem operā nauare posse intellexit, in qua eum se futurum sciebat, qui amorem mulierum nō curaturus esset, Dan. 11. In cuius manu pingitur calix plenus immundicia libidinis, Apoc. 17. Pontifices igitur Romanos, qui iam in alias etiam Ecclesias imperiū sibi vsurpare cœperant, delegit. Syriciū enim primū fuisse, qui Sacerdotibus in Occidentali Ecclesia coniugia nō dissuasit, sed prohibuit & interdixit, ipsorum historiæ & decreta testantur. Et egrè sanè adducor, vt credam Syricium, cui veræ historiæ meliora tribuunt testimonia, tam contumeliosè contra Scripturam, & contra synceræ antiquitatis manifesta iudicia, repetitis ipsissimis veterum hæreticorum argumentis, de legitimo coniugio ita scripsisse, sicut Epistolæ decretales, quæ ipsi tribuuntur, loquuntur. Scio enim vetustioribus etiā Romanæ Ecclesiæ Episcopis, multas Epistolas supposititias tribui. Possem etiam ostēdere, Canones multò recentiores prohibentes Sacerdotibus cōsuetudinem conjugalem, falsò tribui vetustioribus, vt dist. 32. Urbano primo, dist. 81. Lucio primo, dist. 27. Calixto primo, vt falso prætextu antiquitatis imperitiōribus imponant. Ita forsā Syricio, cuius aliqua fuit autoritas, ea, quæ multò pōst fabricata sunt, tribuere voluerunt, vt speciem aliquā doctrinis Dæmoniorum circundarent, sed nō pugnabo. Sit igitur, quoniam Gratianus cum glossatore suo ita voluit, primus autor prohibitionis coniugij in Sacerdotibus Syricius. Si enim vel Angelus è cœlo aliquid annūciauerit præter id, quod in Scripturis legalibus & Euangelicis accepimus (sicut Augustinus inquit) anathema sit.

Operæ precium autem est audire rationes & fundamenta, ex quibus post annos à nato Christo 400. prohibitio coniugij & lex de cœlibatu Sacerdotū in Pontificia Ecclesia rogata, lata, perlata, & aliis etiam Ecclesiis manifesta vi obruta est. Inde enim colligi poterit, an ex Scriptura, an ex vera & probata antiquitate, an verò ex doctrinis Dæmoniorū sit. Nihil enim est medium. Syricius igitur Epistola 4. & eum secutus Innocentius Epistola 3. expressè dicunt, se Sacerdotibus coniugatis ideò interdiceret cōsuetudinē cum propriis suis vxoribus, vt mundiciæ & pudicitie puritate, securi possint orare, baptizare, & sacrificiū offerre. Qui si contami-

natus est carnali concupiscentia, hoc est, conjugali consortio, quo pudore, qua mente sacrificare vsarpabit? qua conscientia, quo merito exaudiri se credit? cum dictum sit, mūda mundis, inquinatis autem & infidelibus nihil mundum? Sequitur, sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est, vnus vxoris virū. Non permanenti in cōcupiscentia generandi hoc dixit, sed propter continentiam futuram. Neq; enim integros non admisit, qui ait: Vellem omnes esse sic, sicut & ego. Quod & apertius declarat, dicēs: Qui autem in carne sunt, Deo placere nō possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu. Et habentem filios, non generantem dixit, Hæc sunt ipsorum verba. Syricius verò dist. 82. addit alias cōtumeliosas voces contra Sacerdotes, legitima sua coniugia defendentes: Dicat mihi, inquit, quisquis ille est seftator libidinū, præceptor vitiorū, &c. Item, Nouerint se nunquam posse veneranda tractare mysteria, à quibus se ipsi, dū obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Loquitur autē, non de fornicatione, sed de conjugali cōsuetudine Sacerdotū cum propriis suis vxoribus. Nec verò opus est hoc loco, accurata disputatione. In præcedentibus enim prolixè explicatum est, & per se patet, imò luce meridiana clarius est. I. Hæc decreta Syricij & Innocētij expressè, directè, & prorsus aduersa fronte pugnare cum manifestis Scripturæ sententiis, quæ affirmant, in cōsuetudine conjugali esse sanctimoniam, pudicitiam, castitatem & cubile impollutū, quæ testimonia in præcedentibus sunt exposita. II. Decreta ista ex diametro contraria esse ipsis Apostolorū Canonibus, sententiæ Ignatij, iudicio Dionysij, Nicenæ Synodo, Concilio Gangrensi, & probatis veræ antiquitatis exemplis, sicut collatio horū Decretorum ad illa, quæ ex veris historiis hætenus annotauimus, liquidè ostēdit. III. Manifestum est & hoc, eadem prorsus argumenta, & easdem Scripturæ sententias, quæ in Decretis Syricij & Innocētij repetuntur, veteres hæreticos contra coniugiū vsurpasse, sicut in principio huius tractatus ostendimus, & negari non potest. Quia itaq; non ex Scriptura, nec ex iudiciis veræ & pbatæ antiquitatis, sed ex veterum hæreticorum lacunis, deprompta sunt illa Pontificia decreta, possemus rectè & verè iudicare, quod profecta sint ex spiritibus erroris, & ex doctrinis Dæmoniorū, 1. Tim. 4. Sed ne nostrum iudicium suspectū sit, pronunciet sententiam Ignatius in Epistola ad Philadelphienfes: Quicumq; inquit, dixerit, cōsuetudinem conjugalem esse labem, & inquinatōnem, hic inhabitatorem habet Draconem illum Apostatam. Nec valet exceptio, quod non in vniuersum de omnibus fidelibus, sed tātūm de Sacerdotibus loquantur Pontificia decreta. Paphnurius enim in Nicænâ Synodo, magna ac sonora voce asseuerat, etiam in Sacerdotibus cubile conjugale esse honorabile & impollutum. Et Manichæi non in vniuersum omnibus suis auditoribus, sed tātūm electis tanquam perfectioribus & sanctioribus, coniugium prohibuerunt, & tamen fuit doctrina Dæmoniorum. Quod verò Syricius præfatur, præcepta illa sua esse Apostolica, & Patrum constitutione instituta, falsum testimonium est, sicut 6. Synodus ostendit. Quod verò addit, propter Gentes, Sacerdotibus Ecclesiæ imponendum esse cœlibatum, in eo veram legis sue originem ostendit, sicut in principio huius historiæ monstrauimus. Sed hæc in præcedentibus diligenter sunt explicata.

Perga-

*Ne sint in
carne.*

*Syricij Voces
consumeliosæ.*

*Decreta Sy-
ricij & Inno-
centij, Scri-
ptura repug-
nant.*

*Repugnans
Canonibus
Apostolorū,
sententijs E-
piscoporum
& Concilij.*

*Sunt ex Scho-
lis hæreticis
reperita.*

*Resistantur
ab Ignatio.*

*Comminatio-
nes Syricij.*

Pergamus igitur nūc in ordine historiae. Non autem iuxta Apostolicam Pauli modestiam, tanquā consilium Decreta sua Pontifices isti pposuerunt, sed Syricius, quasi in cacumine montis Sinai federet, fulminat: Si quis ab hac Canonis ratione voluerit euagari, sciat se & à nostra cōmunionē seclusum, & gehennę pœnas habiturū. Epist. 4. & distin. 82. Inquit: Si quis Episcopus, Presbyter aut Diaconus fuerit in coniugali consuetudine inuentus, omnem sibi per nos indulgentiæ aditū intelligat obseratū, quia ferro necesse est vt abscondantur vulnera, quæ fomentorum non sentiunt medicinam.

*Quanta cum
difficultate
cœlibatus Sa-
cerdotum Ec-
clesiis per Ro-
mā Pontifi-
ces obtrusus.*

Sed ordo historiae exigit, vt cōsideretur, quomodo Romani Pontifices legem suam de cœlibatu aliis Ecclesiis obtruserint, & quanta multorum annorū difficultate, multis vndiq; contradicentibus, violenter tandem iugum hoc Ecclesiis Occidentalibus imposuerint. Vt enim breuitatis gratia non singula cōmemoremus, satis indicij hoc est, quod post Syricium omnes fermè Pontifices, vna illa lege cœlibatus perferenda occupatissimi fuerunt: Quodq; ab illo tempore in tot prouincialibus synodis, longo tempore lex illa, variis subinde modis repetita est, quibus nihil opus fuisset, si Syricij decretū cū approbatione Ecclesię receptū fuisset.

*Quibus pri-
mam cœliba-
tus obtrusus.*

Obseruandus autem est actus Pontificum, quod illis primū prouinciis legem cœlibatus Sacerdotū obtruserunt, in quibus intellexerunt sparsa esse quædam eius seminaria. Quia enim in Hispaniis & Galliis antea per Elibertanum & Arelatense Concilia tentata fuerat lex ista, licet per Nicænā synodum esset inducta & abrogata, tamen quædam seminaria ibi adhęsisse, nō est dubium. Quomodo etiam in Thessaliam & Macedoniam cœperit superstitiō illa irrepere, antea ex Socrate ostendimus. Et ex Monachatu Essæorū apud Aegyptios, in Africam cōtagium quoddā transisse verisimile est. Syricius igitur ad Hispanos & Africanos. Innocentius ad Italos, Gallos & Macedonicos, Leo ad Thessalonicenses & Africanos, decretales suas Epistolas de lege cœlibatus potissimum miserunt. Iudicauerunt enim illis prouinciis primū occupatis, facilem patere aditum ad expugnandas reliquas.

*Hispani.
Galli.*

*Thessali.
Macedones.*

*Aphricani.
Syricius.
Innocentius.
Leo.*

*Carthaginēse
Concilium de
cœlibatu.*

Et Carthaginense quidē Concilium secundum, Can. 2. ex præscripto Syricij dicit: Omnibus placet vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & qui Sacramēta cōtrectant, pudicitię custodes, etiā ab vxoribus p-priis se abstineant. Rationis verò loco additur manifestū & luculentū mēdacium, his verbis: vt quod Apostoli docuerūt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoq; custodiamus. Vnde iudiciū potest fieri, quātum decretis illis tribuendū sit. Animaduertit hoc Gratianus, atq; ideo inseruit voculā (Apostoli docuerunt exēplo) Et glossa ridiculè inquit: A tempore Syricij hic vocat antiquitatē, cū ipso tempore Syricij Conciliū illud celebratum fuerit. Et tamē Sacerdotes Africanos decretum illud nō statim recepisse, inde colligitur, quod in quinto Cōcilio Carthag. adhuc repetēdum fuit. Ita in Galliis Episcopi quidam, forsā quia antiquitūs castrati matris Deūm Sacerdotes, Galli fuerant, & quia nō multò antè etiam in Arelateni synodo hoc tentant, sed per Nicēnam synodum impediti fuerant, cupidè conati fuerunt tunc Romanis Pontificibus gratificari. Sed Sacerdotibus repugnantibus, tot difficultates ipsis obiectæ fuerunt, q̄ annis amplius 200. continuis, multis & variis synodis prouincialibus, vt Agateni, Arausiana, Auernensi, ali-

*Ratio decreti
est mendaci-
ssima.*

*Glossa ridi-
cula.*

quot Aurelianensibus, Turonensibus, Matisconensibus & Antisiodoriensibus, hoc saxum ipsis voluēdum fuit. Et tamē in Turonensi secunda, Can. 8. & 15. annis post Syricium 170. Galliarum Episcopi, Archipresbyteri, Diaconi, & Subdiaconi adhuc vxorati fuerunt. Imò in Antisiodoriēsi 2. annis post Syriciū ducentis & amplius, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, in Galliis adhuc vxores habuerūt, quę Presbyteræ nominatæ fuerūt, Can. 21. & 22. Imò in medijs turbis, cū Gallici Episcopi in prouincialibus suis synodis legē cœlibatus vrgerēt, Saluianus Massiliensis Episcopus, vir doctissimus, circa annū 480. legem de cœlibatu expressè reprehendit, li. 5. de prouidētia Dei. Nouū prorsus, inquit, est conuersionis genus: Licita non faciunt, illicita committunt: Temperant à coniugio, & non temperāt à rapina. Quid agis stulta persuasio: Peccata interdixit Deus, non matrimonia. Item, non est conuersio, sed auersio. Qui iam pridem, vt fama est, opus honesti matrimonij relinquitis, tandem à scelere cessate. Alludit autem Saluianus ad Canonem illum: Nō assumendum cōiugatum ad Sacerdotium, nisi pmissa fuerit conuersio, quasi à labe & scelere.

*Difficultas
perferendi
hanc legem
in Gallia.*

In Hispaniis verò, Tarraconēsis Episcopus scribit Syricio, Sacerdotes non posse adduci, vt legē cœlibatus recipiāt. Et in Toletana prima, tēpore Syricij, Patronus Episcopus ita præfatur: Mihi placet primitūs cōstituta Nicæni Concilij perpetuò esse seruāda, nec ab eis recedēdū. Et vniuersi Episcopi mox referūt se ad gesta Nicæni Cōcilij, in quo quid de Sacerdotū coniugio statutum sit, supra ostendimus. Ac Presbyteros, Diaconos & reliquos Clericos habuisse tunc vxores, patet ex Can. 4. & 7. Imò etiam post ordinationē generasse, primus Canon ostendit. Dicit enim, Presbyteros & Diaconos, si post ordinationē filios genuerint, ad altiore gradum nō ascendant. Postea verò in multis Hispaniarum synodis, vt Gerundensibus, Hispalēnsibus & Toletanis, contumeliosè tractatū fuit coniugium Sacerdotum. Accessit etiam brachium seculare, per vim stabiliens legem cœlibatus: Et tamen post annos à Syricio ducentos, Isidorus, Hispalensis Episcopus, edidit regulam de vita Clericorum, in qua inter cetera dicit, dist. 23. Clerici castimoniam non violati corporis perpetuò obseruare studeant, aut certè vnus matrimonij vinculo fœderentur.

*Hispania re-
pugnare legi
cœlibatus.*

Galliis igitur tandem & Hispaniis sub iugū cœlibatus fermè missis, sensim alias etiam Prouincias aggredi cœperunt Pontifices. Nam circa annū 585. Ecclesia Syracusana elegerat Episcopum, habentē superstitem vxorem & liberos. Pelagius verò confirmationem integro penè anno distulit. Sed Syracusani in pposito suo irreuocabiliter perstiterunt, vt Pelagius ipsis, ne amplius insanirēt (sicut loquitur) cedere fuerit coactus, dist. 28. vbi Pelagius nō dissimulat, principalem causam legis de cœlibatu Sacerdotum, esse opes Ecclesiasticas. Et distin. 31. Gregorius narrat ante triennium, hoc est, circiter annum Domini 600. ducentis post Syricium annis, Subdiaconis Sicilię prohibitum fuisse, vt more Romanę Ecclesię, suis vxoribus nullatenus miscerentur. Addit autem Gregorius: Vsum talis cōtinentiæ, in Ecclesiis Sicilię antea non fuisse, atq; ideo istis Subdiaconis concedit vsum coniugum, sed in posterum neminem vult ordinari, nisi continentiam promiserit.

*Isidorus de
coniugio cle-
ricorum.*

*Sicilia tentat
legem cœli-
batus.*

Memorable autem est, quod Epistola Vlrici refert, Gregorium cū ex piscina quadam allata plus

*Memorabilis
fructus legis
de cœlibatu
Sacerdotum.*

*Gregorius de
cœlibatu.*

*Pontifices
Romani nati
patribus Sa-
cerdotibus.*

plus quàm sexies mille infantū capita vidisset, ingemuisse, & decretū de cœlibatu tantæ cædis causam confessus, condigno illud pœnitentiæ fructu purgasse. Decreto enim illo profus dānato, Apostolicū illud laudasse consilium. Melius est nubere, quā vri. Imò addidisse ex sui parte: Melius esse nubere, quā mortis occasionē præbere. Hæc Vitricus.

Et quidē ipsi sedi Romanæ præfuerūt Pontifices, ex sacerdotū cōiugiis nati, dist. 56. Bonifacius I. Felix III. Gelasius I. Agapetus primus, Syluerius Deus dedit, Theodorus, Hadrianus secundus, Agapetus secundus, ab A. D. 423. vsq; ad annū 950. Et ne de Gratiani palea dubitetur, idem confirmat etiā Platina & Volaterranus. Nec valet exceptio, quasi illi vel ex fornicatione, vel ante susceptos sacros ordines ex Sacerdotib. nati fuerint. Gratian. enim cap. Cenonanense, expressè dicit: Non sunt intelligēdi de fornicatione, sed de legitimis cōiugiis nati, quæ Sacerdotibus ante phibitionē vbiq; licita erāt, & in Oriētali Ecclesia vsq; hodie eis licere probātur.

Cū verò in Occidentali Ecclesia lex cœlibatus ita rumulquaretur tentatē quidē fuerunt etiā Græcæ Ecclesiæ in Thessalia præcipuè & in Macedonia, sicut de Innocētij & Leonis decretalibus supra diximus. Sed Orientales Ecclesiæ iugū illud sibi iniici passē non sunt, retinuerūt verò & defenderunt veterē libertatem. Licet ex Occidentali lege cœlibatus etiā in Oriente quædā adhæserunt. Circa annū igitur 530. Iustinianus in authen. de sanctis. coll. 9. talē fecit constitutionē: Clericos nō aliter ordinari cōcedimus, nisi literas sciāt, & recta fide ac honesta vita sint, & neq; cōcubinā, neq; naturales habuerint aut habeāt liberos, sed qui vel cœlibē vitā agunt, vel vxorē habuerunt, aut habent legitimā, & eam vrā & primam, neq; viduam neq; repudiatam, &c. Et in Nouellis cōstit. 8. Laudat Epiphanius Episcopū Constantinopolitanū, quod ex Sacerdotibus & genus & originē ducat. Romani tamen per Iustinianū tentatūt legē cœlibatus. Dicit enim, col. 6. se illos præferri qui habentes vxores cū illis nō cohabitāt, sed cœlibatū eligunt. Et col. 9. sancit Diaconos nō ordinādos nisi p̄fessi fuerint cœlibatū, sed hæc Græci in 6. vniuersali synodo retractarunt.

*Orientales
Ecclesiæ ten-
tata lege cœ-
libatus.*

Postea enim circa A. D. 690. Græci seu Orientales videntes iugū cœlibatus, Occidentalib. quibusdam Ecclesiis per vim iniectū, & legem illā subinde ad alias etiā Prouincias p̄gredi, cū quidem antea etiam in parte quadam Hellados, hypocrisis illa puritatis ite repere cœpisset, sicut Socrates narrat, & Iustinianus etiā ab Episcopis quibusdā persuasus, eo inclinasse videretur, circa A. D. 530. in Authentica Quomodo oportet, vbi inquit: Nihil sic in sacris ordinibus diligimus, quàm cum castitate viuentes, aut cum vxoribus nō cohabitantes, aut vnus vxoris virū, qui siue fuerit, siue adhuc sit, & ipse castitatē eligat, &c. Ne igitur in Oriētalibus Ecclesiis, ex huiusmodi principis quasi feminariis, idem accideret, quod in Occidentalib., iudicārūt legi cœlibatus instar Gangrenæ serpenti, maturè occurrendum, idq; non pauanis Doctōrū disputationibus, sed publica authoritate, & generali vniuersalis synodi constitutione. Mox igitur post sextam generalem Synodum, conuenerunt in Trullo Regii palatii 227. patres, & inter reliquos Canones, decimum tertium hac de re posuerunt, qui etiam repetitur, dist. 31. Canon. Quoniam.

*Orientalium
Episcoporum
Canon pro
coniugio Sa-
cerdotum.*

Primò autem Canonem illum, sicut apud Gratianum extat, recitabimus, deinde ex Græco sub-

iuagemus versionem. Ita igitur Gratianus Canonem hunc refert: Quoniam in Romani ordine Canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati sunt Diaconi vel Presbyteri, confiteri, quod non suis iam copulentur vxoribus, antiquum sequentes Canonem Apostolicæ diligentia, & constitutiones sacrōrum virorū, legales nuptias amodò valere volumus nullo modo cū vxoribus suis eorum connubiā dissoluentes, aut priuantes eos familiaritate ad inuicem, in tempore oportuno. Quicumque ergo dignus inuentus fuerit subdiaconali ordinatione, aut diaconali aut sacerdotali; hi nullo modo prohibeantur, ad talem ascendere gradū, quo vxoris suæ cohabitatione, nec etiā tempore ordinationis suæ profiteri castitatē cogantur, quod abstinere debeant à legalis vxoris familiaritate. Item, oportet eos qui altari ministrāt, in tempore oblationis sanctōrū, cōtinentes esse in omnibus, vt à Deo possint consequi quæ suppliciter postulant. Si quis igitur præsumpserit, cōtra Apostolicos Canones, aliquos presbyterorum & diaconorū priuare à cōtactu & cōmunionē legalis vxoris suæ, deponatur. Similiter & Presbyter aut Diaconus, qui religionis causa vxorem suam expellit, excommunicetur, si verò in hoc permanserit, deponatur. Multis modis obscute & incommode redditus est hic Canon, quod arbitror nō tam à Gratiano factum, quàm ab aliis Pontificis postea, quibus Canon ille fuit tanquam fudes in oculo. Ideò studiosè verba eius, quasi per ludibrium diuerxerunt, vt Canon dicere videretur: Sacerdotes Romanæ Ecclesiæ profiteri, quod copulentur vxoribus nō suis, Nam & in Tomis Conciliorum profus expunxerunt & omiserunt illum Canonem. Cromerus verò disputat non esse genuinum.

Sed in Græco Nomocanone extat, citatur à Nilo Thessalonicensi, interpretantur eum Gentianus, Heruetus & Perionius etiam. Ego simplicem versionem ponam, additis alicubi Græcis vocabulis, vt emphasis rectius expendi possit. In hanc igitur sententiam Græcis Canon loquitur. Quoniam in Romana Ecclesia (ἐν τῇ ῥωμαϊκῇ) loco Canonis seu decreti, traditum esse cognouimus (μέλλοντας ἀξιώσθαι) vt ii, qui digni habendi sunt ordinatione Diaconi vel Presbyteri (καθομολογήσιν) profiteantur, se deinceps cum vxoribus suis non congressuros seu cōcubituros (συνάψιν) Nos sequentes (ἀρχαίῳ) veterē Canonem (ἀποστολικῆς ἀκριβείας καὶ τάξεως) Apostolicæ, sinceræ, exquisitæ & ordinatæ cōstitutionis, legitimæ sacrorū virorū (συνουχίας) cohabitationes coniugales etiā ex hodierno die in posterum (καὶ ἀπὸ τῆ νῦν) valere ratas & firmas esse, (ἐπιβάσθαι) volumus. Nullo modo eorum cum vxoribus proprijs (συνάψιν) coniunctionem seu copulationem dissoluentes, aut (ἀποσερῶντες) fraudantes eos (κατὰ κερδὸν τὸν προσήκοντι ὀμιλίαι) consuetudine coniugali, quæ conuenienti tempore fiat. Itaque si quis dignus inueniatur Hypodiaconi, Diaconi aut Presbyteri ordinatione, is minimè prohibendus est ad hunc gradum ascendere, idè quod cum legitima vxore (συνουχίῳ) cohabitaret. Nec tempore ordinationis suæ (ἀπαυτίθῃ) postuletur ab eo seu cogatur, vt profiteatur (ὡς ἀποθήσεται) quò abstinere velit aut debeat legitimo congressu cum propria vxore, non autem indiscriminatim cum vxoribus suis coniunctionem habebunt, sed vicis suæ tempore abstinēbunt. Si quis igitur præsumpserit contra Apostolicos Canones, Diacono-

*Canon sicut
extat apud
Gratianum.*

*Canon Gra-
ecus.*

Diaconos & Sacerdotes post ordinationem, consuetudine cum legitimis suis vxorib. priuare deponatur: Similiter & qui ordinantur, si vxores suas prætextu pietatis abiiciant, excommunicentur.

Multa in hoc Canone sunt consideranda. Non enim hoc tantum dicunt Orientales, quod constitutiones & Canones Romanæ Ecclesiæ de lege & voto cœlibatus Sacerdotum non velint recipere, sed rationem addunt grauissimam, quia scilicet Romanæ illæ constitutiones, pugnent contra veterem Canonem Apostolicæ constitutionis, vbi disertè cautum est: Ne prætextu religionis consuetudo coniugalis Sacerdotib. prohibeatur, Canone Apostol. 5. Et eo ipso, quod Canonem illum, de consuetudine coniugali Sacerdotib. licita, vocant ἀρχαῖον, ex antithesi notant Romanum Canonem de lege & voto cœlibatus esse νεαρόν nouitium, sicut Socrates etiā eum appellat. Similiter etiā eo ipso, quod hunc Canonem de coniugio Sacerdotum affirmant esse Apostolicam constitutionem, negant Romanæ Ecclesiæ constitutiones de cœlibatu Sacerdotum esse Apostolicas. Ac idem merito dicunt, se repudiato Romanæ Ecclesiæ decreto, veteri Canoni Apostolicæ constitutionis velle obsequi, hoc enim significat ἐξακολουθεῖν. Et quia Epiphanius ausus fuerat disputare: Canonem illum de consuetudine coniugali Sacerdotibus permissa, non esse ἀκελεῖν, hoc est, minus sincerum (sicut interpres reddidit) seu minus exactum & exquisitum. Patres illi confirmant, in eo Canone esse Apostolicam ἀπιθεῖαν, hoc est, Apostolicam sinceritatem exactam & exquisitam. Ac diligenter obseruetur, Epiphanius disputationem de Canone cœlibatus Sacerdotum, in generali synodo, publica auctoritate esse reiectam & explosam. Quod verò Latini contenderunt, Apostolos temporis tantum gratia Canonem illum posuisse, vt progressu temporis emendaretur, hoc Patres illi negant. Dicunt enim, Apostolicam illam constitutionem esse sinceram & exquisitam, & in posterum etiam debere valere. Et tandem ex hoc fundamento, decretum faciunt: Coniugium nequaquam debere impedimento esse, quo minus is, qui idoneus est, ad sacros ordines assumatur & euehatur, & à nemine tempore ordinationis exigendum esse votum cœlibatus: Imò depositioni & excommunicationi subiiciunt, si quis vel legem cœlibatus Sacerdotibus imponat, vel si quis in sacris ordinibus constitutus, prætextu pietatis & religionis consuetudinem coniugalem abiiciat. Quod dicunt de conuenienti tempore consuetudinis coniugalis, respiciunt ad locum Pauli, 1. Cor. 7. qui in præcedentibus explicatus est. Nam & Paulino verbo (ἡποσεπέντες,) vtuntur. Gratianus verò eo loco peregrina verba ex secunda synodo Carthaginensi infarsit: Qui altari ministrant, debent in omnibus esse continentis, quo possint simplicitet, quod à Deo postulant, impetrare.

Porrò licet hoc modo Orientalis Ecclesia libertatem coniugij Sacerdotum, contra Occidentales rectè defenderet, aliquantulum tamen etiam in Oriente, tunc à prioribus institutis recessum, & Occidentalibus aliquid concessum fuit. Nam in eadē synodo, Can. III. dicunt: Quia Romana sedes, quod ad Sacerdotum coniugium attinet, summum ius, Constantinopolitana verò ἐπιμέλειαν seruauit, nos ex duobus illis medium componamus, &c. Atq; inde factum est, quod eos qui vel ad secundas nuptias transferunt, vel qui viduam, repudiatam, ancillam, meretricem duxerunt, noluerint in posterum ad sacerdotium admit-

tere, Can. 3. Et quod 13. Canone Sacerdotibus concedunt, hoc Episcopis negant. Nam in 12. Canone Episcopum iubent à propria vxore secedere post ordinationem. Et Can. 48. vxor Episcopi in monasterium detruditur. Quod cum Nicæna synodo, & cum Apostolico, Can. 5. expressè pugnat, vbi tam Episcopis, quam reliquis Sacerdotibus vsus coniugij non tantum permittitur, sed Episcopus prætextu religionis vxorem abiiciens, deponitur & excommunicatur. Ex eadem etiam mixtura in 6. Canone Constantinopolitano decernunt, vt DEINCEPS, Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis, post ordinationem non liceat coniugium contrahere. Quia enim dicunt (deinceps) ergo antea licuit. Ne tamē laqueum videantur cuiquam iniicere, permittunt & suadent, vt qui continere non possunt, vxores ducant priusquam ordinentur, quā cautionem etiā hodie Græci vsurpare dicuntur. Et inde Sigismundus Baro scribit, apud Moscovitas sæpè eodē die vnū & eundē vxorē ducere, & mox postea ad gradum diaconatus ordinari.

Cum itaq; hoc modo (accedente etiam Imperatorum auctoritate, sicut in Can. 3. patet, qui in Oriente tunc sedē Imperij habebat) lex cœlibatus ex Orientalibus Ecclesijs exclusa esset, & Iustiniani Authentice correcte, Romani Pontifices abiecta omni spe, quod Orientem etiā lege illa sua occupare possent, constituerunt, in reliquis Occidentis Ecclesijs, cœiugio Sacerdotum præscripto, legem cœlibatus strenuè vrget. Et astute Canonem Constantinopolitanum ita interpretari cœperunt, quasi Oriente tantum excepto, totus Occidens legi cœlibatus subiectus esset. Ita enim Stephanus II. dist. 31. aliter se Orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter huius sancte Romanæ Ecclesiæ. Nam eorum Sacerdotes, Diaconi aut Subdiaconi, matrimonio copulantur. Istius autē Ecclesiæ, vel Occidentaliū, nullus Sacerdotum à Subdiacono vsq; ad Episcopum, licentiā habet coniugium sortiēdi. Quasi verò aliud esset Euangelium in Oriente & aliud in Occidente. Atq; Orientalium traditionem constat esse Apostolicam, Scripturæ scilicet, verę etiam & purioris antiquitatis. Qualis verò & vnde sit Occidentalis traditio, prohibens coniugium, Paulus nominatim explicat. 1. Tim. 4. & Ignatius in Epist. ad Philadelphenses, sicut supra dictum est.

Exigeret autem ordo historię, vt porro ostenderemus, quibus artificijs, & quantis difficultatibus lex de cœlibatu Sacerdotum, reliquis etiā Occidentis Ecclesijs obtrusa sit. Sed quia instituti nostri non est integras historias contexere, breuiter tantum quedam annotabimus, quādo & quomodo, lex ista Angliæ, Hybernias, Germaniæ, Polonię, Bohemiæ, Danię, Succię Ecclesias, magnis turbis, & diuturnis difficultatibus inuaserit.

Et in singulis hoc obseruetur, quod Euangelium, quando primò in istis locis plantatum fuit, non tulerit secum legem de cœlibatu Sacerdotum, sed quod multò post Sacerdotibus in illis prouincijs, ab initio Euangelij habentibus vsus coniugij, lex ista imposita & superseminata fuerit, tanquam zizania inter triticum. Iure enim hic etiam illud Tertulliani valebit. Quod primum verum, adulterinum autem quod posterius.

Britanniam igitur seu Angliam omnium prouinciarum primam Christi nomen recepisse, Sabellicus author est. Doctores enim Ecclesiarum Britannicarum numerantur, inde ab anno Domini 170. & vterius, & tamen per multas annorum centurias, Britannia legem cœlibatus Sacerdotum ignorauit,

Episcopi cœiugio interdictum.

In Occidentibus Ecclesijs lex cœlibatus vrgetur.

Stephanus secundus.

Britannia conuersa quando.

Expenduntur Verba Græcæ Canonis.

Epiphanius sententiam synodi refellit.

Aliquid de cœlibatu in Orientales Ecclesias irrepit.

*Tentata lex
cœlibatus in
Anglia.
Augustinus
Monachus.*

ravit. Circa annum verò Domini 600. Augustinus Monachus Romanus, à Pontifice Gregorio missus fuit in Angliam, vt Romanas traditiones Ecclesijs Britannicis inferret, sed huic Episcopi & doctores Britannia fortiter primò se opposuerunt, atq; id eò, licet cœlibatus Sacerdotum pars nõ postrema esset Romanarum traditionum: Augustinus tamẽ ille cum videret, coniugium Sacerdotibus Britannia vlitatum esse, non statim prohibitionem coniugij ipsis obtrusit. Sed orsus ab aliis pompaticis ceremoniis, homines primum in admirationem Romanę sedis adduxit, postea sensim & ipse & successores eius fundamenta legis de cœlibatu Sacerdotum, varijs artificijs cœperunt substruere, partim mirificis encomiis castitatis, quam in solo cœlibatu constituiebant, partim in introducta in Angliam hypocriti Monachorum Benedictinorum.

*Brituualdus
Lundonsis
Episcopus.
Beda.*

Circa annũ vero Domini 714. Brituualdus Lundensis Archiepiscopus, in Synodo tentauit Sacerdotibus coniugium prohibere, sed non potuit hoc obtinere. Interea Beda contra coniugiũ Sacerdotum disputabat (mortuus enim est an. 734.) vt dist. 31. Sacerdotibus vt semper valeant altari assistere, semper ab vxoribus est abstinendum. Post Bedam verò Monachorum declamationibus & hypocriti, Clericorũ coniugium in magnum contemptum apud vulgus adductum fuit. Odo igitur Cantuariensis Episcopus, circa annum Domini 950. magno tumultu Sacerdotũ nuptias hæreticas iudicandas decernebat. Sed quia vna erat, sine verbo Dei & sine viribus, infania, Dunstanus successor Odonis, alia via rem aggrediendã iudicauit. Et operã precium est obseruare, cum disputationibus, declamationibus & hypocriti, non possent legẽ cœlibatus, & prohibitionem coniugij inuehere, quibus tandẽ

Odo Cantuariensis.

Dunstanus.

*Fabula de 12.
articulis Ga-
briels Arch-
angeli.
Mona Pontif-
icis ad An-
glos.*

rationibus hoc perfecerint. Monachi sparserãt fabulam, Gabrielem Angelũ in charta quadam 12. articulos signatos detulisse, quòd coniugiũ Sacerdotum non esset tolerandum, mox Dunstanus Romã ad Põtificem proficiscitur, & inde redit in Angliã, anno 960. horribili bulla Iohannis 13. ornatus, qua ipsi dabatur summa authoritas, vt Sacerdotes Britannici vel vxores abijcerẽt, & votũ cœlibatus susciperent, vel omnibus profus Ecclesiasticis prouentibus exuerẽtur. Adiunxit verò sibi Dunstanus etiam brachium seculare Regis Edgari, vt si clauẽ non posset soluere, gladio nodum illum disseccaret. Cumq; Sacerdotes legitimas suas vxores nollent abicere, Dunstanus ipsos eo titulo, quasi essent vasa fornicationũ, ab Ecclesijs cathedralib. expulit, & Monachos Benedictinos in ipsorum locum substituit, vnde nomẽ Canon'icorũ regularium ortum, ad hũc vsq; diem durat. Multis verò bonis, tyrannis illa displicebat. Orta igitur fuerunt magnæ turbæ in regno Angliæ, circa annũ 975. ita vt causa presbyterorum electorũ, ad delectos iudices deferenda esset, qui cum Vintoniæ in Monachorum conclau, in frequenti confesso ea de re agerẽt, & iam maior pars decerneret, presbyteros esse restituendos ad pristinos honores. Ecce subitò vox audita est, Nõ benè sentiunt, qui presbyteris fauent. Verũ quia imago Christi de cruce pendentis, qua ibidem prostabat, visa fuit eam reddidisse vocem, ita fides habita est oraculo, vt presbyteri causa ceciderint, & turba omnis sedata sit. Hæc Polydorus, libro 6. Angliæ historiæ, qui addidit, multos tunc existimasse, Phœbi magis quàm Dei oraculũ illud fuisse, hoc est, hominum fraude non Dei nu-

*Gladius Ro-
gis Edgari.*

*Sacerdotia
Anglia tra-
duntur Mo-
nachis Bene-
dictinis.*

*Turba in An-
glia propter
legem cœli-
batus orta.*

*Vox incerto
autore pro-
lata iuendi-
remit.*

tu editum. Inde Canutus rex, circa annum Domini 1020. Sacerdotes, eò quod vxorati essent, ex templo Buriensi, substitutis Monachis eiecit, idem postea Eduardus fecit in collegio Oxoniensi.

*Canutus
Rex.*

Sed circa annum 1097. cum rex Vuilhelmus, accepto annuo tributo, presbyteris cõiugatis vxores relinqueret, & reliquis potestãtẽ faceret contrahedi matrimonium. Anshelmus Cantuariensis se opposuit, & in synodo Londinensi, anno 1102. Sacerdotib. vxores prohibuit. Varię in illa synodo disputationes fuerunt, quibusdã mundissimũ hoc visum fuit, quibusdã verò periculosum, ne dum mūdicias viribus maiores appeterent, in imundicias horribiles, ad Christiani nominis summum dedecus, inciderẽt. Ac mox anno sequẽti, publicis querelis ad Anshelmũ delatũ fuit, loco prohibiti coniugij, cœpisse per totam Angliã regnare vitium Sodomiticum, & ex Clero contagium illud etiam ad Laicos serpere. Anshelmus nouis edictis hoc reprimere studuit, sed frustra, cum remedium diuinitus institutũ prohiberet. Cum verò ne hac quidem ratione prohibitio coniugij ab omnibus reciperetur, Anshelmus causam ad Romanũ Pontificem detulit, à quo missus Iohan. Cardinalis in synodo Londinensi, Pontificia authoritate, coniugium Sacerdotũ denuò profus damnauit, anno 1125. Sed mirabili iudicio Dei, sequẽti nocte cum scorto in lecto deprehensus, captus fuit. Cumq; Episcopi postea, an. 1129. illam Cardinalis sententiã executioni mandandã, à Rege Henrico flagitarẽt, is accepta à Clero pecunia, permisit ipsis siue vxores, siue mulieres. Missus igitur tandem Albertus Ostiensis ab Innocẽtio, an. 1138. coniugium Sacerdotum in perpetuũ proseribit ex Anglia. Et tamen postea etiam, multi eruditi Sacerdotes in Anglia, legitimas vxores & liberos habuerũt, quos recenset Balæus 3. Cent. 10. Reliqui, qui vxores dimittebãt, & easdẽ loco concubinarum recipiebant, tolerabantur.

*Reddit Sa-
cerdotum
Anglia Sxo-
res.
Anshelmus
cœlibatum
sacerdotum
propinat.
Synodus Lon-
diniensis.*

*Sodomiam
parit lex cœ-
libatus.*

*Iohan. Card-
nalis dam-
nans coniu-
gia Sacerdo-
rũ cum scorto
captus.*

*Albertus O-
stiensis.*

Hæc ex Balæi Centuriis, qui ex certis historicis ea descripsit, collecta, pro ratione instituti nostri, hoc loco breuiter annotare volui. Et grata nobis debet esse illa historia. Manifestè enim ostendit, Christum Euangeliũ quidem suum Britannia intulisse, circa annum salutis ducentesimum, & illud per ministros tam coniugatos, quàm cœlibes propagasse. Post quingentos verò demum annos, prohibitionem coniugij, à Romanis Pontificibus cœpisse eò inuehi, sed maximè certabimus, per quadringentos annos continuos & amplius, verè Romanensibus artificijs fabulam illam aetam, nõ gladio Spiritus quod est verbum Dei, sed Monachorũ hypocriti, & clamoribus Pontificum bullis, Regũ gladiis, & Satanæ præstigijs. Hoc enim præcipuè in Historia Anglicanica cœlibatus obseruandum est, quibus epicherematis, lex Pontificij cœlibatus, Ecclesijs Britannicis obtrusa sit. Inde enim statui potest, ex cuius Spiritus officina, talia non argumenta, sed epicheremata profecta sunt.

De Hyberniæ Ecclesijs, Bernhardus in vita Malachia scribit, quod vsq; ad suam ætatem Episcopi ibi fuerint vxorati. Et nominatim dicit, in sede Archiepiscopali Hyberniæ Armachana, ante Celsum, qui Bernhardi tempore vixit, oetio viros vxoratos & literatos sedisse, qui ob vitadum laqueum voti cœlibatus, ordinationẽ à Romanis Pontificibus noluerũt petere. Et Malachias primus, legem cœlibatus Sacerdotũ in Ecclesijs Hyberniæ inue-

*Hybernia E-
piscopi coniu-
gati.*

Malachian

Porro

Bulgari. Porro quia Bulgaria inter Vngariam & Græciã sita est, Romani Pontifices eam Occidetalibus Ecclesiis adiungere conati sunt, & populum hypocrisis externa cœperant dementare. Nam circa annum Domini 860. distinct. 28. Bulgari Nicolaum primũ consulunt, vtrum presbyterum, habentem vxorẽ, debeant sustentare & honorare, an vero à se proiicere. Illis Nicolaus ita respondet, vt ostendat, se nõ re ipsa tantum, sed disertis etiam verbis Paulo contradicere. Paulus enim dicit: Oportet Episcopum irreprehensibili esse, vnus vxoris virum. Nicolaus verò Bulgariis respondet, presbyteros coniugatos esse valde reprehensibiles, sed tamen posse tolerari, sicut Christus Iudã inter suos discipulos tolerauit, & sicut Deus solem suum facit oriri super bonos & malos. Sed sacerdotes Bulgari per Episcopos suos Guntherum & Theodogatum, Nicolao isti acriter se opposuerunt, & tyrannidem ipsi obiecerunt. Cumque Pontifex sua tonitrua, & fulgura ipsis minjaretur, ostenderunt se bullas nõ multum timere. Successor verò Nicolai, Adrianus secundus, circa annũ Domini 870. tres Legatos, Syluestrum, Leopardum & Dominicum misit ad Bulgarios, vt ibi in Ecclesiis omnia ad normam Pontificiã instituerent, & adduxerunt illi secũ sacerdotes Latinos, sed Bulgari expulsis Latinis sacerdotibus, Græcos retinuerunt, & Constantinopolitanã Ecclesiã tandem se rursus adiunxerunt.

In Germania Euangelium quando. Sed ad patriam Germaniam venio, quã vt natio mascula, ab initio recepti Euangelij, ad Hellebrandum vsque per annos nongentos & amplius, cõiugium sacerdotũ defendit & vsurpauit, ac iugũ cœlibatus, sicut postrema recepit, ita prima proiecit. Irenæus enim, qui scripsit circa annũ Domini 180. testatur suo iam tẽpore celebres in Germania Ecclesias fuisse, & fidem earum simplicem, nihil continentem præter ea, quæ in Scripturis sacris tradita sunt, quæq; in capitibus Catecheseos habemus, describit, lib. 1. Vnde verisimile fit quod dicitur: Crescentem, quem Paulus scribit in Galliam abiisse, 2. Tim. 4. Moguntia docuisse fidem Christi. Hilarius etiã Episcopus vxoratus, circa annũ Domini 350. narratur scripsisse ad Episcopos Germaniã primã & secundã, & nominatim dicitur ad Vuormatiẽsem Episcopum scripsisse, de quodam Euphrate Agrippinensi Arriano. Ambrosius etiam ad quandã Germaniã Reginam Fridgildam scripsisse dicitur. Hieronymus, lib. 2. cõtra Iouinianũ, testatur se in Treuirensi Ecclesia (vbi ante etiã Athanasius latuerat) versatum, & ibi dicitur cũ Ruffino, Bonoso & Florentio, κατηχησαν magistros audiuisse. Et ex Germanica illa Schola Catecheseos. prodiit explicatio in symbolũ Apostolicum, quã Cypriani titulo fertur, sed à Ruffino conscripta est. Vnde post Irenæũ, de doctrina & fide Ecclesiarum Germanicarũ statui potest. Ex illo etiã loco, Hieronymus epistolã scripsit ad duos illos Germaniã sacerdotes Sũnionem & Fridelum, qui cum audissent, Hieronymũ Hebraicã linguã peritum esse, petierãt depraũata quædam loca in Psalmis restitui. Tantopere hoc Hieronymo placuit, quod exclamat in Epistola: Quis hoc crederet, vt Barbarus Getarũ sermo, Hebraicam quærat veritatem, & dormitantibus imò contendentibus Græcis, ipsa Germania Spiritus sancti eloquiã scrutetur? &c. Et quia sermonis Getarum meminit, quasi distinguens eum ab Idiotismo Treuirensi, hoc est, Germania Cisrhenana. In media igitur Transrhenana Germania, videntur

Irenæus. duo illi sacerdotes fuisse. Nõ diu enim post Hieronymum, Clodoueus Rex Francorum, circa annum Domini 440. fidem Christianam publice suscepit, & in prouinciis suis eam propagauit. Et Bonifacius fidem Christi in Germania inuenit, nõ attulit. Historiã enim manifeste testantur ab annis octoginta, ante Bonifacium, collapsam fuisse disciplinam Ecclesiasticam Frãncis Ecclesiis. Ergo antea & veram doctrinam, & piã disciplinam habuerunt.

Crescens Moguntia docuit. Hilarius ad Germania Episcopos. Cum igitur sexcentos ferme annos Germania fidem Christi professã esset, tempore Bonifacij & lōge post legem cœlibatus sacerdotum adhuc ignorauit. Non enim gregarij seu plebei tantum sacerdotes, matrimonia habuerunt in Germania, sed præcipui etiam Episcopi. Nã Bonifacius, circa annum Domini 730. inuenit Geholubum (quem alij Gerbilionem appellant) Episcopum Moguntinũ, cuius pater Geraldus ante ipsum Moguntiacus Episcopus fuerat, Auẽtinus libro tertio, pag. 294. Hedio ex vetustissimis diplomatis ostendit, Paschalem Episcopum Curia Rhetorũ, circa annum 760. in ipso Episcopatu habuisse legitimã vxorem, cuius adeo ipsum non puduit, vt voluerit nomen ipsius in principio quorũdam diplomatum addi & exprimi, & quidem honesto titulo, quod esset Antistita seu Episcopa Curienfis. Auẽtinus, libro 5. pagina quingentesima & septuagesima quarta, de Hellebrandi tempore scribens, inquit, circa annum Domini 1075. Sacerdotes Germaniã illa ætate publice vxores, sicut cæteri Christiani habebãt, & filios procreabant, sicut in instrumentis donationum, quã illi templis Mystis, Monachis fecere, inuenio, vbi hæ nominatim cum coniugibus testes citantur, & honesto vocabulo presbyterissã nuncupantur, imo Hieron. Gebuilerus Pontificius nostri temporis Scriptor fatetur, sicut etiam Balæus idem annotauit, tempore Henrici 4. circa annum Domini 1070. in Gallis & in Germania circiter 24. Episcopatus fuisse, in quorum diocesi à superioribus ordinibus, ad infimum Clericum vsq; cõiugati fuerunt, & Nicolaus primus, circa annum Domini 865. scribens ad Rathulfum Episcopum Argentoratensem, matricidẽ cuidam imponit certam pœnitentiam, vt post quadrienniũ possit quidem communionis gratiam accipere, oblationes vero non offerat ante alterum septenniũ. Fuit ergo presbyter, quia offerendi potestatem habuit. Et tamen Nicolaus addit, à propria verò & legitima coniuge non separetur, ne in fornicationis voraginem corruat.

Ambrosius. Euãgelium igitur Christi, ab Apostolorum statim tempore in superioribus Germaniã partibus susceptum, nõ iniecit sacerdotibus Germanicis laqueũ cœlibatus seu prohibitionẽ coniugij. Ab initio enim suscepti Euãgelij per annos ferme mille, coniugium sacerdotum, non tantum vsitatum, sed honorifice habitũ & defensum fuit, in Germanicis Ecclesiis, sicut ex illis, quã iam recitauimus, patet.

Clodoueus. Videamus iam, quando, per quos & quibus artificijs, lex cœlibatus in Germanicis Ecclesiis tentata, quantisq; non tam difficultatibus, quam totius imperij concussionibus, tandem per vim intrusa sit. Circa annum igitur Domini 700. ob Regum negligentiam & crebra bella, magna licentia Ecclesias in Francia inuaserat, sacerdotes canes & scorta alebant, luxu & auaritia perditũ, inquit Auẽtinus. Non multò post venit ex Anglia in Germaniam Vinofridus, qui perspecto statu Ecclesiarum

Bonifacius. Quãdoq; per quos lex cœlibatus in Germaniam intrusa sit.

Primi Episcopi Germania coniugati fuerunt. Geraldus Moguntin. Paschalis curia Rhetorũ Episcopus coniugatus.

Antistita seu Episcopa. Presbyterissã.

Vinofridus. Anglus in Germaniã.

in Francia, Romam pergit, rem omnē ad Gregorium secundū defert. Is Vinofridum sacrae Philosophiae Magistrum Germaniae gentibus designat, & Pontificio diplomate illi mandat provinciam docendi Francos, & à malis falsisq; sacerdotibus purgandi, A. 719. idibus Maij. Qui per biennium mandatis strenuè defunctus, Romam reuertitur, & Vinofridi nomine in Bonifacium mutato, Episcopus creatur, & conceptis verbis in scita Pontificum per Germaniam propaganda iurat, A. 721. pridie calendarum Decembris. Verba Iuramenti extant apud Auentinum, pag. 288. Atq; diplomatis Pontificis ad Reges & Episcopos Germaniae ablegatur. Dignū autē est obseruatione, quod Bonifacius ille, cum tale mancipium Pontificis factus esset, vt Nauclero teste, considerit flagitiosum illud capitulum, dist. 40. Si Papa, nō statim primo congressu ad Romanorum Pontificum placita, sicut iurauerat, Germanos obligare ausus fuit. Multi enim se ipsi opponebant, q̄ offerret dissentanea Apostolorum doctrina: vt Sydonius, Virgilius, Adelbertus, Claudius, Clemens Scotus. Ideo Gregorius scribens ad Episcopos Bavariae, nō audet primo suas traditiones offerre, sed illa ipsa fundamenta doctrinae Christianae repetit, quae intelligebat in Ecclesiis Germaniae tunc recepta & usitata esse. Ita enim inquit apud Auentinum, pag. 290. Controuersiae secundū Christi seruatoris nostri legem, & placita Euangelij, Pauliq; legati Christi scita, cognoscantur. Et in fine addit: Nemo se perfectum, nemo iustum, nemo Sanctulum esse confidat. Tota vita Christiani poenitentia est, & bellū. Imbecilles & homines sumus, omnes egenus clementia Dei. Sed contradicentibus sub alia specie expulsis, mox sub praetextu reformationis prauae vitae sacerdotum, doctrinae etiam mutatio tentata est, & Pontifices suū fermentum admiscuerunt. Noui enim Episcopi ad Canonū statuta alligabatur, & mandabatur ipsis, vt ex Romanae sedis doctrina, populum informet, apud Nauclerum, pagin. 786. & sequenti. Hinc Gregorius secundus mandauit, Baptismum, citra mortis necessitatem, non esse administrandum, nisi in festo Paschatis & Pentecostes. Mox Gregorius tertius addidit. Quisque fidelis pro suis mortuis verè Christianis licite potest offerre, debetq; presbyter eorū facere memoriam. Nauclerus, pag. 787. quod diligenter notetur, oblationes pro mortuis, in Ecclesiis Germanicis, per annos ferme septingentos, nō fuisse, sed per Bonifacium primo introductas. Sed ad historiam coelibatus reuertamur.

Inter capita igitur reformationis Ecclesiarum in Germania per Bonifacium, non postremum erat lex coelibatus, seu prohibitio coniugij sacerdotū. Sed quia Bonifacius animaduertit, Germanos à vagis libidinibus abhorrere, amantes verò, reuerentes & tenaces esse legitimi foederis coniugalis; sicut ipse Bonifacius apud Nauclerum, Tomo secundo, pagina prima, scribit: in antiqua Saxonia, si virgo in paterna domo stuprata, vel matrona fuerit adulterata, strangulatā cremant, & super fossam sepulturae corruptorē suspendunt, aut cingulo tenus vestibus succis flagellant, castaeque matronae pungunt de villa in villam, donec interimant, &c. Pontifex igitur nō ausus fuit sacerdotibus Germanis primo aditu legitimum coniugium prohibere. Sed Gregorius secundus hoc tantum mandauit Bonifacio, Epistola 3. Ne digamos in sacerdotum ordinem cooptaret. Gregorius verò tertius de re-

formatione sacerdotū, quos fornicatores & adulteros esse acceperat, ita scribit ad Episcopos Bavariae, Nemo scorta aut concubinam alat, quisq; aut caste viuat, aut vxorem ducat, quam repudiare fas non esto, Auentinus pag. 290. Sed post hunc cum Bonifacius à Zacharia Pontifice peteret cōsiliū, quid agendum sibi esset, si inueniret sacerdotes fornicarios & adulteros. Respondet Zacharias, Dominus dicit: Sacerdotes mei semel nubāt, Et Apostolus vnus vxoris virum vult. Et hoc ante susceptum sacerdotium vti licitum est, nā à die suscepti sacerdotij, etiam ab ipso proprio coniugio prohibendi sunt. Item, quomodo plures vxores habere praesumunt, quibus nec vnam concessum est, post susceptum ministerium, attrectare? Ita quidem Zacharias. Sed dignū obseruatione est, quod illud de prohibitione coniugij sacerdotum Bonifacius vel non ausus fuit Germanis proponere, vel nō potuit obtinere. Extat enim descriptio Synodi à Carolomāno conuocatae, Anno Domini 742. & à Bonifacio celebratae, apud Auentinum, pag. 292. & apud Nauclerum, pagin. 791. vbi prorsus nulla fit mentio prohibitionis coniugij sacerdotum, quam Zacharias mandauerat. Et post illud etiam tempus, sacerdotes in Germania vxoratos fuisse ostēdimus. Sed hoc tunc statutum fuit. Sacrificuli adulteri, scortatores, sacris opibus nequaquam alantur. Item Sacerdos scortator, libidinisque mancipium, in carcere pane & aqua pascitur, poenas luat. Et nullus in domo sua subintroductam mulierē habitare permittat, &c. Interea verò Bonifacius ita cōcionabatur, vt oblique ad coelibatum alluderet: Sacerdotes debere cupiditatibus imperare, libidines refranare, voluptates spernere, &c. Et Zacharias postea cū videret lege & mandato, se non posse prohibitionem consuetudinis coniugalis apud Germanos obtinere, scribit Ecclesiis Galliae & Fraciae, Anno 743. precario vel consulendo proponens, vt in posterū coelibes ad sacerdotium assumant. Hae enim sunt eius verba: Si Bonifacio dicto audientes eritis, & castos ab omni Venere sacerdotes vobis delegeritis, quemadmodum iure diuino praescribitur, & nostro munere functus Bonifacius frater noster praedicat, omnibus formidolosi eritis Barbaris, Auentinus, pag. 296.

Circa idem verò tempus diuus Virgilius, ex Hybernia ad Reges Franciae venit, cū Dabda Graeco sacerdote. Cumque Hybernici & Graeci coniugium sacerdotum tunc probarent & defenderent, Bonifacius quaesuit occasionem, vt Virgilium expelleret. Et quia Virgilius Philosophiae peritus, de Antipodibus alicubi disputarat, hanc occasionem Bonifacius Philosophiae ignarus arripuit. Et Zacharias rescripsit: Virgilium Philosophum à templo Dei & Ecclesia depellito, si illa peruersam doctrinam fuerit confessus. Ita Bonifacius quidem per annos 36. variis modis coniugium sacerdotum in Germaniae Ecclesiis attentauit, sed tamen prohibitionem eius, & legem coelibatus, non potuit in Germanicas Ecclesias in vniuersum inuehere. In secundo Tomo Conciliorum referuntur sane Concilia quaedam in Germania celebrata, in quibus coniugium sacerdotibus prohibitum legitur: Sed insignem & manifestam fraudē, imò luculentum crimen falsi deprehendi in descriptione Concilij Moguntiaci, Anno 813. Ibi enim 10. Canon ita legitur: Clerici castimoniam inuolati corporis perpetuo conseruare studeant. Quod cum legerem,

Digamos interdicitur sacerdotum in Germania.

Zacharias prohibet coniugium sacerdotum in Germania.

Bonifacius prohibet non audere publicare.

Sacrificuli scortatores, adulteri.

Coelibes ad sacerdotia euehendos.

Virgilius à Francia pulsus à Pontifice.

De Antipodibus. Causa falsi praetexta persecutionis.

Crimen falsi commissum in descriptione Concilij Moguntiaci.

Capitulum dist. 40. si Papa, est Bonifacii huius. Gregorij littera ad Bavaros.

Baptismi administratio quando.

Grego. III.

Orationes pro defunctis quando in Germania.

Germani infensi libidinis vagis & amantes coniugij. Antiquorum Saxonum animaduersio seuerā in scortationes & adulteria.

primò videbam non poni legem necessariam, sed tradi consilium, vt studeant continentia Clerici. Cum verò attentius totum illum Canonem perlustrarè, vidi Concilium Moguntinũ, in illo Canone nihil aliud agere, quam quod regulam Clericorum ex Isidoro (quæ repetitur distinct. 23. His igitur) ad verbum transcribunt. Sed cum regula illa Clericorum expresse ita habeat, sicut etiam in Hulderici Epistola citatur: Clerici castimoniam inuolati corporis perpetuo cõseruare studeant, aut certe vnus matrimonij vinculo scederentur, Rhapsodi Cõciliorum (cũ reliqua ad verbum ex cap. His igitur, describantur) illam particulã, de matrimonio clericis concessõ, astute, ne dicam perfide & scelerate, luculento crimine falsi, expunxerunt & omiserunt. Atq; hinc statuatur quantum fidei Rhapsodiis illis tribuendũ sit. Eadem enim fide etiam, capit. Quoniã, &c. in Tomis illis omiserunt. Ita etiam Vuormaciensi Concilio inserti sunt Canones, transcripti ex secundo & quinto Carthaginensi, de prohibitione coniugij sacerdotum, cum tamen postea, & Hellebrandi etiam tempore, sacerdotum coniugium in Germania vsitatum fuerit, sicut supra ostendimus.

Memorabilis autem est historia certaminis inter Nicolaum primum & Hulderichum Episcopum Augustanum, de prohibitione cõiugij Sacerdotũ, circa annum 860. Et ne quis cauilletur Epistolam Vlrici à nostris confictam esse, mentionem eius facit & argumentum exponit Aeneas Syluius in sua Germania. Et reperta est, ante mora seculi huius certamina, in Bibliotheca quadam Hollãdiã. Vide Hedionem Ecclesiastica historia, li. 8. cap. 12. Et ne nominis æquiuocatio lectorẽ turbet. Alius est Vdalricus Augustanus, quem Auëtinus scribit mortuum esse, anno 973. Hunc verò Huldericũ Aeneas Syluius scribit mortuum, Anno Domini 900. ætatis 83. Et digna est Epistola illa Hulderici, quæ extet & legatur in Ecclesia. Melius enim quam omnes illorum temporum historici ostendit, quibus argumentis res vtrinque acta sit, & pro coniugio & contra coniugium sacerdotum. Non autem hoc loco integram illã Epistolam, quæ alias extat, adscribemus, sed argumẽta tantum in vtramq; partem excerpemus, retẽtis ipsius Vlrici verbis. Nicolaus igitur distinct. 32. ca. de illo Clerico, reprehendẽs Odonem Episcopũ Vienensem in Galliis, eò quòd ipsius auctoritate subdiaconus Aluericus vxorem duxerat, decretum fecit. Nulli vnquam Clericorũ, exceptis Lectoribus & Cantoribus, vxorẽ habendi licentiam dandam esse. Et decretũ illud ad Germanicas etiam Ecclesias misit, atq; executionem eius Episcopis mandauit. Huldericus verò non tãtum recusat hoc facere sed ostendit, quibus Argumentis sacerdotes Germaniã cõiugium suũ defenderint, quia scilicet, Primò, In veteri Testamẽto Dominus sacerdoti coniugium constituit. Secundò, Non legitur hoc in nouo Testamẽto interdixisse. Tertiò, Christus & Paulus affirmant, nõ omnes posse capere consilium continentia. Quartò, Paulus diserte dicit, se nõ habere præceptũ Domini de cõlibatu. Quintò, Paulus expresse dicit, Episcopi & Diaconi sint vnus vxoris viri. Sextò, Paulus sine exceptione dicit, propter fornicationem vnusquisque habeat suam vxorem. Itẽ, melius est nubere quàm vri. Septimò, Citat Canonem Apostolorum: Nec clericus vxorem propriam sub obtentu religionis abiiciat. Octauò, Citat decretũ Syluestri, quod statuit, vxorem Diaconi à sacerdote benedicendam esse. Quod

decretum Pontificij in suis consiliorum tomis, sicut alia quẽdam, expunxerunt. Nonò, Allegat regulam clericorum, quæ extat, distinct. 23. Clericus sit pudicus aut certe vnus matrimonij vinculo scederatus. Decimò, Quia Nicæna Synodus sacerdotib. cõiugium liberum permisit. Vndecimò, Paulus dicit: Alligatus es vxori, noli querere solutionem. Nã & qui vxores habent possunt esse tanquam nõ habentes: Et qui nubunt, possunt in Domino nubere, hoc est, sicut ipse explicat, in contrahẽdo matrimonio nihil quod Dominus prohibeat attentare. Duodecimò, Dicit præceptũ cõlibatus sacerdotũ esse onerosum & importabile, contra Euangelicã institutionem & sancti Spiritus dictationem, contrarium tam veteri, quam nouo Testamẽto. Christus enim dicit: Qui potest capere capiat. Isti verò dicunt, Qui nõ potest capere feriatur anathemate. Item, dicit esse morbũ, imo pestilentiam, prauitatẽ intentionis, fatuam & turpem suggestionem, doctrinam Pharisaiicã, periculosum hæresis decretũ. Imò hæresin quam cœci duces cœcorum in Ecclesiam Dei introducant, manipulum zizanie, & commentũ totius insanie, imò esse spiritus illos erroris, & doctrinas Dæmoniorum prohibentium nubere. Decimotertiò, Fructũ cõlibatus Pontificij admodum graphice depingit, & allegat sententiã Augustini. Nullum tam graue facinus, quin admittendũ sit, vt deuitetur peius. Multi verò assentatores, hominibus, non Deo, pro falsa specie cõtinentia placere volentes, grauiora committunt. Patrum scilicet vxores subagitant, masculorum ac pecudũ amplexus non abhorrent, in quouis sanctissimo ordine constituti, alienis vxoribus non dubitant abuti. Cumq; quidam Episcopi & Archidiaconi, ita præcipites sint in libidinem, vt neq; adulteria, neq; incestus, neq; masculorũ (pro pudor!) turpissimos amplexus sciant abhorre, tamen casta clericorũ coniugia dicũt sibi scetere, & ab eis iubent & cogũt clericos abstinere. Et dicunt honestius esse pluribus occulte implicari, quam aperte in hominũ vultũ & conscientia, cum vna ligari. Sed vobis Pharisæi, qui omnia facitis propter homines. Itẽ, Clerici dũ licita vnus mulieris cõsortia (Pharisæico furore deuiçti) relinquere cogũtur, fornicatores & adulteri, & aliarum prauitatum turpissimi ministri efficiuntur. Et quod flendo cernimus omnes in supradictis sceleribus. Inde tantum Ecclesia Dei scandalum, tantum clerus despectum patitur. Ne igitur Ecclesia, vnica Domini Sunamitis, adulterinis diutius vsa maritis, regale sacerdotium, per irrecuperabile à suo sponso Christo auellatur diuortium, extirpãda est Pharisæica illa doctrina ab ouili Dei: Hæc omnia sunt Hulderici verba.

Secundò, Argumenta aduersariorũ prohibentium sacerdotibus coniugiu, recitat & refutat Hulderichus. I. Clerici debent se castrare propter regnum cœlorum. Paulus dicit se de cõlibatu præceptum Domini non habere, consilium autem dare. Et Christus dicit: Nõ omnes hoc consilium capere posse. II. Sine castimonia nemo videbit Deum. Respondet: Castimonia nõ est in virginali flore, sed etiã in coniugali coniunctione. III. Prætenderũt speciem externam sanctitatis & puritatis in cõlibatu coram hominibus. Respondet: Potius deberent nobis persuadere, vt in conspectu eius, cui omnia nuda & aperta sunt, erubescamus peccatores esse, quam in conspectu hominum mundi. Nam qui hominibus placent, apud Dominum confusi sunt;

Regula Cleri-
corum Isidori.

Certamen Ni-
colai primi,
& Hulderici
Augustani,
de prohibitione
coniugij
sacerdotum.

Fructus cõli-
batus Pontificij.

Argumenta
quib. Germani-
ca Episcopi
suum coniu-
gium defen-
derunt.

Argumenta
prohibentium
coniugium sa-
cerdotum.

secundum Psalmistam. IIII. Opposuerunt exemplum aliorum cœlibum seu continentium, & inde ipsi Episcopi clericos coniugatos in despectum deduxerunt. Ad hoc argumentum dupliciter respondet Vlricus: Non debetis præsumere de donis vestris, nec propterea alienū seruum iudicare. Deinde dicit, falsam esse speciem continentia, sub qua fœdissimæ libidines lateant, &c. V. Allegarunt exemplum Gregorij Magni. Sed hoc refutat opposita narratione de capitibus sex millium infantū, quā supra recitauimus. VI. Illud Pauli, propter fornicationem vnusquisq; vxorem suam habeat, specialiter ad laicos pertinere mentiuntur hypocritæ, inquit Vlricus. Nā illud Apostolicū dictum vere nullū excipit, &c. VII. Maritum vnus vxoris de Ecclesia interpretati sunt. Sed Vlricus hanc depravationem ita refutat, quia Paulus addit, Qui suæ domui præesse nescit, quomodo Ecclesiam Dei curabit.

Aliquid legis de calibatu in ter amicitio nes ipsas tamen adhasit in Germania. In isto rogati sacerdotes sunt continen tia studere, post iussu.

Tertio, in illa Huldrici Epistola etiam hoc obseruandum est, quomodo inter ipsa certamina, aliquid tamen de lege cœlibatus subinde adhæserit, & ipsa sensim, quali per cuniculos irrepsit. Nam ex verbis Vlrici manifeste colligitur, vsq; ad aliud tempus in Germania Episcopos monuisse tantum imo rogasse clericos (his enim verbis vitur) vt si possent, studerent continentia, non autem iussisse, multo minus coegisse. Nicolaum vero & quosdam Episcopos, imperiosa quadam violētia coepisse iubere & cogere. Et illum quidem laqueum, Germania libertatis amans, mascula responsione per Huldricum tunc quidem excussit. Sed tamē ex illis certaminibus duo hæc adhærescere ceperunt, sicut Vlrici verba ostendunt. Primò, Quia Episcopi cœlibes clericos coniugatos despiciabant, & in contemptum apud alios etiam aducebant, multi non idonei ad cœlibatum, externam speciem continentia coram hominibus affectabant. Secundo, Quidam cum assumerentur ad sacerdotium, sua sponte, vel manu, vel ore, votum faciebant continentia. Et illi postea ad exequendum votum ex debito, sicut Vlricus inquit, constringebantur, aut ab ordine deponerentur. Sed tamen liberum tunc erat ordinandis, nō vouere. Dicit enim Epistola, sacerdotes huius voti nescios, omnino scias non esse cogendos.

Duo mala ex his certaminibus nata. Simulatio continentia. Votum continentia.

Ordinandis liberum erat, non vouere.

Has obseruationes ex Huldrici Epistola, ipsius verbis annotare volui. Totam enim historiam de coniugio sacerdotum in Germania, clarius illustrant, quam multorum historicorum, de istis temporibus prolixæ scriptiones. Tantum autem Vlricus graui, solida mascula & vere germana sua responsione effecit, quod ex illo tempore, libertas coniugij sacerdotum in Germania, intemerata mansit, per annos ferme ducentos, vsque ad Hildebrandum. Scribit enim Balzus 2. Centuria 12. Circa illa tempora fuisse in Germania cœnobia Monialium nobilium, vnde exire & honeste nubere poterant, excepta A batissa. Et addit Monachos & Canonicos Huldrici Augustensis, potuisse vxores ducere vsque ad Hellebrandi tempora. Bruschius etiam annotat, circa annum Domini 950. plures Monachos cœnobij Fuldensis, sub abbate Hadamario, matrimonia contraxisse.

Monialium & Monachorum coniugia in Germania. Monachi Fuldenses coniugati. Insectantur Pontifices, porro coniugia sacerdotum Germania. Bruno Augusten. Episcopus occiditur quod calibatu iussu.

Nec tamen destiterunt Romani Pontifices, practicis Italicis coniugium sacerdotum Germania attentare. Et circa annum millesimum, Brunonem Augustensem Episcopum subornarunt, vt is Huldrici Epistolam, qua se premi sentiebant, contrario decreto cœlibatus irritam faceret. Sed is, sicut

ex Bruschio Balzus secundus, Centuria 43. annotat, idē miserabiliter casus fuit, amputatis pedibus, manibus & capite.

Postea circa annum Domini 1050. cum haberēt Pontificem natione Germanum, Leonē nonum, hominem simplicem, illum instigarunt, vt in synodo Moguntinensi, cum quadraginta Episcopis coniugia sacerdotum prohiberet & damnaret, existimantes, Germanos à populari suo facilius passuros sibi laqueum cœlibatus iniici. Et tūc quidem Germania non habebat Huldricum aliquem, qui se opponeret. Nicetas vero Abbas Græcus, edito scripto, coniugium sacerdotum contra Pontificias illas damnationes defendit. Quia vero magno conatu, Pontificia cohors contra Nicetam hūc scripsit, & hæreticum ipsum declarauit, dist. 31. ca. Omnino. Apparet Nicetam illum non in Græcia vixisse, nec pro Græcis scripsisse, quorum sacerdotibus coniugia sine aliqua Occidentalium cōtraditione, libera erant, sed si nō in Germania, certe in aliqua Ecclesia Occidentali hæsisse, & pro coniugio sacerdotum Occidentalium scripsisse. Nam ex Auentino ostendimus, Dabdam Græcum sacerdotem in Sueuia ministerio Ecclesiastico functū. Certe Leo nonus Nicetæ huic Latine respondit: Nec Græcos in Orientali Ecclesia existentes audebant hæreticos proclamare, propterea, quod cōiugium sacerdotū probarent & defenderent. Ergo occidentalis Ecclesia membrum fuisse hunc Nicetam verisimile est.

Leo 9. Germanus, calibatu Syget.

Nicetas contra iugia sacerdotum tuetur, & hæreticus declaratur.

Post Leonem, Nicolaus secundus, Presbyterorū vxores primus cōcubinas iudicauit, & nuptias eorū fornicationes. Ac quia ex Nicetæ scripto animaduertat, homines plus moueri eruditus scriptis, quam nudis & imperiosis mandatis seu prohibitionibus, excitauit Petrum Damianum Episcopum Hostiensem, vt is publico aliquo scripto, coniugium sacerdotum damnaret, præsertim cum eo tempore etiam Auxentius Mediolanensis cōiugio sacerdotum patrocineretur, sed irrita erant hæc omnia. Sacerdotes enim Germania, illo tempore nihilominus publice vxores habebant, & liberos procreabant, sicut cæteri Christiani, inquit Auentinus.

Nicolaus secundus.

Petrus Damianus insector coniugij sacerdotum. Auxentius Mediolanensis.

Gregorius igitur septimus (quem Germani vero & fatali nomine Hellebrandum, hoc est, Titionem infernalem appellarunt) videns sacerdotibus Germania, nec disputationibus, nec Conciliis, nec mandatis, nec prohibitionibus coniugium posse eripi, cogitauit cœlū terræ potius miscendū esse, quā Germania Ecclesiis hæc libertatē relinquēdā. Fulmen itaq; execrationis expediuit, atq; illud primū in aliquot imperij principes, & in ipsum denique Imperatorem vibrauit, quos cum fatali quodā successu solio deiecisset, & totum imperium perfidia, bellis, rapinis, iacendiis, & cædibus turbasset, iudicauit oportunitatem & fatale hoc tempus esse, quo miseram turbam sacerdotum, ex possessione sancti, casti, & honorabilis coniugij, quam vsurpatione annorum ferme mille præscripserant, semel in perpetuum deturbare posset. Præuidebat enim turbatis & exterritis omnibus nullum Carolomanum, nullum Huldricum futurum, qui patrocinium coniugij sacerdotum, vel suscipere auderet, vel sustinere posset. Ac si ex historiis cōsideretur quam profligatum Diaboli organon Hellebrandus iste fuerit, quali temporum ac rerum statu, quam truculenta tyrannide, & quam funestis turbis, coniugium sacerdotibus Germania extorsit, nō opus erit disputare, an ex Deo vel ex hominibus

Grego. VII. Hellebrandus fulmine anathematis sacerdotum coniugia distulit.

Hellebrandus organon Diaboli.

nibus illud sit, manifestum enim erit simpliciter ex Diabolo esse. Sed historiã illam de virtutibus Hellebrandi, quæ alias nota est, & aliunde peti potest, hoc loco non repetemus. Tãtum igitur ea, quæ ad cœlibatus historiam pertinent, breuiter annotabimus. Et ex diligenti historiarum collatione deprehendi, tragœdiã illam hoc modo & ordine ab Hellebrando, contra coniugium sacerdotum in Germania actam, statim initio Pontificatus circa annũ 1072. antecessorum suorum Leonis & Nicolai decreta de lege cœlibatus, quorum ipse rogator & architectus fuerat, strenue cœpit vrgere, missis hũc illũc ad Episcopos Germaniæ literis, vt legem illã clericis suis persuaderent. Nam in Epistola ad Cõstantienses ita scribit. Misimus Episcopo vestro Othoni literas exhortatorias, per quas iniũximus illi, vt castitatem (hoc est cœlibatum) clericorũ studiose prædicandam susciperet. Episcopi verò illud, quia contra Scripturam, contra decreta veræ antiquitatis, & contra vetustissimam Germanicarũ Ecclesiarum consuetudinem erat, facere recusarunt. Præcipue vero Constantiensis Episcopus grauitè se Pontifici opposuit, sicut testatur Epistola Hellebrandi ad Constantienses, quæ extat apud Nauclerum, Tom. 2. pag. 140. Ex qua etiã colligitur, Hellebrandi decretum duo hæc capita comprehendisse. Primò, vt clerici, qui vxores haberent, eas dimitterent. Secundò, vt qui adhuc cœlibes essent, nullas vxores ducerent. Hæc enim sunt verba Epistolæ illius: Episcopus vester palã clericis suis iussioni nostræ contraria permisit, ita, vt qui mulierculas (intelligit autem legitimas vxores) habuerant, retinerent, & qui non habeant illicita temeritate subintroducerent (hoc enim verbum subintroducendi, quo Nicænus Canon illicita mulierum contubernia notauit, Hellebrandus iste ad legitimum coniugium detorsit) Episcopum etiam Argentoratensem huic Pontificis machinationi restitisse scribunt.

Sed Hellebrandus cum videret, se hac ratione non posse Germaniam sub iugum cœlibatus mittere, manifestam vim adhibendam iudicauit. Romæ igitur Conciliũ centum & decem episcoporũ congregauit anno 1074. vbi cum prius Imperatorẽ fulmine suæ execrationis folio deturbasset, & subditos ab obedientia absoluisset, hoc etiam decretũ fecit, quod Hirsfeldensis & Nauclerus hisce verbis describunt: Vt Presbyteri vxores non habeant, habentes aut dimittãt, aut deponantur. Nec quisquã omninò ad sacerdotiũ admittatur, qui nõ in perpetuum continentia vitamq; cœlibẽ profiteatur. Hæc posterior clausula ideo addita fuit, quia antea (sicut ex Epistola Vlrici & ex Epistola Gregorij ad Cõstantienses ostensum est) in Germania Clericis, quãdo ad sacerdotiũ assumebãtur, liberũ erat, pro ratione doni cuiusq; vel continentia promittere, vel licentia contrahendi & vsurpandi cõiugij retinere: Auentinus decretum illud Hellebrandi his verbis describit, pag. 603. Sacerdotem qui vxorẽ habeat, rem diuinam nõ facere, eius sacrificia summo opere à populo, ne contagione polluat, euitanda, Neq; illis vllo pacto decimas & huiuscemodi donatiua tribuenda esse. Et pag. 564. Sacerdotes cõiugatos Hellebrandus Nicolaitas appellat, incestus condẽnat, curia sacerdotum mouet, &c. Vincetius li. 29. ca. 45. Gregorius celebrata synodo, vxoratos sacerdotes à diuino officio remouit, & laicis Missam eorũ audire interdixit. Decretũ verò illud Hellebran-

di non cõmuni more publicabatur, sed scribebat ipse non Episcopis tantũ & sacerdotibus, sed mandabat laicis etiam, vt illud suum decretum strenue exquerentur, sicut Nauclerus scribit. Auentinus rem ita narrat, pag. 564. Põtifex scribit, Cæsari, Ducibus, Principibus maxime Bertoldo, Rudolpho, Vvelphoni, Alberto & vxoribus horũ, ac mulieribus, cæterisq; quoscunq; idoneos credidit. Item Episcopis, sacrificulis, & ipsi etiam populo, vt sacerdotes coniugatos, velut sceleratos & impios deuent, eorum sacrificia, colloquia, sermones, conuiuia, haud aliter quam contagionem fugitent, illos salutare, resaltarẽue maximã impietate esse docet, iis parere, & redditus Ecclesiasticos reddi vetat, &c. Et quia terribilis factus iam erat Pontifex, ab execratione Imperatori intentata, eodem fulmine Episcopos etiam terruit. Constantiensi enim clero & populo ita scribit apud Nauclerũ: Apostolica auctoritate omnibus præcipimus, vt Episcopo vestro si sedi huic rebellis extiterit, nullam obedientiæ reuerentiam exhibeatis, neq; id animæ vestræ perniciem esse putetis. Ab omni enim subiectionis illius iugo, beati Petri auctoritate vos absoluius, &c. Hoc epicheremate Episcopis os obturatũ fuit, sed Clericorum cõtus in Germania, aduersus hoc decretum Hellebrandi vehemẽter infremuit, clamitans hominem plane hæreticum & vesani dogmatis esse, qui oblitus sermonis Domini (quo ait, Non omnes capiũt verbũ hoc, qui potest capere capiat. Et Apostoli: Qui se non continet, nubat: Melius est enim nubere quã vri) violenta exactione homines viuere cogeret ritu Angelorum, & dum cõsuetum cursum naturę negaret, fornicationi & immunditiæ frena laxaret. Quod si pergeret sententiam cõfirmare, malle se sacerdotium quã coniugiũ deserere, & tunc visurum eum, cui homines sorderẽt, vnde gubernandis per Ecclesiam Dei plebibus, angelos comparaturus esset. Hæc sunt Hirsfeldensis verba, quæ ideo adscripsi, vt inde coniectura fiat, ex quibus fundamentis Germanici sacerdotes coniugium suum defenderint.

Hisce argumentis Episcopi plerique Constantiensis exemplo territi, nihil mouebantur, sed Põtificis decretum, qui assiduis legationib. hoc vrgēbat, additis diris suis execrationib. executioni mândare studebant. Moguntinus verò (recito Hirsfeldensis verba) considerans non paruo constitutam hanc operam, vt tanto tempore inolitã cõsuetudinem reuelleret, clericis suis in dimidiũ anni deliberandi spacium dedit, hortans eos, vt quod necessario faciendum esset, sponte facerent. Exacto deliberationis spacio, synodũ indicit Erphurdia, cuius hæc erat propositio, vt clerici, sine omni tergiversatione, in præsentiarũ aut coniugiũ abiurarẽt, aut sacri altaris ministerio se abdicarent. Illi ecõtra multas rationes afferebant, quib. ostendebant decretum illud irritum habendum, præterea addēbant preces & supplicationes. Moguntinus contẽstans, se præter voluntatẽ propriam à Pontifice ad hoc compulsũ, non posse aliter, quã decretum illud exequi. Clerici videntes nihil argumentis, nihil supplicationibus profici, egressi tanquã ad cõsultandum, consilium ineunt; vt in synodum non redeant, sed iniussi omnes in domos suas discedant. Nonnulli clamitabant, melius sibi videri, vt in synodum regressi ipsum Episcopum, priusquã execrabilem in eos sententiam promulgaret, cathedra Episcopali deturbatũ, merita morte mul-

Promulgatio decreti Hellebrandi in Germania contra sacerdotum coniugia.

Hellebrandi in Episcopos Germania tyrannis.

Indignatio cleri Germania in Hellebrandum.

Hirsfeldensis.

Clerici Ger. destituti auxilio & patrocinio Episcoporum suorum Moguntini.

Discrimen Episcopi Moguntini in synodo Erphordensi ob legem cœlibatus.

Narratio tyrannidis Hellebrandi qua sacerdotibus Germania cõiugia eripuit. Epistola Hellebrandi ad Constantienses.

Summa decreti Hellebrandi.

Argentoratensis Episcopus Hellebrando refragatur.

Cõcilium Romanum.

Decretum Cõcilij contra cõiugium.

Vincetius.

arent, & insigne monimētum ad posteros trans-
mitterēt, ne quis deinceps successorum talē sacer-
dotali nomini calumniam struere moliretur. Epi-
scopus hæc eos machinari animaduertens, pollice-
tur, se prima oportunitate Romā missurum & da-
turum operam, vt Pontificem, si qua posset ratione
ab hac sententiæ austeritate deduceret. Hæc acta
sunt anno 1074. Hæc verò à Moguntino ad Helle-
brandum relata, furorem ipsius nihil mitigârunt.

*Multa alia
Hellebrandi
instituta dis-
plicuit.*

Præter sacerdotes verò multi alij boni viri, insti-
tutū illud Hellebrandi aperte improbabant, quod
nouum esset, Scripturæ & veræ antiquitatis sentē-
tiæ contrarium. Ita enim Vincentius scribit lib. 26.
cap. 45. Gregorius vxoratos sacerdotes à diuino of-
ficio remouit, & Laicis missam eorum audire in-
terdixit, nouo exemplo, & vt multis visum fuit, in-
considerato præiudicio, cōtra sanctorum patrum
sententiam, sed Hellebrādus (qui, sicut Auentinus
scribit pagin. 564. iactitabat se quodcumq; vt libe-
ret, ligare, soluere posse, quique in Epistolis publi-
ce gloriabatur, etiam si iniuria vel ipsum Cæsarem
affecerit, tamen se metui oportere, vt pote, qui er-
rare non possit, & à Christo Petroq; acceperit po-
testatē, vt soluat ligetq; vt cumq; lubeat.) Curien-
sem Episcopum anno 1075. ad Moguntinum misit
cum mandatis, quibus ei sub interminatione gra-
dus & ordinis sui præcipiebat, vt presbyteros om-
nes, qui intra suam diœcesin essent, cogeret, aut in
præsentiariū coniugibus renūciare, aut se in per-
petuum sacri altaris ministerio abdicare. Mogun-
tinus mense Octobri synodum Moguntiaē cōgre-
gat, vbi, cum prohibitionem coniugij sacerdotum
promulgare & exequi vellet, exurgētes Clerici, ita
eum verbis confutabant, ita manibus & totius cor-
poris gestu eum debachabantur, vt se vita comite
synodo excessurum desperaret. Sic tandem rei dif-
ficultate superatus, statuit sibi deinceps tali qua-
stione omnino supersedendum, & Romano Pon-
tifici relinquendum, vt causam, quam ipse toties
inutiliter proposuisset, ille per semetipsum, quan-
do vellet, & quomodo vellet, peroraret. Hæc Hirs-
feldensis & Nauclerus.

*Scelerata ar-
rogantia Es-
perbia Helle-
brandi.*

*Mandatum
Pontificis ad
Moguntinū.
Moguntinus
in synodo Mo-
guntia de Es-
perbia periclitat-
ur ob celsita-
tis legem.*

*Concil. Vuor-
maciense Hel-
lebrandum
Pontificatus
deponit.*

*Pontifex ex-
celsus furis
in clerum.
Alemannus
Passauensis.*

*Turba expro-
hibitione con-
sugij.*

Anno verò 1076. in festo Pentecostes Conciliū
celebratum fuit Vuormaciæ, cui interfuere omnes
Episcopi Gallia & Germania, ac propter Anathe-
matizatum Imperatorem, Hellebrandum horren-
dorum scelerum accusatum & conuictū, deposue-
runt. Inter cætera verò, quæ in ipsius actionibus dā-
narunt, fuit & hoc, sicut Auentinus recitat, pag. 570.
Maritos ab vxoribus separat, scorta pudicis coniu-
gibus, supra, adulteria, incestus, casto præfert con-
nubio, &c. Huic decreto etiam Italiae Episcopi, cō-
uentu Ticini acto, subscripserūt. Sed Pōtifice ex-
ecrationem Imperatoris repetente, Episcopi pluri-
que metu Hellebrandi, non præstiterunt constan-
tiam, & scindebatur incertum studia in contraria
vulgus. Alemanus Episcopus Passauensis, accepta
noua Hellebrandi execratione, vxoratos sacerdo-
tes expellebat, & iis alios cœlibes substituebat. Ex-
pulsū, qui ad Imperatorem confugerant, restitue-
bātur, sed mox Monachi restitutos cōiugatos rur-
sus deiiciebant: Illos verò ministri Imperatoris vir-
gis bene cæsos in exilium mittebant, ita vt Alemā-
nus Romam profugere cogeretur. Auentinus ita
scribit pag. 564. Ex interdicto sacerdotū coniugio,
grauissima feditio gregem Christi perculit, nec vn-
quam talis lues populum Christi afflixit. Sacerdo-
tes aduersus Pontifices, populus aduersus sacerdo-

tes seruire, omnia diuina humana p̄miseri cœ-
perunt, viri, mulierculæ, leui suspiciuncula excita-
ti, sacerdoti suo resistebant, bona templi diripie-
bant, populares sacerdotulos, qui vxores habebāt,
flocifaciebant, sacrosanctam hostiam à sacerdo-
tibus, qui coniuges habebant, consecratam, in lu-
tū abiiciebant, pedibusq; cōculcabant. Tales enim
non esse sacerdotes, neq; sacrificare, Hellebrandus
docebat, &c. In hoc dissidio multi eos, quos ad Ec-
clesiarum ministeria eligebāt, nolebant ad Episco-
pos, qui neminē sine abiuratione coniugij ordina-
bant, mittere, qui nihilominus vt laici conciona-
bantur, & sacramenta administrabant, sicut Nau-
clerus inquit: Sacerdotes pro concione Hellebran-
do maledicebant, Antichristum esse prædicabant,
qui titulo Christi negotiū Antichristi ageret in Ba-
bylonia, in tēplo Dei sederet, super omne id, quod
colitur se extolleret, quasi Deus, iactās se errare nō
posse, ad oculendā suam ambitionem fabulas cō-
miniscatur, annales corrumpat, cœlestia oracula
adulteret, diuinas literas falso interpretando suā
libidini seruire cogat, &c. Auentinus pag. 573.

*Hellebrādus
Antichristus.*

Sed Anno 1080. Pontifex denuò Imperatorem
execratur, & sacerdotibus iterum connubiis inter-
dicit. Gratum, inquit Auentinus, fuit scortatori-
bus, quibus p̄vna vxore, sexcentas iam muliercu-
las inire licebat. Hinc occasione accepta, multi
falsi Prophetæ nebulas offundebant, fabulis, mira-
culis, quæ exempla vocantur, à veritate plebem
Christi auertebant, sacras literas interpretando
suo negotio seruire cogebant. Porrò paucissimis
Veneri bellum indicentibus, quibusdam castitatis
iactantiam, quæstus ergo, simulantibus, maxima
pars sub honesto castimonie nomine supra, ince-
stus, adulteria, passim & impune committebant.
Hæc Auentinus. Quæ ideo diligenter obseruanda
sunt, quia describunt fructus Pontificij cœlibatus.
Pergit autem Auentinus pag. 579. Sed plerisq; Epi-
scopis aliis, eruditis, simplicibus, apertis atque bo-
nis, præter coniuatos, Pontificis nouum dogma,
pestifera hæresis, quæ vnquam Christianum cōtur-
basset regnum vilā est. Quamobrem Italiae, Germa-
niae & Gallia Episcopi, Anno 1080. septimo Calen-
das Iulij apud Brixinam Bauariae vrbe conueni-
unt, Hellebrandum iterum condemnant & depo-
nunt: Ac inter cæteras causas condemnationis fuit
& hæc vna, quod inter coniuges diuortia faceret,
sicut & Nauclerus scribit. Auentinus addit fuisse &
hæc verba in Brixienſi illo decreto contra Helle-
brandum, suavis homo, sacerdotes, qui vxores ha-
bent legitimas, sacrificos esse pernegat. Interim ta-
men scortatores, adulteros, incestuosos, aris admo-
uet, &c. Post hæc Episcopi inter se scriptis aduerſa-
riis, alij pro Hellebrando, alij contra ipsum, digla-
diati sunt, sicut Auentinus scribit, donec in exilio
ipse Salerni mortuus est.

*Pontifex repe-
rit prohibitio-
nem coniugij
sacerdotum.*

*Fructus Pon-
tificij cœliba-
tus.*

*Conuentus E-
piscoporum in
Bauaria ad
condemnationem
Pontificis.*

*Defensio Epi-
scoporum.*

Hellebrandus igitur, licet totum Acheronta fu-
riis suis moueret, non tamen potuit in vniuer-
sum sacerdotibus in Germania legitima coniu-
gia extorquere. Urbanus verò (merito suo Tur-
banus dictus) cum variis conciliis Hellebrandi
acta confirmasset, & Imperatoris execrationem
repetito effulminasset, sacerdotum etiam coniu-
gia circa annum Domini 1090. denuò damnauit,
atque ea principum prædæ exposuit, hoc modo,
sicut extat distinct. 32. Eos qui post diaconatum
vxoribus vacare voluerint, ab omni sacro ordi-
ne remouemus, officioq; & beneficio Ecclesie ca-
rere

*Urbanus Hel-
lebradi decre-
ta & acta cō-
tra coniugia
sacerdotum
confirmat.*

tere decernimus, quod si ab Episcopo commo-
 ti, non se correxerint, Principibus indulgemus li-
 centiam, ut eorum fœminas mancipent seruituti.
 Post illum Paschalis idem decretum reperit, cumq;
 Henricum V. in parricidium contra parentem Im-
 peratorem armasset, apud parricidam istum facile
 obtinuit, ut is Comitibus Northusanis, cum Episco-
 pis & Principibus quibusdam, coniugia sacerdotum,
 sub titulo hæresis Nicolaitarum, politico etiã Im-
 perij decreto, damnaret. Atque inde factum fuit,
 quod postea Principes, brachio (ut loquuntur) se-
 culari, strenuè sibi exequendum sumpserunt decre-
 tum Calixti, factum circa annum 1120. quod repe-
 ritur dist. 27. Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis
 & Monachis, concubinas habere, seu matrimonia
 contrahere, penitus interdiximus, contracta quo-
 que matrimonia ab huiusmodi personis dissiugi iu-
 dicamus. Atq; ita demum politica coactione, sub
 Henrico V. qui cum vnicus filius esset, Pontificum
 instinctu, in Patris & Imperatoris viscera gladium
 strinxit, sacerdotibus in Germania coniugium vi
 publica ademptum est. Sicut etiam Polidorus, lib.
 5. de Inuenti. scribit, quod circa annum Domini
 1100. sacerdotibus adempta ferunt cœiugia. Ac te-
 stantur idem versiculi, eo tempore sub Calixto
 scripti, sicut annotat Balæus, pag. 175.

*O bone Calixte, nunc omnis clerus odit te,
 Quondam presbyteri poterant exoribus suis
 Hoc destruxisti postquam tu Papa fuisti,
 Ergo tuum merito nomen habent odio.*

Hæc est vera historia, ex certis Scriptoribus col-
 lecta, de iugo cœlibatus, quomodo illud Ecclesiis
 Germaniæ impositum tandem fuerit, in qua si cœ-
 sideretur, per quos, quibus artificijs, quantis cer-
 taminibus & turbis, per integros quadringentos
 annos, in Germania fabula illa prohibitionis con-
 iugij acta sit, luce clarius apparebit esse ipsissimam
 doctrinam Dæmoniorum.

Porro breuissimè iam addemus, quomodo &
 quando reliquis etiam Septentrionalibus Eccle-
 siis, Pontifices legem istam cœlibatus obtruserint,
 quod eò procliuus tunc ipsis erat perficere, sub-
 iugatis potentissimis prouincijs, Italia, Anglia, Gal-
 lia, Germania. Accedebat & hoc, quod forma do-
 ctrinæ Ecclesiasticæ in scholis Christianis circa an-
 num 1140. mutari cœpit, admixto philosophiæ &
 humanarum traditionum fermento, vnde scholasti-
 ca Theologia non multò post prognata est. Publicè
 enim tunc in Scholis, Oxonij, Parisijs, & alibi,
 inter cetera etiam de cœlibatu, contra coniugium
 sacerdotum, cœptum fuit disputari, sicut ex Trite-
 mio Balæus annotat 2. Cent. 74. Tunc etiã Pontifi-
 ces Ro. impudentius cœperunt de coniugio sacer-
 dotum loqui. Nam Innocentius secundus, ratione
 prohibitionis coniugij hanc reddit. Cum sacerdotes
 templi Domini, & sacrarij Spiritus sancti debeant
 esse & dici, indignum est, eos cubilibus & immun-
 ditijs deseruire. Alexander tertius. Extra, de Cleri-
 cis coniugatis, cum simul voluptatibus & carnali-
 bus desiderijs, ac diuinis & Ecclesiasticis obsequijs
 vacare non valeant, ob immunditiam suam indi-
 gni sunt Ecclesiasticis Sacramentis tractandis.

Lucius Tertius, distin. 81. Ministri, statuit sacer-
 dotes coniugatos indignos esse, qui sacramenta
 vel administrant, vel accipiunt, imò qui vrcum ad
 altare suggerant. Conferat autem Lector hæc de-
 creta, ad blasphemias veterum hæreticorum con-
 tra coniugium, & ad Canones Gangrenses, & pal-
 pare poterit, esse doctrinas Dæmoniorum.

Circa annum igitur 1190. Clemens Tertius mi-
 sit Petrum quendam Capuensem Cardinalem in
 Poloniam, quæ ante ducentos annos & amplius
 (scilicet Anno 965.) fidem Christi amplexa fuerat,
 ut inter reliquas Cleri formationes, etiam legem
 cœlibatus ipsi proponeret. Et post An. 20. Henri-
 cus Episcopus Gnesnensis, sacerdos Poloniæ sub
 iuramento cœgit legitimas vxores abicere, sicut
 Polonorum Chronica narrat.

Illustrissimus & reuerendissimus Princeps, Ge-
 orgius Anhaltinus, ex Bohemorum Chronicis (qui
 circa A.D. 930. Christiani facti fuerant) hæc verba
 transcribit: A.D. 1196. Petrus Cardinalis in Bohe-
 miã veniens, dum Scholasticos voluit ordinare, à
 Sacerdotibus & Prælatibus propè occisus fuit, ideo
 quod Sacerdotes iubebat vxores à se dimittere.

Circa A. 1230. Gregorius notus misit VVilhel-
 mum Cardinalem in Sueciam, vbi per A. 400. antè
 fides Christi prædicata fuerat. Cardinalis verò le-
 gati prima intentio & cura fuit in Concilio Sche-
 ningensi, reuocare Suecos & Gothos, schismate
 Græcorum, in quod presbyteri & sacerdotes, ductis
 publicè vxoribus, consensisse videbantur effecitq;
 cooperantibus Rege Erico & Brigero duce, ut abi-
 iuratis cœiugibus, cœlibatù amplecterentur. Trãs-
 gressores verò huius statuti, omnibus prouentibus
 priuauit, grauibuscq; cœsuris ac iudicio seculari sub-
 iecit. Hęc Ioannes Magnus, li. 19. quæ verba dilige-
 ter notetur: quod Sacerdotes publicè vxores dux-
 erint. Et tamè Balæus, 4. Cent. 1. ex Saxone Gram-
 matico annotat, quod circa idem fermè tempus, Rex
 Daniæ Pontificales decimas execratus, sacerdoti-
 bus coniugia decreuerit, & illorum sacra sibi explo-
 so Pontificis ministerio, sufficere prædicarit. Cle-
 mentè III. etiam Saxo scribit excommunicasse Da-
 norum plebè, eò, quod legè cœlibatus nollet recipe-
 re, sed sacerdotibus legitima cœiugia permetteret.

Testantur itaq; etiam Septentrionales historiæ,
 doctrinam Euangelij & fidè Christi, cum primum
 susciperetur, non intulisse in illas prouincias legè
 cœlibatus, sed permisisse & approbasse honesta sa-
 cerdotum coniugia. Post multos verò annos demum
 à Romanis Pontificibus non sine magnis turbis &
 certaminibus, eò inuectas doctrinas Dæmonio-
 rum, prohibentium & soluentium nuptias.

Cum verò Ecclesias Occidentales iam omnes
 sub iugum prohibitionis coniugij misissent, tan-
 dem sub Innocentio Tertio, in Lateranensi Con-
 cilio Canone 14. ita statuerunt, qui secundum regi-
 onis suæ morem non abdicarunt copulam coniuga-
 lem, illi si in fornicationes lapsi fuerint, grauius
 puniantur, cum legitimo matrimonio vti possint.
 Sed quare decretum illud non fecerunt, seu serua-
 runt, priusquam prohibitione coniugij totius Oc-
 cidentis Ecclesias funestis calamitatibus turbarèt,
 & fœdissimis obscœnitatibus deformarent, nisi
 quod implendum erat 17. cap. Apocalypsis. Et ta-
 men ex illo Canone colligitur adhuc circa annum
 1200. in quibusdam regionibus copulam coniuga-
 lem sacerdotibus vsitatam fuisse. Sed non iudico
 opera precium esse posteriorum etiam temporum
 historiam de cœlibatu hoc loco texere, tunc enim
 Satan prorsus solutus fuit, Apoc. 20.

Illud verò prætereundum non est, quod etiam
 postquã vi publica lex cœlibatus iam lata, & per-
 lata erat, ut scilicet ad sacros ordines nemo admit-
 teretur, nisi continentiam promitteret, seu votum
 perpetui cœlibatus emitteret: Episcopi tamen in

*Cœlibatus
 Poloniæ sa-
 cerdotum,*

*Bohemia Sa-
 cerdotes.*

*Petrus Car-
 dinalis.*

*Suecia, Go-
 thia.*

Gregor. IX.

*Daniæ Sacer-
 dotibus con-
 iugia Regiæ
 auctoritate
 concessa.*

*Lateranens.
 Concl. Cano
 sub Inno. III.*

*Votum cœli-
 batus expres-
 sè ab ordinã-
 dis in Germa-
 niã non exa-
 ctum.*

Paschalis.

*Politico de-
 creto consu-
 gum probi-
 betur.*

*Henricus V.
 parricida in
 patrem impi-
 us, pontific.
 mancipium
 coniugia sa-
 cerdotum su-
 stulit in Ger-
 mania.*

*Septentrio-
 nales regio-
 nes.*

*Scholastica
 Theologia.*

*Contumeliosus
 sermones in
 coniugium
 sacerdotum
 Enno. II.
 Alexan. III.*

Lucius III.

*Gregorius
Anhaltinus
Princeps.
Qua ordinā-
dis in Germa-
nia iniuncta.*

*Admonitio
Hypodiaco-
norum.*

*Ordinandi
nec conuent,
nec iurant
cœlibatum.
Monialium
votum.*

*Formula so-
lennis voti
Monachorū.*

Germania ad nostra etiam vsq; tempora promissionem illam seu professionem & votum cœlibatus expressè & solenniter ab ordinandis nõ exegerūt, sicut illustrissimus & reuerendissimus Princeps Anhaltin. scribit in Episcopatu Magdenburgenfi & Mersburgenfi, nullam eius mentionem fieri solitam. Alicubi hoc tantum ordinandis dictum fuit. Si vsq; nunc fuistis incesti, amodo sitis casti, vbi castitas non honesto coniugio, sed incestis libidinibus opponitur. Quibusdam in locis hæc formula initiandis proposita fuit. Promitto me vidurum secundum Canones, pro posse & nosse. In Pontificali hypodiacoconi admonetur his verbis. Hactenus liberi estis licetque vobis pro arbitrio ad secularia vota transire, quod si hunc ordinem susceperitis, amplius non licebit à proposito resiliire, sed Deo, cui seruire regnare est, perpetuò famulari, & castitatē illo adiuvante seruire oportebit, &c. Iesuitæ verò Colonienf. hypodiac. ordinandis alibi hanc formā dicunt proponi. Quicumq; ad hunc ordinem accedent, voto se constringāt cœlibes & castos se mansuros, sed in Germania ordinandi solenniter & expressè hoc nõ voverunt. Exemplū enim expressi & solennis voti, describitur in consecratione Monialium, vbi Episcopus Monialem consecrandam interrogat, Promittis te perpetuò virginitatem seruare? Illa verò expressè responder, promitto. Monachus etiam expressè votum continentiaē emitit, in professione dicens: Promitto me perpetuam seruaturum continentiam, quantum humana fragilitas permittit. Ad tale verò votum continentiaē expressè & solenniter emittendum, Episcopi Germaniæ Clericos suos, vel non potuerunt, vel non voluerunt adigere. Quod ipsum illustrat historiam cœlibatus. Et tamen sub prætextu voti conscientias illaquearunt.

DE FRUCTIBVS IMPVRI APVD PONTIFICIOS COELIBATVS.

HX quo Spiritu lex cœlibatus seu prohibitio coniugij profecta sit, obscœni, impuri, horrendi & abominandi fructus tantum non clamitant. Et sanè à cogitatione & comemoratione eorū animus abhorret, ac lingua refugit, nec magnopere necessariū esse arbitror talem narrationē instituere, cum impuritas & obscœnitas Pontificij cœlibatus, toti iam mūdo sc̄teat. Pauca tamē quædā annotabimus, quomodo omnibustemporibus, lex cœlibatus sc̄dissimas libidines inuexerit, atq; ira fructus semper autorē monstrarint: Suprà enim ex Epiphanio annotauimus, quomodo Nicolaus, cū cœlibatum affectaret, & postea continere non posset, in promiscuas libidines, non se solum, sed multos etiā alios præcipitarit. Quos etiam fructus iuniorū viduarū temerè susceptus cœlibatus, tempore Apostolorum attulerit. Paulus ipse describit, 1. Tim. 5. Apud hæreticos verò, qui legitima coniugia prætextu castitatis damnarunt, quā profligatis & abominandis libidinibus omnia fuerint inquinatissima, non libet commemorare. Extant autem descripta apud Irenæum, Epiphaniū, & alios, quæ nemo pius legere potest, quin totus & corpore & animo exhorrescat. Notum est quid Cyprianus, libr. 2. epist. 11. narret, de virginibus cœlibatū professis, quæ cum masculis in eodem lecto manebāt, & tamen per inspectionem obstetricum virginitatem probabant. Chrysostomus etiam in oratio-

ne, quodd sc̄minæ regulares viris cohabitent, inquit: Duo hactenus genera commixtionis viri & sc̄minæ nota fuerunt, coniugium & stuprum, iam verò tertium à regularibus istis sc̄minis inuentum est, &c. Inde Cyprianus inquit: Peius quàm mæchari est continentiam dicere criminofam, & infamem ferre sanctimoniam. Hieronymus etiam ad Oceanum promiscuam Venerem & Canones Clericorum nuptias perstringit. Et supra dictum est, Paphnutium in Nicæna synodo ideo dissuasisse legem cœlibatus, quia futura esset causa impuritatis & impudicitiaē in ordine Ecclesiastico. Annotauimus etiam supra ex Socrate, quod mulierculæ, quas Eustachius sub specie castitatis à consuetudine coniugali abstraxerat, postea in manifesta adulteria prolapsæ fuerint. Et Saluiani querelam de sacerdotibus licitum coniugium relinquētib, supra recitauimus. Licita, inquit, non faciunt, & illicita committunt. Qui opus honesti matrimonij reliquistis, à scelere cessate. Ita supra etiam annotauimus, quomodo tempore Gregorij Magni, lex cœlibatus paruo tempore, piscinam sexmillium trucidatorum infantum capitibus impleuerit. Et quos fructus lex cœlibatus in Germania, tempore Nicolai Secundi produxerit, supra ex Hulderici Epistola recitauimus. Patrum, inquit, vxores subagitat, masculorum & pecudum amplexus non abhorrent. Item, qui Clericorum casta coniugia sibi sc̄tere dicunt, neque adulteria, neq; incestus, neq; masculorum turpissimos amplexus sciunt abhorrere. Quomodo etiam in Anglia ex prohibito sacerdotum coniugio, vitium Sodomiticum per totam Angliam cœperit regnare, & quomodo ex Clero ad populum lues illa transierit, supra ostensum est. Ita in historia Hellebrandi ex Auentino recitauimus fructus legis cœlibatus. Maxima, inquit, pars sub honesto castimoniam nomine, stupra, incestus, adulteria passim & impunè committebant. Item, grata lex illa erat, quibusdam Clericis, quibus pro vna vxore sexcentas iam mulierculas licebat inire. Cumq; quædam Concilia Clericis concessissent matrum & sororum cohabitationes, vt de quibus nulla posset esse suspicio, postea compertum fuit, cœlibatum sacerdotum tam castum esse, vt nec matres, nec sorores inire dubitarint. Ideo in aliis Conciliis illas etiam cohabitationes prohibere coacti fuerunt.

Sed audi Bernhardi querelam, qui in sermone de conuersione ad Clericos, capite 29. inquit, Si iuxta Ezechielis prophetiam parietem fodiamus vt in domo Dei videamus horrendū, pessima forte apparebit inter parietes abominatio. Siquidem post fornicationes, adulteria, post incestus, ne ipsæ quidem apud aliquos ignominiaē passiones, & turpitudinis opera desunt. Vtinam nec Apostolū hæc scribere, nec nos dicere oporteret, vt nec dicētib, crederetur, quod humanum aliquando occupauerit animum tam abominanda cupido, heu execrabili Sodomorum cinere inimicus hominum, Ecclesiæ corpus aspersit, & ipsorum etiam ministrorum eius nonnullos, sanè sc̄dissima & spurcissima respersit, &c. Et in fine inquit: Multi, non quidem omnes, sed tamen multi, certum est, nec lateri possunt præ multitudine, nec præ impudentia quærunt, multi vtique libertatem in occasionem carnis dedisse videntur, abstinentes remedio nuptiali, & in omne deinceps flagitium effluentes: Vtinam qui continere non valeat, cœlibatū

nomina

*Lex cœlibatus sacerdotum sc̄diss. libidines peperit.
Nicolaus.*

Vidua iuniores tempore Apostolorum. Hæretici.

Cyprianus.

Chrysostomus.

Hieronymus.

Paphnutius.

Eustachius.

Saluianus.

*Gregorius Magnus.
Fructus cœlibatus sacerdotum Germania.*

Anglia.

Bernhardi querela.

nomina dare vererentur. Esse sine dubio melius nubere, quàm vri, & saluari in humili gradu fidelis populi, quàm in Cleri sublimitate, & deterius vivere, & districtus iudicari. Et alibi inquit: Tolle de Ecclesia honorabile coniugium, & thorum immaculatum, nonne replet eam concubinariis, incestuosis, seminifluis, mollibus, masculorum concubitoribus, & omni denique genere immun-

Monasterio-
rum & Col-
legiorum li-
berales in
Anglia.

Mantuanus.

Exempla scœda, obscœna & horrenda, quibus omnia Collegia & Monasteria scatent, nolo commemorare, quæ monstra libidinû in Collegiis & Monasteriis Angliæ visitatio Henrici VIII. inuenit, legat cui libet in Balæo, Centuria 8. & 9.

Mantuanus notoria illa suis versibus deplorat:
Nulla hic arcana reuelo.
Non ignota loquor, liceat vulgata referre,
Sic verbes, populiq; ferunt, ea fama per omnem
tam serus Europam mores extirpat honestos,
Sanctus ager scurris, venerabilis ara Cynadis
Seruit, honoranda diuum Ganymedibus ades.

Item.

Ipudor in villas, vrbs est iam tota lupanar.

Nigellus.

Nigellus in speculo stultorum de Monialium castitate ita canit:

Quod nunquam nisi clam nullaq; sciente sororum
Cum quocunque suo fratre manere potest.

Item.

Harum sunt quadam steriles, quadam parientes
Virgineoq; tamen nomine cuncta tegunt.

Pasquillus.

Pasquillus.

Roma vale, vidi, satis est vidi, reuertar,
Cum leno, aut meretrix, scurra, Cynadus ero.

Epitaphium
Sixti.

De Romanorum Pontificum castitate tantum duo Epitaphia adscribam.

Sixte iaces tandem deslent tua busta Cynadi,
Scortaq; lenones, alea, vna, Venno.

Item.

Hoc iacet in tumulo Lucretia nomine, sed re
Thais, Alexandri filia, sponsa, nuptus.

Et eò vsque progressa est obscœnitas Pontificij cœlibatus, quòd iniquitatem suam exemplo Sodomæ prædicare non vereantur, sicut Scriptura loquitur. Vergerius enim, Sleidanus & Balæus scribunt, Ioannem à Casa Archiepiscopum Beneuentanum, Cameræ Apostolicæ Decanum, & in Venetorum dominio nuncium Apostolicum rhythmis Italicis poemata scripsisse, in quo Sodomæ laudes celebrarit, &c. Opus dicunt excusum esse apud Troianum Nauum.

Ioannes à
Casa, Sodo-
miam ryth-
mis Italicis
celebrauit.

Lutherus.

Lutherus scribit se Romæ vidisse, Cardinales illos quasi pro sanctis haberi, qui fornicationibus & adulteriis cum mulieribus contenti essent. Sed abrupto narrationem: Quæ enim in occulto ab illis fiunt turpe est vel dicere, Ephe. 5. Et quod Arnobius aduersus Gentes scribit de puritate cœlibatus Sacerdotum apud Gentes, hoc ad coniugium nostrum conuenit. Sunt autem hæc verba, lib. 8. Impunitatem fecit non castitas tutior, sed impudicitia felicitior: vbi autem magis à sacerdotibus, quàm inter aras & delubra conducuntur supra tractantur lenocinia? adulteria meditantur? frequentius denique in ædituorum cellulis, quàm in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur? Hæc ille.

Arnobius.

QVOD MVLTIS DOCTIS ET BONIS VIRIS SVB REGNO PONTIFI- cio lex cœlibatus, seu prohibitio coniugij sacerdotum displicuerit.



Vod multi omnibus seculis, inde ab Apostolorum vsq; temporibus, prohibitioni coniugij fortiter contradixerint, donec pervim ea stabilita fuit, in præcedenti historia ostendimus. Nunc breuiter tantum annotabimus, quòd etiam post stabilitam illam legem cœlibatus, in mediis captiuitatis Babyonicæ tenebris, multi præstantes viri fuerunt, qui manifesta Scripturæ sententia, & horrendis libidinum scandalis moti, suosores extiterunt, vt iniqua illa lex antiquaretur, & sacerdotibus libertas legitimi coniugij restitueretur.

Quilicamb
cœlibatus le-
gem, in regno
Pontificio re-
prehende-
rius.

VValdenses igitur, qui circa annû Domini 1160. in Gallis exorti scribuntur, hunc etiam articulum inter cæteros habuerunt: Coniugium sacerdotum & iure, & necessarid in Ecclesia retinendum esse.

Thomas Aquinas, circa annum Domini 1270. in summa, quæ incipit: Commiserationes Domini, capit. 165. disputat, cœlibatum Sacerdotum esse ex statuto Ecclesiæ, atque ideo Ecclesiam in voto castitatis posse dispensare. Et addit: Si Acolytus in secreta confessione, ad discretum Sacerdotem veniat, & se nullo modo posse continere dicat, non multum peccat sacerdos, dando ei consilium, vt cum aliqua occultè matrimonium contrahat, & occultè Episcopi sui oculos fallat. Minus enim credimus esse peccatum, beneficium cum occulto coniugio retinere, quàm fornicariam contra diuinam prohibitionem habere. Si verò postea sacros ordines à suis Prælatibus, cogatur accedere, credimus minus esse peccatum vxore vt, quàm cum alia fornicari, si ex toto noluerit continere.

Occultè ma-
trimonium.

Durandus circa annum Domini 1320. in libro de modo celebrandi Concilij, ex multis rationibus, disputat consultum fore, vt in Concilio generali, sacerdotibus libertas coniugij restituatur.

Durandus.

Et eodem tempore etiam Marsilius Patavinus idem disputauit.

Marsilius
Patavinus.

Dantes etiam Florentinus & Petrarca, circa idem tempus, alter falsè alter acerbè, (cùm ad Lenocinium sororis suæ Pontifici Benedicto profectuendæ sollicitatus fuisset) impuritatem Pontificij cœlibatus insectabantur.

Dantes Flo-
rentinus.
Petrarcha.

Balæus, pag. 421. annotat, circa A. D. 1340. publicè magna fuisse certamina, quibusdam pro coniugio, aliis contra disputantibus & scribentibus.

Vielefium etiam contra impurum cœlibatum sacerdotum docuisse & scripsisse. Et Purucum, qui ex ipsius schola prodiit, peculiarem librum de ministrorum coniugio edidisse, Balæus annotat, Cœturia 6. & 7. Idem etiam in fine 6. Centuriæ, ex certis historicis recitat, Anno 1349. Canonicum quendam de crimine pessimo, Sodomitico scilicet, accusatum, in publico Parlaméto VWestmonasterij, atq; inde magnates publicè disputasse, quòd lex continentia adiuncta sacerdotio, in totam Ecclesiam Sodomiam induxerit. Delicata (aiebant) cœlibaria virorum Ecclesiasticorû, quærunt naturalè purgationem vel pelorem. Votum cœnentia (dicebant) Moniales cogit ad horribilia peccata: vt sunt interfectiones abortiuorû, destructio naturæ per medicinas, mutua libidines, & alia nò dicenda.

Vielefium
Purucum.

Narrat

Narrat etiam publicè tunc iactatos fuisse hos ver-
ficulos:

*Plangunt Anglorum gentes crimen Sodomorum,
Surgunt ingrati Giez, na, Simone nati,
Qui reges estis, populis quicumque praestis,
Qualiter his gestis gladios, prohibere potestis?*

*Sigismundus
Imperator,
sub Consilio
Basiliensi.*

Circa annum Domini 1430. Sigismundus Imperator imminente Basiliensi Concilio, curavit formulam reformationis Cleri conscribi, in qua fuit & hoc caput. Quia plus mali quam boni, ex Calixti decreto, in Ecclesia secutum sit, melius & animæ tutius esse, ut iuxta ritum Ecclesiae Orientalis, Clericis licentia concedatur contrahendi honesta matrimonia. Formula illa reformationis Argentorati edita est, Anno 1520.

*Aeneas Syl-
vius.*

Et Aeneas Sylvius in actis Concilij Basiliensis, lib. 2. scribit: Forrasse non esset peius, sacerdotes quam plures vxorari, quoniam multi saluarentur in sacerdotio coniugato, qui in sterili presbyteratu damnantur. Idem sicut Sabellicus & Platina referunt, etiam in Pontificatu, inter prouerbiales suas sententias & hanc habuit: Sacerdotibus magna ratione ademptum est coniugium, sed maiore restituendum. Exat etiam Epistola ipsius, 321. Romae scripta An. 1457. ad Ioannem Frundt, ubi ita inquit: Credimus te consilio uti non infulto, si cum nequeas continere, vxorem quaeris, quamuis id prius cogitandum fuisset, antequam sacris initiareris ordinibus. Sed non sumus Dij, qui futura prospicere valeamus: Quando huc ventum est, ut legi carnis resistere nequeas, melius est nubere quam vri. Non tamen haec Pontificis sententia est, ut dispensandum censeat, stat in sua serenitate, nec putat vni concedendum, quod multis innoxium vertat malum, & vnum pati pro multis non inconueniens arbitratur. Expectandus est ergo, ut tute agas, alterius Apostolatus, qui mitior sit, Nescimus tamen an vita tam diu comes erit, &c.

*Epistola Aeneae Syluij ad
Ioannem
Frundt.*

Panormitanus quoque Abbas Siculus, postea Archiepiscopus, in e. cum olim de clericis coniugatis, quaerit: Nunquid hodie Ecclesia possit statuere, ut Clericus possit contrahere matrimonium, sicut Graeci? Responderet autem Credo quod sic, & hoc indubitatum est apud me, respectu eorum, qui non sunt obligati ex voto vel tacito, vel expresso, & hoc proba ratione: Continentia enim non est in Clericis secularibus de substantia ordinis, sicut dicit Innocentius, nec est de iure diuino, quia alias Graeci peccarent, nec excusarent eos consuetudo, quia illa non valet contra legem diuinam. Et non solum credo potestatem inesse Ecclesiae hoc condendi, sed credo pro bono & salute animarum, quod esset salubre statutum, ut volentes continere & magis mereri relinqueretur voluntati eorum. Non valentes autem continere, possent contrahere: Quia experientia docente, contrarius prorsus effectus sequitur ex illa lege continentiae. Cum hodie non viuunt spiritualiter, nec sint mundi, sed maculantur illicito coitu, cum eorum grauissimo peccato, ubi cum propria vxore esset castitas, c. Nicæna. Vnde deberet Ecclesia facere, sicut boni Medici, ut si medicina experientia docente, potius officit quam prosit, eam tollat. Et utinam idem esset in omnibus constitutionibus positivis, ut saltim obligarent, quod ad poenam, & non quod ad culpam. Nam ita creuerunt statuta positiva, ut vix reperiantur aliqui, qui non corruerint viam suam. Haec Siculus ille, cuius in Concilio Basiliensi magna fuit autoritas.

*Canonista
Stephanus
Aufreerius.*

In eandem sententiam alij etiam Canonistae scripserunt, inter quos Stephanus Aufreerius fuit,

quialiorum etiam sententias adducit. Inquit enim, tempore primitiuae Ecclesiae, licebat presbyteris & sic constitutis vxorem ducere, c. quoniam, & c. aliter. distinct. 31. dummodo die celebrationis abstinerent a coniugibus. Postea in Occidentali Ecclesia venit prohibitio, ut constituti in sacris ordinibus deberent abstinere, & d. c. aliter. Et dicit Franciscus in Rubrica q. dec. Quod hoc praecipuum det materiam illaqueandi plures animas propter fragilitatem nostram. Ideo credit, quod sicut Ecclesia induxit hoc praecipuum continentiae, quod quoque reuocabit, & erit conueniens dicto Apostoli reuocatio, qui dicit: De virginibus praecipuum non habeo, consilium autem do. Haec ille.

Franciscus.

Et Rodolphus Agricola, qui anno 1485. obiit, inter reliquas Ecclesiae tenebras (inquit Balæus) etiam prophanationem Missae, & impuritatem coelibatus deplorauit. Ioannes autem de Vvesalia, Concionator Vormatiensis, cuius damnationem, Anno 1476. Moguntiae factam, Ioannes Keifersbergius eximius Theologus, iniquissime tulit, inter caetera docuit: Nullam esse causam rationabilem prohibendi Clericis coniugium.

*Rodolphus
Agricola.*

*Ioannes de
Vvesalia.*

Eraismus in declamatione de laudibus matrimonij: Mihi sane, inquit, videtur non pessime consulturus rebus & moribus hominum, qui Sacerdotibus & Monachis quoque, si res ita ferat, ius indulget at coniugij. Et addit: Exaggerent quantumlibet suum institutum, Monachorum & virginum examina, Sanctissimum vitae genus est, pure casteque seruatum coniugium. Idem in annotationibus, 1. Tim. 3. inquit: Etiam atque etiam vereor, ne census Ecclesiastici castrent hodie Clericos verius, quam pietas. Et in Colloquijs dicit: Execramur, si quis vel insciens peierauit. At nemo detestatur sacerdotes iuramento promittentes castitatem, quam tamen nec praestant, nec praestare cogitant.

*Eraismus Ro-
tterdamus.*

Reuerendissimus & Illustrissimus Dominus Georgius, Princeps Anhaltinus, scribit: Patrum suum Adolphum, Episcopum Mersburgensem, ante Lutheri nomen auditum, sepius dixisse: Si Concilium futurum esset, se suaforem & autorem futurum, ut sacerdotibus ius coniugij restitueretur. Addidisse etiam, multos sacerdotes, ut conscientiae consulere, cum concubinis suis secreto matrimonia contraxisse.

*Adolphus
Episcopus
Mersburgensis.*

Sed ne opus sit omnium voces seu sententias, qui ante Lutheri scripta, in medio Papatu legem coelibatus improbarunt, colligere, adscribam Mantuani (qui anno Domini 1516. mortuus est) versus, quibus piorum & eruditorum sui seculi iudicium de prohibitione coniugij sacerdotum complexus est. Ita enim canit, lib. 1. Factorum, de Hilario Pictauiensi.

Mantuanius.

*Non nocuit tibi progenies, non obstitit Exor
Legitimo conuulsi thoro, non horruit illa
Tempestate, Deus thalamos, cunabula, sedas,
Sola erat in precio, qua nunc incognita virtus
Sordet, & atriuo sicut cum plebe cucullio,
Propterea leges, qua sunt conuersa contra,
Esse malis quidam perhibent: prudentia Patrum
Non satis aduertit, dicunt, quid forte recuset,
Quid valeat natura pati. Cervicibus, ament,
Hoc insuane iugum nostris imponere Christus
Noluit: ista omnia quod adhuc quam plurima monstra
Fecit, at audaci dicunt pietate reperiunt,
Tutius esse voluit, qua lex diuina sinebant,
Iste via, veterumque sequi vestigia Patrum,
Quorum vita fuit melior cum coniuge, quam nunc
Nostra sit, exclusis thalamis & coniugij suis.*

Quæ

Quæ nostro seculo à Luthero & aliis, contra prohibitionem illam coniugij scripta, dicta, facta sunt, nihil attinet hoc loco commemorare. In recenti enim memoria, & quidem in conspectu sunt omnium. Quod verò iudiciū de lege illa cœlibatus sit principium etiam illorum, qui Pontificis partibus additi sunt, Patres in Concilio Tridentino ex oratore Bauarico & ex aliis coram audiuerunt. Inter ipsos etiam Pontificiæ causæ patronos multi fatentur, notoriam & obscenam infamiam inquinati in Pontificia Ecclesia cœlibatus, efflagitare legis illius vel antiquationem vel saltem mitigationem.

Et quidem Lindanus etiam, qui in aliis manifestis erroribus & superstitionibus defendendis non multum frontis habet: de hac tamen lege, licet timide admodum ac suspenso quasi gradu, (ne Deum suū terrestrem vere dicendo offendat) inquit, certè & hodie licet castos, atq; vitæ integros maritos ad sacerdotium assumere, quod meo quidem iudicio rectius, sanctiusq; fortè fieret, per aliquot Germaniarū Prouincias, quàm impurissimos aliquot præficere, aut etiã diutius tolerare nebulones, Apostatas & sacrilegos pastores: Quod factum aureo illi D. Paphnutij responso minimè foret alienum, neq; à vero remedio fortè abhorriturū videri posset. Sed viderint quibus ea cura diuinitus est tradita. Hæc Lindanus, qui hoc suo iudicio, omnium Romanorum Pontificū decreta & decretales condemnaret, nisi puidè adderet (suum fortassis) & ipsam agnitam veritatē Pontificis arbitrio rursus subiiceret. Tu verò cogita qualis sit illa Ecclesia, quæ ad tollendam aut relaxandā iniquissimam illam legē, nec sententia Christi, nec Pauli doctrina, nec Apostolorum Canonibus nec iudicio primitiæ Ecclesiæ, nec sonora Paphnutij in celeberrima Nicæna Synodo, voce, nec anathematis Gangrensibus, nec sextæ vniuersalis synodi decretis, nec tot tragicis turbis legē illa motis, nec tot obscœnis impuritatibus inde ortis, nec conscientiarum laqueis, nec tot piorum votis, gemitibus & flagitationibus, quicquā mouetur, sed legem illam quæ contumelia coniugij est, & ipsissima materia turpitudinis, non strenuè tantum, sed prorsus tyrannicè tætur.

AN PECCATVM SIT, SI QVIS, QVI IN MINISTERIO ECCLESIAE constitutus est, & continere non potest, matrimonium contrahat.

Rostquam Pontificij omnes Sophisticæ neruos intenderunt, vt clarissimas Pauli sententias, de Episcopo vnus vxoris viro, deprauarent, & vniuersæ veræ antiquitatis testimonia eluderent, tandem veritatis luce (quæ illorum etiam oculos, qui eam obscurare, nequicquā conantur, perstringit) conuicti fateri coguntur, ex præscripto Pauli, olim coniugatos rectè ad ministerium Ecclesiæ vocatos & cõstitutos in sacris ordinibus, consuetudine coniugali licitè vsos. Atque illud hodie etiam posse concedi. Vt verò, alio Sophistico artificio, veritatem etiam concessam rursus peruertant, incipiunt disputare: In nouo Testamento nunquã licuisse illis, qui iam in ordinē ministerij Ecclesiastici cooptati fuerunt, matrimonium contrahere. Quæstio igitur est. An peccatum hoc sit, cumq; peccatū sit *ἀνομιὰ*, 1. Ioan. 3. Et ex iis quæ diuinitus non sunt prohibita, nemo debeat conscientiam scrupulum iniicere, Col. 2. Videbimus an

in verbo Dei sit prohibitum. Hic enim principalis status est. Cum hac disputatione conscientiam laqueos iniicere conentur.

Inuenio autem in veteri Testamento, vbi externa Leuitica puritas exactissimè in sacerdotibus requirebatur, non tantum vsus consuetudinis coniugalis sacerdotibus concessum, sed textus manifestè dicit, Leui. 21. Sacerdotes ducant vxorem, sed non scortū, nec repudiatam. Et ne de gregariis tantum sacerdotibus priusquã ad ministerium assumerentur, hoc intelligatur, expressè de ipso Pontifice seu Sacerdote magno, etiam postquam vnctus & consecratus fuerat, dicit: Virgine ducet vxorem. Et in illo loco hoc scribitur, vbi de sacerdotibus Deus expressè dicit: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Nec valet Syricij elusio, ppter vices sacerdotales, in veteri Testamento hoc toleratum. Annis enim amplius quadringētis, priusquam vices illæ à Dauide instituerentur, Deus illo etiã tempore, quãdo Pontificè quotidie manè & vesperti oportebat offerre, Exo. 29. concedit ipsi vt ducat vxorem. Et Ezechiel describens formã noui templi, tanquã idem typicã Ecclesiæ noui Testamenti (neque enim Zorobabelis templū, idem illã Ezechielis expressit) cap. 44. dicit: Sacerdotes non viduã, aut repudiatam, sed virgines Israelitici generis vxores ducunt.

Illam verò concessio non est in nouo Testamento contraria prohibitionem abrogata, imo Paulus expressè dicit: Legitimum matrimonium, & consuetudinem coniugalem, non pugnare cum ministerio noui Testamenti. Sed excipiunt, Paulū quidem hoc dicere, eum qui iam est vnus vxoris vir, quiq; iam liberos habeat, posse ad Episcopum assumi. Non autem ipsum dicere, quod postquam Presbyter aliquis constitutus est, possit vxorem ducere. Ideo verò in isto loco hoc non expressit, quia mox capite sequenti dicturus erat: esse doctrinam Dæmoniorū in hypocrisi mendaciū loquentium, quicumq; prohibere velit contrahere matrimonium. Et obseruet Lector antithefin. Pontificij fingunt Paulum, 1. Tim. 3. Coniugatos quidem admittere ad Presbyterium, sed eo ipso prohibere, vt qui iam Presbyteri facti sunt, non contrahant matrimonium. Ipse verò Paulus capite sequenti dicit, esse mendacium & doctrinam Dæmoniorū, si quis prohibeat contrahere matrimonium. Et omninò friuolum & ineptum est concedere, Episcopum posse bona conscientia vxorem habere, & consuetudine coniugali vt, mox autem fingere, esse peccatum contra conscientiam, si vxorem ducat. Eadem enim sophistica est, qua Vintoniensis Anglus locū Pauli, 1. Cor. 7. voluit eludere. Eum qui in cõiugio ad fidem Christi vocatus esset, posse ppter vitandã fornicationem vxorem habere. Non autem sequi eum, qui cœlebs conuersus esset, si continere non posset, ad vitandam fornicationem posse vxorem ducere. Quod idem est, ac si quis fingeret, quando Christus dicit, Marci 9. Habete salem in vobis. Et capite duodecimo: Habete fidem Dei: hanc esse sententiam, vt qui iam habet, teneant, & vsurpent salem & fidem. Qui verò non habent, nullo modo debere salem acquirere, aut fidem concipere: Aut si Anabaptista cõtenderet, eum qui iam in officio magistratus constitutus sit, posse illud bona conscientia administrare, sed officium illud de nouo suscipere, neminem bona conscientia posse.

Atqui Methodus Pauli, 1. Corint. 7. hæc est. Primum loquitur de coniugatis: Bonum esset homini mulierem

Orator Bauaricus in Concil. Trid.

Lindanus.

Statu quoque
storia.

Leuiticus
Vete. Testam.
mento licuit
contrahere.
Leuit. 21.

Sacerdos magis
gnus.

Syricij elusio.

Paulus.

Deprauatio
sententia
Pauli.

Vintoniensis.

mulierem non tangere, sed propter vitandam fornicationem, quisque habeat suam coniugem, nec fraudent se inuicem, sed reddant sibi mutuò debitam benevolentiam, ne vos, inquit, tentet Satanas, propter incontinentiam vestram, &c. Ex illo verò fundamento mox atrox de coniugatis & viduis, tanquam consequentia in casu simili. Bonum illis esset si permanerent ut ego: Sed quia unusquisque proprium donum habet, si se non continent contrahant matrimonium. Melius enim est matrimonium contrahere, quam vri. Et, si uxorem quis duxerit non peccat, sed rectè facit, 1. Cor. 7. Axioma igitur Pauli est: Sicut maritum esse: ita etià maritum fieri, sine peccato licet: Et qui rectè sine peccato potest uxorem habere, is etià rectè sine peccato potest uxorem ducere. Quia igitur Episcopus presbyter seu Diaconus, rectè & sine peccato potest uxorem habere, 1. Tim. 3. Tit. 1. Ergo eodem iure etià rectè, & sine peccato potest uxorem ducere. Est & hoc argumentum perspicuum & firmum, Quod à Deo prohibitum non est, illud sine peccato, quod ad conscientiam liberum est. Sed Paulus expressè & in genere dicit, se non habere præceptum Domini, quo cælibes prohibeantur matrimonium contrahere, 1. Cor. 7. imò pronunciat, Dæmoniorum doctrinam esse, prohibere, matrimonium contrahere.

Axioma immotum.

Obiectio. Esse decretum Patrum & Conciliorum.

Sed Patres, inquit, & Concilia statutum fecerunt, ne illi, qui iam sacerdotes facti essent, postea uxores ducerent. Benè ergo habet, quod non diuina, sed humana tantum prohibitio est. Non itaque conscientiam potest obligare, Paulus enim pronunciat, Col. 2. Nemo vos iudicet in illis, quæ Deus libera esse voluit. Si enim mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid quasi viuentes in mundo, decretis tenemini? Quod si de illis, quæ in veteri Testamento diuinitus prohibita fuerant, verum est: ideo, quia in nouo Testamento à Christo in libertatem vindicata erant, multò magis in hominum prohibitionibus, quæ carent testimonio Scripturæ, locum hoc habere debent. Neque enim ideo à iugo Mosaico, quod diuinitus in veteri Testamento impositum erat, Christus in nouo Testamento nos liberauit, ut hominum statutis & prohibitionibus sine verbo Dei, conscientiam illaquearentur, precio enim empi estis, inquit Paulus, nolite fieri serui hominum.

Chrysostr.

Cum igitur coniugium tam sit honorabile, ut cum eo quis possit Episcopatus solium ascendere, sicut Chrysostr. inquit: Quid quæso nuptiæ habent, quod tam impurum aut impium sit, ut non coniugium, sed nuptiæ prohibendæ & fugiendæ sint sacerdotibus? Certè in nuptiis, quando matrimonium contrahitur, Deus ipse coniuges copulat, Matt. 19. & fœdus inter spolum & sponsam ipse, sua testificatione interposita, confirmat, Malach. 2. Et Christus ipse nuptiis, cum matrimonium contraheretur, interesse voluit, Ioan. 2. Extra Scripturam itaque imò contra eam dicitur, Coniugium quidem & vsum ipsius licere sacerdotibus, non autem nuptias, seu ut matrimonium contrahant. Nam Ebr. 13. vbi scribitur, coniugium honorabile esse, usurpatur vocabulum *γαμος*, quod & coniugium, & ipsas etià nuptias quando matrimonium contrahitur, significat. Ipsas igitur nuptias pronunciat esse honorabiles, & quidem in omnibus. Et 1. Cor. 7. non tantum eum, qui matrimonio vtitur, verum etià eum, qui matrimonium contrahit, pronunciat non peccare, sed benè facere. Ac quod diligen-

ter notandum est, Paulus 1. Tim. 4. dicit, Doctrinas Dæmoniorum, non tam ipsum coniugij vsum prohibere, quam τὸ γάμειν, hoc est, ne matrimonium contrahatur, ita enim Paulus loquitur.

Iure diuino igitur in verbo Dei, non est prohibitum, ne sacerdos contrahat matrimonium, imò talis prohibitio pugnat contra Paulum, 1. Cor. 7. & numeratur inter doctrinas Dæmoniorum, 1. Tim. 4. In hoc fundamento, conscientiam rectè & tutò possunt acquiescere. Quia enim solum verbum Dei dominatur conscientiam, nullum igitur contrarium statutum, nulla diuersa consuetudo potest aut debet conscientiam scrupulum iniicere. Quod verò per Paphnutium obijcitur afferentem veteris Ecclesiæ traditionem, supra explicatum est in historia Nicenæ Synodi, quod scilicet traditio illa non sit iuris diuini, sed positivi, & quidem non vniuersalis, sed particularis, nec perpetua, omnes & semper obligans, sicut supra ostendimus.

Paphnutius.

Ita ad Canonem 27. Apostolorum qui tantum Lectoribus & Cantoribus nuptias permittit, respondetur ex dist. 16. vbi Canonibus illis, non Canonica tribuitur autoritas, sed inter Apocrypha numerantur. Et Canonem illum non fuisse in primitiua Ecclesia, vel receptum, vel seruatum, manifestè ostendit Canon Ancyranus decimus, qui Diaconis post ordinationem concedit nuptias. Et 50. Canon ex illis, qui Apostolis tribuuntur, ita dicit: Si quis ex ordine sacerdotali nuptiis abstinerit, *ὁ δὲ ἀσχηματιστός*, id est, ideo ut pro ratione sui doni ad exercitia pietatis expeditior sit, sed propter abominatorem, oblitus, quod omnia bona valde, quodque masculum & feminam Deus creauit hominem, aut corrigitur, aut ex Ecclesia eicitur. Hic audis hæresin esse, nuptias contrahendas sacerdotibus prohibere, tanquam rem prophanam, immundam, & ministerio indignam. Atque hoc Canone sumitur responsio ad aliorum Conciliorum decreta, & Pontificum rescripta, quæ sacerdotibus nuptias prohibent.

Canon Apostolorum 27.

Canon Ancyranus post ordinationem nuptias concedit Diaconis.

Quod verò dicunt nullis historiis probari posse, sacerdotem iam ministerio Ecclesiæ constitutum, vnuquam matrimonium contraxisse, hoc nimis liberaliter fingunt. De singulis enim ordinibus ex ipsis eorum decretis testimonia possunt adduci, ut de minoribus ordinibus, Extra. de Clericis coniugatis, cap. Cum olim &c. Orietales in minoribus ordinibus (hoc est, Cærores, Lectores, Acolyti & Subdiaconi) in superioribus vtuntur matrimonio contracto. Et Subdiaconi etià in Occidentali Ecclesia, publica Episcoporum auctoritate, uxores duxerunt vsque ad Nicolai II. tempora, dist. 32. De illo Clerico.

Impudens Pontificum mendacium. Decretorum testimonia.

Minores ordines.

De Diaconis extat expressum testimonium, dist. 28. ex Can. 10. Ancyrano. Diaconi quicumque cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, velle se habere uxores, nec posse se continere, hi postea, si ad nuptias venerint, manent in ministerio, propterea quod his Episcopus licentiam dederit. Et hoc circa annu 500. primò prohibitum est in Iustiniani Auth. de sanct. col. 9. §. Clericos. De sacerdotibus seu Presbyteris loquitur, dist. 31. Aliter se Orietaliū traditio habet Ecclesiarum, aliter huius sancte Romanæ Ecclesiæ. Nam earum sacerdotes Diaconi aut Subdiaconi matrimonio copulantur. Istius autem Ecclesiæ vel Occidentalium, nullus sacerdotum à Subdiacono vsque ad Episcopum, licentiam habet coniugium sortiendi. Et glossa quidem manifesta falsatione verbum (copulantur) exponit (pro copulato vtuntur) quod etià Caietanus reprehendit & reuocat.

Diaconi.

Presbyteri.

& reicit. Sed antithesis manifeste ostendit sententiam. Hæc duo enim opponuntur, copulari matrimonio, & non habere licentiam Tortiendi coniugium. Et illæ ipsæ phrasæ, (copulari matrimonio, & sortiri vxores) de ipso contractu matrimonii expresse vsurpantur, dist. 32. c. Multorum. Item, si qui 16. quæst. 2. c. Sors. Copula sacerdotalis vel consanguineorum, nec legali, nec Euangelica, nec Apostolica autoritate prohibetur, Ecclesiastica tamen lege, penitus interdicitur, vbi notabis Canonem 27. qui Apostolis tribuitur, prohibentē Sacerdotibus nuptias, tempore Gratiani non habuisse autoritatē Apostolicam. Et de Episcopis ac sacerdotibus insinuat, cap. si quis amodo, distinc. 81. quod ante Alexandrum Secundum, circa annum Domini 1070. potuerint vxores ducere. Dicit enim, si quis amodo Episcopus, Presbyter aut Diaconus fœminam acceperit aut acceptam retinuerit, &c. Ergo antea vsitatum fuit. Et quidem vsq; ad Alexandrum Tertium circa annū Domini 1060. alicubi vsitatu fuisse Sacerdotes in ordinibus maioribus nuptias contrahere testatur ca. sane. De Clericis coniugatis, dicit enim, sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, &c. Item, clarius testatur glossa, distinc. 84. cum in præterito. Dicunt quidam, quod Gregorius introduxit continentiam Subdiaconis, distinc. 31. Presbyteris vero & Diaconis Syricius introduxit, imo dicunt, quod olim Sacerdotes poterant cōtrahere ante Syricium. Hæc glossa. Isidorus etiam circa annum Domini 620. In regula Clericorū, distinc. 23. c. His igitur. Clerici aut continentes sint, aut certe vnus matrimonii vinculo fœderentur. Quæ regula, de Clericis in sacris ordinibus iam constitutis, manifeste loquitur. Et illos si continere non possunt, dicit debere & posse fœderari vnus matrimonii vinculo, hoc est, matrimoniu contrahere. Et Innocentius Tertius, cum super Decretales scriberet, c. placet. De conuersione cōiugatorum dixit: Matrimonium de iure diuino non prohibere susceptionem sacrorū ordinum, sed tantū ex constitutione Ecclesiæ, & sic matrimoniu naturaliter non resistere promotioni ad sacros ordines. Imo etiā post cōsecrationem, sacerdotem posse contrahere matrimoniu, nisi Ecclesiæ statuto prohibitum hoc esset, &c. Et glossa in c. cum olim. de Clericis coniugatis dicit: Papam posse dispensare, vt aliquis cōtraheret in sacro ordine, quia tantū ex constitutione Ecclesiæ continentia ordini annexa est. Caietanus etiam tractans quæstionem, an Pontifex possit dispensare cu. n sacerdote Occidentalis Ecclesiæ, vt accipiat vxorem, dicit, nec ratione, nec autoritate probatur, quod absolute loquēdo, Sacerdos peccet contrahendo matrimoniu, nec ordo, in quantum ordo, nec ordo, in quantum sacer, est impeditiuus matrimonii. Et concludit, Sacerdotiu non dirimere contractum matrimonii, siue ante, siue post seclusis omnibus legibus, stando tantū in his, quæ à Christo, & ab Apostolis habemus, &c. Et Cusanus Epistola 2. ad Bohemos de vsu communionis, inquit: consequēter in nouo Testamento visum est, post aliqua tempora absurdum fore, quod in sacris ordinibus existentes contraherent, similiter & solenniter vouētes, quod si facerēt, separandos esse, qui tamē antē, tanquam à Deo coniuncti separari non potuissent. Ex quibus verbis manifestissimum est, existentes in sacris ordinibus, olim potuisse matrimonium contrahere. Ita paulo ante ex Apophtegmatis, & ex Epistola Aneæ Syluii ad Ioannem Frundt, sacerdotem,

qui cum continere non potuisset, cupiebat vxorē ducere, idē ostendimus. Imo ex ipsa Scriptura probari hoc potest. Paulus enim ponit, se siue inter duas, siue *ἀπ' αὐτῶν*, 1. Cor. 7. Sed ca. 9. dicit, se habere potestatem circumducendi mulierem sororē, sicut Petrus & reliqui Apostoli coniugati. Habuit igitur Paulus potestatem ducēdi vxorē in ipso ministerio, Huc pertinet etiam, quod tanquā textum Scripturæ allegant, Tertullianus & Innocentius primus, Sacerdotes mei semel nubant. Ergo vsitatum hoc tunc fuit.

Porro in Ecclesiis Germanicis ante Hellebrandi furias, sacerdotes habuisse libertatem contrahendi matrimonia; ex historiis illis, quas supra ex certis authoribus annotauimus, manifestum est. Extat apud Auentinum, pag. 290. Epistola Gregorii Tertij ad Episcopos Boiariæ, de reformatione sacerdotū, qui fornicationibus & adulteriis inquinati erant, vbi inter cætera hæc extant verba: Nemo scorta aut concubinam alat, quisq; aut caste viuat, aut vxorē ducat, quam repudiare fas non esto. Ex illa Epistola etiam Vvolfgangus Lazius ostendit, olim viris Ecclesiasticis liberum fuisse, si continere non possent, matrimoniu contrahere. Et circa annum Domini 800. Moguntia in Synodo, reformationem Clericorū in Germania, ex regula Clericorū ab Isidoro conscripta, institui debere decreuerunt. Illius vero regulæ caput vnū est: Clerici aut continenter viuant, aut certe vnus matrimonii vinculo fœderentur. Quæ verba de fœdere legitimū matrimonii contrahendo loquuntur, sed rhapsodos Concilio-rum ea malitiose expunxisse supra ostendimus.

Ex Vlrici etiam Epistola idem colligitur, vbi & hæc historia recitatur: Gregorium Magnum cum fructus prohibiti Clericis coniugii in piscina inuenisset, damnato priori suo decreto, Apostolicū illud consilium etiam sacerdotibus accommodasse, melius est nubere, quam vel vri, vel mortis occasionem præbere. Et vsque ad Hellebrandi tempora, sacerdotes Germaniæ habuisse libertatem & contrahendi & vsurpandi matrimonii, manifeste testatur Epistola ipsius ad Constantienses apud Naucleum, pagina 140. in qua dicit: Episcopus vester Clericis suis permisit, vt qui vxores habuerant, retinerent, & qui non habebant, ducerent.

De Græcæ Ecclesiæ consuetudine Erasmus id; quod nō ex aliis audiuit, sed quod ipse coram oculis suis vidit, testatur in Apologia aduersus Parisienses, se Venetiis apud Græcos vidisse: Sacerdotem post susceptum ordinem ducere vxorem, sed vnica virginem. Et supra ex historia Ioannis Magni adscriptissimus hæc verba: Vvilhelmi Cardinalis prima cura & intentio fuit reuocare Succos & Gothos à Schismate Græcorum, in quod Presbyteri & Sacerdotes ductis publice vxoribus consensisse videbantur. Et Metropolita Russiæ apud Sigismundum Baronem scribit, maximum esse errorem & peccatum in Romana Ecclesia, quod Sacerdotes, qui secundum legem ducunt vxores reiciant.

DE DIGAMIA SACERDOTVM.



ERVERSA profus ratio est: virtutes quas Paulus in Episcopo expresse requirit, quæque ad ædificationem Ecclesiæ viles & necessaria sunt in eligendis sacerdotibus negliguntur,

G

finguntur.

Testimonia
Scriptura.Exempla hi-
storiarū Ger-
mania ante
Hellebrandū.

Grego. III.

Vvolfgang.
Lazius.

Vlricus.

Consuetudo
Ecclesiæ
Græcæ.

Episcopi.

Isidorus.

Innoc. III.

Caietanus.

Cusanus.

singuntur veralia, quæ à Paulo non requiruntur, & ad Ecclesiæ aedificationem nihil faciunt, illis conscientia perturbantur, & Ecclesia idoneis ministris defraudatur. Si quis enim vxore defuncta, aliam legitime duxerit, vel qui honestam viduam duxerit (quæ iuxta Scripturam non libere tantum, sed in Domino fiunt, 1. Corinth. 7.) is etiam si reliquis donis ad Ecclesiæ aedificationem vtilibus & necessariis, ad miraculum vsque à Deo ordinatus sit, à ministerio Ecclesiastico arcetur & remouetur. Qui vero vel 100. adulteriis, vel 1000. stupris se prostituerunt, illis, si modo legitimum coniugium fuerint, etiam si aliàs vel stipites, vel asini sint, nulla prorsus inhabilitas obstat, quo minus ad sacros ordines promoueri, imò ad apicem, non Episcopalem tantum, sed Pontificium etiam, cum solenni acclamatione, Dignus & iustus est, euehi possint. Augustinus disputat, eum, qui ante Baptismum vnam habuerit vxorem, & ea mortua, secundam post Baptismum duxerit, non esse ad ministerium admittendum. Hieronymus vero, Tit. 1. falsè hoc refutans quærit, quo priuilegio illi, qui ante Baptismum cum aliquot concubinis inquinati fuerant, postea ad ipsum Episcopatus solium ascendant, oblique notans ipsum Augustinum, qui ante conuersionem duas concubinas habuerat. Absurda profecto hæc sunt. Et tamen hæc opinio sub hypocrisis peculiaris sanctitatis, etiam in Orientalibus Ecclesiis tandem ad hunc vsque diem inualuit, sed rem ipsam sepositis præiudiciis consideremus.

Si mortua vna vxore alteram legitime duceret, tale est propter quod aliquis, licet aliis donis & virtutibus ad Ecclesiæ aedificationem necessariis instructus, à ministerio Ecclesiastico arceri & remoueri debeat, necesse est atrox crimè esse. Paulus enim dicit Episcopum debere esse ἀνέγκλιτον, Tit. 1. hoc est, qui huiusmodi criminibus non sit obnoxius, propter quæ publicè possit infamia notari seu in ius vocari. At qui mortua vxore liber est vir à lege prioris vxoris, vt possit ducere aliam, Rom. 7. & 1. Corin. 7. Ac viduis in genere Paulus præscribit, bonum quidem ipsis esse, si cœlibes permanserint, sed si se non continent, contrahant matrimonium. Melius est enim, matrimonium contrahere, quam vri. Et addit à viduis secundas nuptias posse contrahi in Domino, 1. Cor. 7. Quod igitur Deus liberum esse pronunciat, quod Paulus tanquam remediū incontinentiæ præscribit, ac tam sanctum esse testatur, vt in Domino possit fieri, certe si quis illud contendat tale crimen esse, propter quod aliquis alias idoneus, à ministerio arcendus & remouendus sit, is Spiritui sancto contradicit.

Operæ precium autè est considerare, vnde peruersio illa primū sit orta, quæ temporibus confirmata, & consuetudine præscripta, titulum nunc habet Apostolicæ traditionis. Et à Gèrium sacerdotibus, κακοζηλία quadà hoc acceptum esse non dissimulat. Hieronymus enim 2. contra Iouinianū dicit, vnicubas semper inter matronas habuisse decuit, per quas fortunæ muliebri sacra fierent, nullum sacerdotem digamum, nullum flaminem bimaritum leges. Pighius citat Seruium super illud Vergilij (huic vni forsitan poteram succumbere culpæ) Etiam Ethnicos bis nuptos repulisse à sacerdotio. Accessit postea ex Montani schola Tertul. qui cum ex reuelatione paraclæti Montanici secundas nuptias simpliciter & in genere damnaret, vt istis Montanicis reuelationibus, quæ suspectæ & inuidiosæ tunc e-

rant, speciem aliquam ex Scriptura indueret, cœpit locum Pauli ita interpretari, Sacerdotes sint vnus vxoris viri, hoc est, Monogami. Omnes autè Christiani sunt Sacerdotes. Ergo secundæ nuptiæ omnibus sunt prohibita. Cumq; videret sibi obstat, qd qui secundā duxit, non est mortuæ vxoris vir, sed viuentis, & ita nihilominus vnus vxoris vir. Impudenter fingit, non referre, duas quis vxores singulas habuerit, an pariter singulæ duas fecerint. Eūdem enim numerū esse coniunctorum & separatorum, quod directe pugnat contra Paulū, qui Rom. 7. & 1. Cor. 7. pronūciat, virum ab vxore mortua liberatum & solutū esse. Non igitur mortuæ maritus amplius est, sed vnus, quæ viuit, licet ordine vel secunda, vel tertia sit. Quanquam autem Montanus cum suo paraclæto, merito ab Ecclesia reprobatus sit, adhuc tamen inde in quibusdam locis, etiā laicorum secundis nuptiis nota quædam ignominia. Neocæsariense enim Concilium, ca. 3. secundas etiam legitimas nuptias publicæ pœnitentiæ subiicit per longū tempus, quod tempus Laodiceū Concil. postea minuere voluit: Ca. 7. prohibet presbyterum conuiuio secundarum nuptiarum interesse, ne sua præsentia videatur illas comprobare. Alius Canon secundis nuptiis benedictionem denegat, & presbyterum benedictentem digamos, suspensum mittit ad sedem Apostolicam. Quæ si intelligantur de secundis nuptiis, post mortem prioris coniugis legitime cōtractis, simpliciter pugnant contra Paulum, Rom. 7. & 1. Cor. 7. Ideo glossa exponit de secundis nuptiis, viuentē adhuc priore coniuge. Andradius vero citat & probat Constantini Porphyrogemetæ constitutionem, quæ quinquennij excommunicationem imponit ei, qui tertiam vxorē post mortem priorum duxerit. Et ex opere imperfecto citat secundas nuptias secundum Apostolicum præceptum licitas esse: Secundum autem veritatis rationem veram esse fornicationem.

Sed cum damnatio secundarū nuptiarum non posset in vniuersum obtineri, sacerdotali ordini sub prætextu maioris sanctitatis obtrudi cœpit, vt laicis tantum tanquam imperfectioribus, secundæ nuptiæ concederentur. Ita enim inquit Tertullianus, censent Monogamiam tantū esse sacerdotum, quia Paulus dicit: Oportet Episcopum esse vnus vxoris virum. Sed vera Catholica Ecclesia, tempore Tertulliani circa annum Domini 200 hoc non obseruauit, & dictum illud Pauli non hoc modo intellexit, sicut Tertullianus ipse fatetur in li. de Monogamia. Montanistæ enim se vocabant spirituales, reliquos vero, qui non erant Montanistæ, vocabant Physicos. Inquit igitur: Cur ergo non erubescunt, quotquot ex digamia præsidet apud vos, quando hæc ipsis leguntur: Oportet Episcopum vnus vxoris virum esse. His verbis manifeste testatur, in Ecclesia Catholica apud illos, qui non erant Montanistæ, digamos præsidet Ecclesiarum fuisse, & dictum Pauli non intellexisse de Monogamia. Postea cum subinde maior fieret doctrinæ inclinatio, digamia sacerdotib. seuerius prohibita fuit. Ambrosius enim exponens locum, 1. Tim. 3. dicit, Quamuis secundā numero vxorem habere non sit prohibitum, vt tamē quis dignus ad Episcopatum sit, etiam licitū debet spernere, propter sublimitatem istius ordinis. Sed Ecclesia etiam illius temporis, vbique digamos ad sacerdotium admittit, id quod Hieronymus ipse, qui tamen nec primis, nec secundis nuptiis satis æquus fuit, testatur in Epistola ad Oceanum,

Augustinus
de digamia.
Hieron. con-
tra.

Origo est fons
peruersa his-
torum opinio.
A Gentium
sacerdotibus
in Ecclesiam
translata mo-
nogamia.
Hieronym.
Pighius.
Tertulliani
monogamia
Montanica.

Depravatio
dicti Paulini.

Secunda nu-
ptia laicorum
notata.

Concil. Neo-
cæsariense.

Benedictio ma-
gata secundis
nuptiis.

Secunda nu-
ptia interdi-
cta sacerdoti-
bus.

De loco Pau-
li, 1. Tim. 3.
Vnius vxoris
vir.

Ambrosius.

Digamos sa-
cerdotes Ec-
clesia admittit
tempore Am-
brosii & Hiero-
nymus.

num, his verbis: Caeterius Hispanie Episcopus, homo & ætate vetus & sacerdotio, vnâ antequam baptizaretur, alteram post lauacrum priore mortua, duxit vxorē, & arbitraris eum cōtra Apostoli fecisse sententiā, qui in catalogo virtutum Episcopi, vnus vxoris virum præcepit ordinandū? Miror autem te vnum protraxisse in medium, cum omnis mundus his ordinationibus plenus sit, non dico de presbyteris, non de inferiori gradu. Ad Episcopos venio, quos si sigillatim voluerō nominare, tantus numerus congregabitur, vt Ariminensis synodi multitudo superetur, &c.

Et Hieronym. explicans locū Pauli, inquit, Hoc quod dicit vnus vxoris virū, potest & aliter differi. Ex Iudæis erat Apostolus. Prima Christi Ecclesia de reliquiis Israël congregabatur. Sciebat lege cōcessum, exemplo Patriarcharum familiare populo nouerat, in multis vxoribus liberos spargere. Ipsi quoq; sacerdotibus huius licentiæ patebat arbitrium, præcepit ergo ne eandem licentiā Ecclesiæ sibi vindicent sacerdotes, ne bina pariter & trina coniugia sortiantur, sed vt singulas vno tempore habeant vxores. Apud Græcos etiam, cum à Latinis de sensu loci illius Paulini mota esset controuersia, Theodoretus circa annum Domini 430. recitat illorum interpretationem, qui sentiunt Paulū nominando vnus vxoris virum, non prohibere secundum matrimoniū, quando mors vinculum prioris dissoluit, sed respicere ipsum ad hanc antithesin. Olim enim & Græci & Iudæi, inquit, cum duabus, tribus & pluribus vxoribus iungebantur lege matrimonij. Et nūc, inquit, cum leges imperatoriæ prohibeant duas simul vxores ducere, cum concubinis & scortis rem habent. Et leuitas in repudiis, tūc etiam vitata erat. Hisce omnibus iudicant Paulum opponere vnus vxoris virum. De hac vero interpretatione pronunciat Theodoretus, videntur recte dicere. Item, his consideratis admitto eorum interpretationem.

Eodem modo etiam Chrysostomus recitat quidem Latinorum interpretationē, sed suam, hoc est, Græcæ Ecclesiæ, prolixè explicat, quod scilicet Paulus respectu Polygamie & repudij nomet vnus vxoris virum. Ita enim scribit, 1. Tim. 3. dicens, vnus vxoris virum, ἀμειρίαν prohibet. Quoniā apud Iudæos licitum erat, (ὡς δευτέρως ὁμιλεῖν γάμοις, καὶ δύο ἔχειν κατὰ ταυτὸν γυναικας) & altero iungi matrimonio & eodem tempore simul duas habere vxores. Et Tit. 1. inquit, Dicens Paulus, vnus vxoris virum, voluit Hæreticis os obturare qui nuptias criminantur, ostendens rem illā non abominabilem, sed adeo preciosam & honorabilem, vt cum ea, quis possit etiam sacrum Episcopatus thronum ascendere. Eo ipso vero cum dicit (vnus vxoris virum) etiā ἀσεληγείας, libidinosos, petulantes seu procaces coercent, nec permittit, vt quis principatum hunc ineat μετὰ δευτέρω γάμω, cū altero matrimonio. Qui enim erga ἀπειθήσαν, hoc est, eam quæ repudiata discessit, nul. à benevolentiam seruauit, quomodo is bonus Ecclesiæ præses erit, quam ille non sustinebit reprehensionem? Nostis enim omnes, nostis etiam si non esset legibus prohibitum τὸ δευτέρως ὁμιλεῖν γάμοις, alteris iungi nuptiis, multas tamē res ipsa habet κατηγορίας, criminationes seu reprehensiones. Nullam igitur Paulus criminandi occasionē, Præsides, vult subiectis suis præbere, &c. Interpres reddens μετὰ δευτέρω γάμω, post secundas nuptias. Item, ἀπειθήσαν defunctam vxorem, sensum Chrysostomi peruertit. Nul-

lis enim legibus Imperatorum prohibitum vnquā fuit, ne post mortem prioris coniugis secundæ nuptiæ legitimè contraherentur. Sed hoc leges Imperatoriæ prohibuerunt, ne quis simul duas vxores duceret, sicut Theodoretus citat. Et quod hoc loco Chry. δευτέρω γάμω alterū matrimonium, seu secundas nuptias intelligat, ex cōmentariis ipsius, 1. Tim. 3. intelligitur, quæ verba paulo ante annotauimus. Et ex Theodoro etiam, cuius verba adscripsimus, hoc declaratur, quod scilicet ad polygamiam, & ad repudium respiciat. Atq; hanc Græcorum interpretationem Hieronymus etiam, Tit. 1. adducit, & eam non reprobatur, sed in Epistola ad Oceanum confirmat. Glossa etiam Canones, damnantes digamiam, exponit de secundis nuptiis, quæ contrahuntur viuentē adhuc priori coniuge.

Paulus igitur, quando Episcopum nominat vnus vxoris virū, non prohibet secundas nuptias post mortem coniugis. De hoc enim casu, 1. Cor. 7. dicit, si se non continent, contrahant matrimonium in Domino. Sed vel polygamus est, vel qui repudiata adhuc viuente, alteram duxit, vel qui concubinarum & scortorum vir fuit, eum Paulus propter scādalum non vult eligi in Presbyterum, sicut Theodoretus tria hæc expresse ponit, in quorum antithesin vnus vxoris vir intelligatur.

Quæ vero cōtra hanc interpretationē opponuntur, eam magis confirmant, quam labefactant. Speciosum videtur, quod obicitur ex loco, 1. Tim. 5. Vidua eligatur, quæ vnus viri vxor fuit, Polygamia vero nunquam mulieribus concessa fuit. Ergo phrasis illa, videtur significare monogamiā. Sed responsio plana est. Licet enim mulier ratione polygamie non poterat plures maritos habere, aliis tamē & quidem variis modis hoc fieri poterat, vt si vel constante matrimonio adulteriū perpetrasset, vel si extra casum fornicationis per repudiū à priore marito discessisset, & alium duxisset, viuente priori, iam erat non vnus viri vxor. Matth. 5. Rom. 7. vel si in fornicatione vixisset. Nam mulier etiam in illegitimis coniunctionibus dicebatur habere virum, Ioh. 4. Talem igitur viduam, quæ notam habebat illegitimæ coniunctionis cum viris, Paulus non vult in collégium viduarum assumi, vt phrasis illa (vnus vxoris vir) sit periphrasis legitimi coniugij, iuxta dictū Christi: Erunt duo in carnē vnā. Sicut etiam Paulus, 1. Cor. 7. quando dicit: Quisq; habeat suam vxorē, & quæq; suum virum, per periphrasin describit legitimam coniunctionem matrimonij.

Pighius magnis clamoribus contendit, ex nullis probatis historiis posse ostendi, aliquem tempore Apostolorum, imo trecentis annis antea, simul duas habuisse vxores. Figmentū igitur dicit esse, Pauli phrasin de marito vnus vxoris ita interpretari, quasi opposita sit polygamie, quæ tunc profus in vsu non fuerit, Sed ipsius clamoribus opponimus Theodoretū, Hieronymum & Chrysostomum, qui diuersum affirmant, sicut iam monstratū est. Et testimonium clarissimum, refutans falsam illam Pighii assertionem, extat apud Iustinū in Tryphone, vbi apertis verbis de Iudæis dicit: Magistri vestri ad hoc vsq; tempus, quatuor & quinque vxores vnūquemq; vestrum habere permittunt. Item, Quemcunq; in locum veniunt Iudæi nuptiarum nomine vxores ducunt. Hæc Iustinus. Et Theodoretus postea ab Imperatoribus Christianis, tandem polygamiam illam, quæ & apud Iudæos, & apud Græcos vitata erat, prohibitam esse tradit, 1. Timo. 3. Conci-

Hieronymus.

Summa sententia Pauli. 1. Tim. 3.

Obiectis de vidua monogamia.

Pighius.

Iustinus de polygamia.

Theodoretus. C. nocl. Tolos. 1. anam 1.

Disputatio Græcorum de Lascorū de loco Pauli, 1. Tim. 3.

Chrysostomi interpretatio de vnus vxor via vero.

lium etiam Toletanum primum, tempore Leonis primi, cap. 17. ostendit, tunc adhuc polygamiam v-
sitatam fuisse, ita enim statuit. Si quis fidelis habens
uxorem, habeat concubinam, non communicet.
Cæterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore
concubinam habet, à communione non repella-
tur, tantum, ut vnus mulieris aut vxoris aut con-
cubinæ sit coniunctione contentus. Intelligit au-
tem concubinas, non scorta, sed quæ sine pactis do-
talibus, & sine instrumentis legalibus, legitimè ta-
men & matrimonialiter viro coniunctæ erant, quæ
differentia inter uxorem & concubinam in veteri
etiam Testamento v-
sitata fuit. Et Canon ille Tole-
tanus loquens de polygamia, prorsus eadem phrasi
v-
titur, qua Paulus: Sit vnus coniunctione conten-
tus. Falsum igitur testimoniū est quod Pighius assert.

*Testimonia
monogamia
sacerdotum.*

Tertull. dicit, Sacerdotes legis semel tantū nu-
p-
psisse. Et Innoc. 1. dicit scriptū esse: Sacerdotes mei
semel nubant. quod in tota sacra Scriptura non extat.
Tertull. vero commentū falsum est, & à Hieron. in
Epist. ad Oceanū refutatur, sicut verba supra adscri-
p-
tū sunt. Rationes vero, quæ afferuntur contra digam-
m-
iā sacerdotū, frigidæ profecto & inuolæ sunt. Au-
gustinus de bono coniugali, cap. 18. hanc rationem
reddidit: Sicut polygamia in veteri Testamento sa-
cramentum fuit, significans ex omnibus populis
colligendam Ecclesiam: Ita nunc Monogamiam sa-
cramentum esse sacramentum vnitatis Ecclesiæ. Et
scholastici quærentes rationes constitutionis de
Monogamia sacerdotum, dicunt Sacramenti rati-
onem non admittere digamiam Sacerdotum. Et
Bonauentura in genere loquens, dicit etiam in se-
cundis viduarum nuptiis non fieri benedictionem
propter defectum sacramenti. Atqui Paulus analogiam
mysterii seu sacramenti expresse explicat hanc
esse, Ephes. 5. Relinquet homo patrem & matrem,
& adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem v-
nam. Quod cum fiat in viduarum etiam matrimo-
nio, liberatæ enim sunt à lege mariti defuncti, Rom.
7. cumque viduæ in Domino nubant, 1. Cor. 7. nos
certe non debemus excogitare aliam rationem sacra-
menti, qua conscientias præter Scripturam constri-
gamus. Pighius allegat, ex 44. ca. Ezech. vbi vulgata
translatio habet. Soror Pontificis, quæ alterū virum
nō habuit, &c. Sed textus simpliciter habet de sorore
Pontificis, quæ nondū tradita est viro, sed adhuc
in paternis ædibus seruetur, illam Pontifex, si mo-
riatur, ut partem familiæ paternæ potest lugere.

*Rationes con-
tra digamiam
sacerdotum.
1. Augustin.*

Scholastici.

Bonauentura.

Pighius.

Citatur etiam illud, quod Deus in veteri Testa-
mento, Leu. 21. viduam Pontifici ducendam prohi-
buerit. Sed hæc pertinere ad Leuiticam veteris Testa-
menti statuta, inde patet, quia non ratione digamie
prohibitum hoc fuit. Nam Ezech. 44. viduam à sa-
cerdote relictam, ducere possunt sacerdotes.

Ex his omnibus manifestum est, disputatione de
digamia, non debere conscientias laqueū iniici. Nō
enim habet certum & expressum fundamentum in
Scriptura. Quod vero Canones illi, qui Apostolorum
titulum præferunt, tale quid statuunt, apocry-
phum hoc esse, historiæ illa Græcæ & Latinæ Eccle-
siæ, quas recitauimus, conuincunt.

*Canones Apo-
stolici de mo-
nogamia sa-
cerdotum.*

Hæc iudico esse præcipua capita cōtrouersia de
cœlibatu, quæ dum mediocri diligentiâ conatus sum
euoluere, opinione longius progressa est explicatio,
quam prolixitate Lector, tunc boni consulet, si oc-
casionē inde sumpserint, de materiis hisce diligenti-
us cogitandi, quam inter scribendum mihi datam
esse libenter fateor.

DECRETVM DE PURGATORIO

PUBLICATVM PRIMA DIE

Sessiois nonæ & vltimæ Tridentinæ,
sub sanctissimo D. N. Pio III.

Pont. Max. Die 3. Decem-
bris, 1563.



*Q*VM Catholica Ecclesia Spiritu sancto edo-
cta, ex sacris literis, & antiqua Patrum traditio-
ne, in sacris Conciliis, & nouissime in hac a-
cumenica synodo docuit, purgatorum esse,
animasque ibi detentas, fidelium suffragiis, po-
tissimum vero acceptabili altarum sacrificio iu-
uari: Præcipit Synodus Episcopis, si sanam de purgatorio do-
ctrinam, à sanctis Patribus, & sacris Conciliis traditam, à
Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & ubique prædicari de-
tignenter studeant. Apud eundem seropoleum, difficultates ac
subtiliores quaestiones, quæ ad edificationem non faciunt,
& ex quibus plerumque nulla sit pietatis accessio populi-
ribus concionibus secludantur. In certis autem, vel quæ speciem
falsi laborant, euulgari & tractari non permittant. Ea vero,
quæ ad curiositatem quandam aut superstitionem spectant,
vel turpe lucrum sapiunt, tanquam scandala: & fidelium of-
fendicula prohibeant. Curent autem Episcopi, si fidelium vi-
uorum suffragia: Missarum scilicet sacrificia, orationes, elem-
osyna, aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus
defunctis, fieri consueverunt, secundum Ecclesiæ instituta, piè
& deuotè fiant: Et quæ pro illis ex testatorum fundationibus;
vel alia ratione debentur, non perfuntorie, sed à sacerdotibus;
& Ecclesiæ ministris, & aliis, qui hoc præstare tenentur, dili-
genter & accuratè persoluantur.

STRUCTURA PUR- GATORII.



*T*RIDENTINI Patres in hoc decreto
glorioso præstantur, se Spiritu S. do-
ctos ex sacris literis, & antiqua patrum
traditione, in sacris Conciliis, & in hac
Tridentina synodo docuisse purgato-
rium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis
iuuari, &c. Cumque pii & eruditi hoc seculo nō que-
rant, fabularum de purgatorio, quæ totius mundi
crumenas expurgarunt, repetitiones: Sed certis ac
manifestis Scripturæ testimoniis ostendi velint: An
tale sit purgatorium, quale Pontificii communi-
scuntur: Auidius sane expectabam, ex quibus Scri-
pturæ testimoniis, & qua ratione, purgatorium il-
lud suum, tanquam dogma Catholicum, & articu-
lum fidei, liquido & certo in hac luce Euangelii
probare conaturi essent. Cæterum de testimoniis
scripturæ verbum nullum, inquit ille, quia scilicet,
sicut Petrus à Soto fateatur, ex Scripturæ testimo-
niis purgatorium aperte probari non potest: Sed
prius sine Scriptura hoc credendum est: Postea ad
præsumptam illam opinionem, loca quædam Scri-
pturæ quoquo modo detorquenda sunt. Dicunt
sane in sacris Conciliis sanam doctrinam de pur-
gatorio traditam esse. Et imperiti forsitan cogitare
possent, in Nizeno aut alio ex vetustioribus hoc
factum esse: Sed Florentinum illud est Concilium,
celebratum, circa annum Domini 1439. Onus
igitur probationis non imprudenter in hac ma-
teria declinant, ipsam vero purgatorium ignem,
qui hætenus culinas ipsorum tam splendide
calce-

*Petrus à Soto
fateatur pur-
gatorium è
Scriptura pro-
bati nō posse.*

*Purgatorium
Florentino
Concilio pri-
mum contra-
ctum est.*

calefecit, nudis sed fortibus asseuerationibus, ex cineribus exsufflare & redaccendere strenue conantur. Præcipua enim axiomata doctrinæ Papisticæ, vt de meritis, de satisfactionibus, de perfectionibus & de propria iustitia coram Deo: Item, totus ferme cultus in templis ipsorum, vt vigiliæ, missæ, pro defunctis, anniuersaria, oblationes pro mortuis, peregrinationes, animarum balnea, indulgentiæ, opera supererogationis, fraternitates, memoriæ, exequiæ, suffragia, aqua lustralis, dedicationes cœmteriorū, & similia au cupia, purgatorio tanquam suo fundamento ita incumbunt, vt hoc destructo omnia ista à fundamento simul euertantur. Cœlum itaq; potius (quia iam dudum aliis illud vendiderūt) quam purgatoriū sibi eripi paterentur. Quia vero imposturas istas etiam Laici, quos cœcos vocare solent, videre cœperunt, temporis gratia quædam in materia purgatorii subindicant esse subtilia, difficilia, nō ædificantia, incerta, falsa, curiosa, superstitiosa, his enim verbis in Decreto vtuntur, sed quæ illa sint nō exprimūt. Si enim quæ talia sunt, omnino inde eximerentur, vno momento totum purgatoriū euacuaretur. Et tamen illa ipsa non damnant, sed tantum prohibent, ne in popularibus concionibus euulgētur. Sed ne purgatoriæ istæ imposturæ, vel Lethæo flumine submergantur, vel sub orci galea occultentur, materiā illā solita nostra simplicitate breuiter euoluem⁹. Et primū structurā purgatorii qualis à Pōtificiis traditur, ex ipsorū libris delineabim⁹.

De statu igitur animarū, postquam à corporibus solutæ sunt, vsq; ad carnis resurrectionē, siue ad diē iudicii, ita docent: Quosdam, qui moriuntur, dicunt in virtutibus seu charitate perfectos, & ab omni peccati labe mūdō esse, horum animas statim quando à corpore excedunt, dicunt in cœlū euolare. Quorundā vero animas, qui vel sine fide Christi, vel sine pœnitentia in peccato mortali moriuntur, dicunt recta ad infernū detrudi, vnde nulla est redemptio. Esse vero quosdam qui sunt baptizati & habēt fidem de Christo, ac charitatem Dei, de peccatis etiam mortalibus habent contritionem, sed quando moriūtur, tunc vel in charitate non sunt perfecti, nec à labe peccati prorsus mūdī, vel debitam satisfactionē de cōmissis & omissis nōdum plene expleuerunt, vel solum minutis quibusdam venialibus peccatis obnoxii sunt, illorum animas iniustū esset ad infernū detrudere, cū sint baptizati, & habeant fidem, charitatē ac pœnitentiam. Et tamen Paradysum nōdum possunt intrare, quia scriptum est de pœnitentia, dist. 1. Non potest quisquā gratiam vitæ cœlestis accipere, nisi purgatus fuerit ab omni labe peccati. Et Apoca. 21. Nihil coinquinatum introibit in eam. Ac iustitia Dei requirit, vt peccata satisfactione purgentur & puniantur.

Quod si in hac vita vel factū, vel impletū nō fuit, in altera vita illud fieri & compleri necesse est. Pro illis igitur animabus, fingunt mediū quendam statum seu locū, vbi pœnali satisfactione expientur, & maculæ peccati igni exoquantur & purgentur, vt exoluta pro peccatis satisfactione, & labe peccati expurgata, perfecti & puri, possint in Paradysum trāsferri, priusquam generale iudicium fiat. In illo vero purgatorio dicūt esse ignem, qui eiusdem generis sit cum igne gehennæ. Imo in substantia dicunt eūdem esse ignem purgatorii & inferni, & pœnas etiā esse easdem, nisi quod in purgatorio sint trāsitorie, in inferno vero æternæ. Vnde dicunt: Minimam scintillam purgatorii, excedere maximam pœnam

corporalē huius vitæ. De loco etiam purgatorii diu disputatum, sed postea certi aliquid definitum est. Quidam enim purgatoriū constituerunt in loco aliquo, qui esset supra nos, sed tamen sub cœlo: Alij vbi quis in terra peccasset, ibi locū purgatorii eius post mortē esse dixerunt. Sed postea ex reuelationibus inuentus fuit certus & definitus purgatorii locus, duplex scilicet: Vnus cōmunis seu generalis sub terra, quo cōmuniter vadant animæ purgandæ. De situ tamē generalis purgatorii, secundū omnes dimensiones non prorsus conuenit inter omnes. Quidam enim volūt locum illū purgatorii esse super infernum secundū altitudinem. Quidam apud infernū secundum longitudinem: Alii circa infernum iuxta circulū, sicut quando pomū scinditur, domunculæ feminum in circulo distinctæ apparēt; hac enim similitudine vtuntur. Ingolstadienses infernum, purgatorium, circulū infantum non baptizatorum, & limbum Patrum ita distinguunt, vt ignis tartareus infernē in terræ meditullio exēstus torqueat damnatos, deinde supernē exudans, in secūdo circulo purget fideles, postea forsan fumus eius in tertio circulo infestet infantes, postremo eius calore & forsan luce limbus Patrum in quarto circulo calefiat & illustretur sicut fit in vaporariis. Alia porro purgatoria vocant particularia, ad quæ aliquando animæ à Deo mittantur, ad faciendā pœnitentiam in hoc mūdō, vel propter leuiorem pœnitentiam, vel propter celeriorē liberationem, vel ad ostendendā veritatem purgatorii. Ita apud Gregorium quædam animæ purgatoriū suum habuerunt in balneis, quædam in vmbra arborū, quædam in glacie, quædam in domibus vbi peccauerant. Porro in illo purgatorio dicunt animas tam diu igne torreri, donec vel pœnis pro mensura peccatorum satisfecerint, & igne sufficiēter purgatæ fuerint, vel donec suffragiis viuorum inde citius liberētur. Pro certo enim habent, animas in purgatorio existentes, viuorū suffragiis posse adiuuari, vt vel citius vel mitiori pœna inde liberentur. Et ne quid certitudini desit, suffragia illa dicunt ad quatuor genera reduci, 1. q. 2. ca. Animæ, scilicet ad oblationes sacerdotū, ad sanctorū orationes, ad charorū eleemosynas, ad cognatorū ieiunia, siue alia pietatis officia. His vero sufficienter peractis, dicūt animas purgatas statim euolare ad gloriā. Hæc est structura purgatorii, sicut describitur in magno volumine Pantheologiæ, in compendio Theologiæ, in Rosario Bernhadi, & in Concilio Florentino. Fundamēta vero hæc sunt. I. Reatū tantum culpæ mortalis propter Christum (si tamen contritio sufficiens sit) remitti. Æternas vero pœnas peccatis mortalibus debitas, virtute clauū mutari in temporarias, quas vnumquemq; vel per se, vel aliū, debita satisfactione exoluere necesse sit, siue in hac siue in futura vita. II. Pro minutis seu venialibus peccatis, nos ipsos & posse & oportere satisfacere, siue in hac siue in futura vita. III. Maculas seu sordes peccati in naturā herentes, per satisfactiones prorsus expurgandas esse, quod si in hac vita plene & perfecte nō fiat, necessariā esse purgatorii ignis expiationem. Hæc omnia ex humanæ rationis cogitationibus, ex ignorantia Christi, & iustitiæ fidei, profecta sunt, sicut ostendemus, fundamēta purgatorii pugnare cōtra sacram Scripturā, ipsam vero purgatorii structurā cōmenticiam esse. Sed prius historiā purgatorij cōtexemus, inde enim flammis purgatorii, quæ tenues & obscuræ sunt, non parum lucis accedet.

Quarum abominacionum papisticarum fundamentū sit purgatorij.

Triplex status animarū, corporibus solutarum. Beatorum.

Damnatōrū.

Mediorum in purgatorio.

Ignis purgatorij cuiusmodi.

Locus purgatorij.

Purgatorij generale.

Situs purgatorij generalis.

Purgatoria particularia.

Curatō cruce ciarum purgatorij.

Genera suffragiorū quibus suis animabus in purgatorio subueniant.

Pantheologiæ Compendiū Theologiæ. Rosarium Bernhadi. Concil. Flor. Fundamēta doctrina de purgatorio.

HISTORIA PURGATORII.



VM purgatorium in veteri Testamento etiam aduersariorum confessione non fuerit, & in nouo, nec Christus, nec Apostoli illud doceant, operæ precium est considerare, unde primum exorta sit illa opinio, ex quibus initiis cœpta postea fuerit, quanquam cum protestatione dubitationis, in Ecclesia disputari, quomodo deinde creuerit: donec consuetudine confirmata, & apparitionibus spirituum impostorum stabilita, nunc pro articulo fidei, ferro & flamma defenditur. Hæc consideratio multa vtiliter monebit, & illud, quod decretum Tridentinum de antiqua Patrum traditione insinuat, recte illustrabit. Historiam itaque iuxta seriem temporum simplicissime contexemus.

CAPVT I.

PURGATORIVM Ethnicorum.

Plato purgatorium primum construxit.

Primum igitur apud Platonem, qui circa annum 400. ante incarnationem Christi floruit, purgatorium Pontificium eadem prorsus sententia, & iisdem ferme verbis, sicut à Pontificiis descriptum inuenio, qui cum ex Philosophicis fundamentis, & ex humanæ rationis imaginationibus illud extruxerit, manifestum hinc erit, unde purgatoria opinio primum orta ac nata, & postea cum apud Ecclesiasticos doctores Platonici Philosophi in magna cœpissent admiratione esse, in Ecclesiæ disputationes immisceri cœperit. Nec est, quod quis fingat, Platonem opinionem illam de purgatorio apud Ægyptios, ex traditione sacræ Scripturæ, vt alia quædam accepisse. Vetus enim Testamentum purgatorium ignorat, & ipsi Pontificii fatentur purgatorium in veteri Testamento non fuisse. Eusebius igitur de præparatione Euangelica, li. i. ca. vii. prolixam disputationem Platonis transcribit, ex libro ipsius de anima, vbi fluuiis infernalibus ex Poëtarum traditione descriptis, tandem inquit: Qui videntur propter peccatorum magnitudinē, vt sunt sacrilegia, homicidia illegitima & similia (ἀνιάτως ἔχον) insanabiles esse, illi coniciuntur in tartarum, vnde nunquam possunt euadere. Qui vero iudicantur magna quidem peccata, sed ἰάσιμα, quæ medicabilia seu sanabilia sunt, perpetrasse, vt si ex iracundia eadem commiserunt, aut erga parentes violenter aliquid designarunt, reliquam vero vitam (μετὰ μελόν βίωσι) in pœnitentia exegerunt, illi pro ratione delicti, in diuersa ignis flumina amburendi coniciuntur, tandem post annum & amplius appropinquant paludi Acherusadi, ibi vero eos, quos læserunt in clamant, & suppliciter petunt, vt permittantur egredi & recipiantur. Et si aduersariis suis hoc persuaserint, egrediuntur, & desinunt in pœnis versari. Sin minus, in ignitis istis fluuiis tandiu iactantur, donec ab iis, quos læserunt hoc impetrent. Qui vero excellenter sancte vixerunt, supra ascendunt in purissimas habitationes, vbi sine labore viuunt in futurum tempus. Qui vero mediocriter vixerunt, illi per Acherontem in paludem igni ardentē deuehantur, ibi peccatorum pœnas exoluunt, & χαθάρωμενοι, hoc est, purgati, lustrati seu expiati (ἀπολύονται) absoluuntur seu redimuntur si quid deliquerunt. Deinde benefactorum præmia recipiunt, &c. Et li. 12. Euseb. describit alium locum ex Gorgia Pla-

Purgatorium ignotum Vet. Testamento.

Plato de anima habet purgatorium.

tonis, vbi repetit. Eos, qui iuste & sancte vixerunt, quando moriuntur, in beatorum Insulas, vbi in omni felicitate extra mala viuunt, abire. Qui vero impie & iniuste vixerunt, eos dicit in carcerem supplicii, quæ Tartarum nominant, abire. Et hæc sunt, inquit, quæ auditu ego percepi, & credo vera esse. Inde vero, inquit, ego ratio cinor, tale quid euenire: Cum quædam peccata sint curabilia, quod ex pœnis in altero seculo, quidam liberentur, quidam non. Et hæc Lector diligenter obseruet, Platonem de duobus locis, beatorum scilicet & damnatorum, ex traditione alicui accepisse, ipsum vero ex philosophicis ratiocinationibus tertium adiecisse. Rationes autem has affert, pro tertio seu medio statu defunctorum post hæc vitam. Sicut, inquit, in hac vita, qui puniuntur pro ratione delicti, ita puniuntur: vt vel vtilitatem emendationis ipsi inde accipiant, vel vt paradigma fiant cæteris. Ita in inferno etiam, qui peccarunt peccata (ἰάσιμα) quæ curari seu sanari possunt, per dolores & cruciatum auxilium & emolumentum accipiunt Non enim possunt aliter, nisi per cruciatum ab iniquitate liberari. Qui vero propter atrocitatem delictorum ἀνιάτοι sunt, illis nihil prodest, sed exempla aliis fiunt, &c. Ex Poëtis etiam sumit argumenta. Homerus enim Tantalum, Sisyphum & Titium perpetuis cruciatibus in inferno subiicit. Thersitem vero & alios prauos Idiotas non item. Altera vero Platonis ratio prorsus philosophica est, cum inquit, sicut corpora notas & stigmata etiam post mortem retinent: Ita vitia imprimere animæ notas & maculas. Radamanthum igitur, quando animam corpore solutam videt prauis maculis fecundatam esse, iusto iudicio pronunciare, an sit ἰάσιμος, quæ iuari & sanari possit, an vero ἀνιάτος, prorsus incurabilis. Atque ideo inquit Plato, ego studeo, vt coram iudicio illo comparere possim, habens animam ὑγιαντα, prorsus sanam & mundam.

Hæc in Platonis sententiis recte obseruata & diligenter considerata, ostendunt & verba & sententias Pontificii purgatorii ex Philosophorum Scholis prodiisse, vt Tertullianus non male dixerit, Philosophos esse Hæreticorum Patriarchas. Præcipue vero obseruandum est. Platonem cum apud Ægyptios traditionem de duobus locis seu statibus mortuorum, quorum alter est beatorum, alter damnatorum, accepisset, ipsum postea ex philosophicis ratiocinationibus addidisse tertium statum seu locum defunctorum, dicit enim, ἐκ τούτων τῶν λόγων τοῖόνδε λόγιζομαι. Et quidem eadem fundameta habet cum Pontificiis, de maculis scilicet animæ non perfecte mundæ, purgandis seu expiandis per ignem. Item, de cruciatibus post mortem satisfactoriis, vbi pœnitentia in vita non fuerit expleta, quodque ab aliis etiam ex pœnis illis liberari possint.

Tota igitur structura Pontificii purgatorii extat in Platone, annis ante Christum natum quadringentis, ex Philosophicis & Poëticis fundamētis delineata. Et memorabile est, cum Eusebius istas Platonis sententias adducat, vt ostendat etiam Philosophos habere quædam, quæ à doctrina Ecclesiæ non multum sint absona, quod ipse ex Scriptura de duobus tantum statibus defunctorum loquatur, nihil addens de tertio siue de purgatorio, sine dubio non omisurus hoc, si tunc doctrina de purgatorio in Ecclesia vel nota vel recepta fuisset.

Illud vero Philosophicum & Poëticum purgatorium, Virgilius ex Platoniorum sententia, 6. Æneid. eleganter depinxit.

Rationes, quibus Plato medium statum defunctorum probat.

Prima ratio.

Testimonia Platonis poetica.

Secunda ratio.

Purgatorium in philosophorum scholis natum. Tertullianus Philosophi hæreticorum Patriarcha.

Virgilius de purgatorio.

Quin

Quin & supremo cum lumine vita deliquit,
 Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
 Corporee excedunt pestes, penitusq; necesse est
 Multa diu concreta modis molefcere miris.
 Ergo exercentur pœnis, Veterumq; malorum
 Supplicia expendunt, alia panduntur inanes,
 Suspensa ad Ventos, alis sub gurgite vasto,
 Infectum elutur scelus, aut exurit igni.
 Quisq; suos patitur manes, exinde per amplum
 Mittitur Elysium, & pauci lata arua tenemus.
 Donec longa dies perfecto temporis orbe
 Concretam exemit labem, purumq; reliquit
 AEtherium sensum, atq; aurat simplicis ignem.

Augustinum.

Et Augustinus nō dissimulat Platoniorum dogma esse, de pœnis purgatorij post mortem, de Ciuit. 21. c. 13. Et c. 27. recitans illum versum Virgilij:

Quiq; sui memores alios fecere merendo.

Miratur etiam apud Virgilium inueniri illam sententiam, quod mortui uiuentium suffragiis & meritis iuuentur, cum dogma illud extra Scripturam, ex Platoniorū schola in Ecclesiam irreperit.

Gentiles crediderūt mortuos sacrificiis suorum iuari.

Secundō in Gentilium sacrificiis publica & recepta fuit persuasio, mortuorum animas uiuentium exequiis, inferiis & sacrificiis releuari & adiuari, vt ex Stygiis paludibus ad Campos Elysios in requiem & refrigerium deducerentur. Illas verō animas, quæ uiuentium suffragiis destituerentur, vel in cruciatibus hærere, vel misere oberrare. Ita Elpenoris umbra conqueritur apud Homerum, Odiss. 12. Et Palinurus apud Virgilium, Æneid. 6. Sacrificia etiam Ethnicorum pro mortuis, adiunctis precibus & orationibus describuntur, Odiss. 11. Æneid. 5. Et Arnobius aduersus Gentes, libro 2. scribit: Magos spondere commendatitias habere se preces, quibus emollitæ, nescio quæ potestates, vias faciles præbeant, ad cœlum contendentibus subuolare. Hetruriam etiam in Acheronticis libris polliceri, certorum animalium sanguine numinibus certis dato, animas à legibus mortalitatis educi & diuinis fieri, &c. In golstadiensis scribunt, purgatorium extare apud Homerum Odys. 2 & 7. Virgilium Æneid. 6. Ouidium, 2. Fastorum. Aristotelem philosophum, libro 2. cap. 5. In Alcorano articulo decimo.

Homerus. Virgilius.

CAPVT II.

MACHABÆORVM PURGATORIVM.

Ethnica superstitiones ad Iudeos proferperant.

Tertio, ex illis Philosophorum ratiocinationibus, & ex superstitionis Gentium sacrificiis, quæ vbiq; vtitata erant, cum quidem, sicut de charis absentibus, ita etiam de mortuis naturalis quædam cura & sollicitudo animis nostris infusa sit, ad Iudeos etiam huius opinionis contagium quoddam, inclinato iam Iudaismo, serpere cœpit. Quanquam enim incisio carnis, & euulsio capillorum, in luctu mortuorum, expresse prohibita erant, Leuit. 19. Deut. 14. ex conuersatione tamen inter Gentes, Israelitis etiam Prophetarum tempore illa vsurpari cœpta fuisse, ex Ieremiæ, ca. 16. non obscure colligitur. Sicut à Gentibus etiam tibicines in funerum curatione mutuati sunt, Matth. 9. iuxta versum Poetæ:

Cantabat maestri tibia funeribus.

Eadem ratione tandem post Prophetarum tempora etiam orationes & sacrificia pro mortuis, Iudæi imitari cœperunt, circa annum 170. ante natum Christum, cuius exemplum extat. 2. Machabæorum 12. Id quod tum fieri cœpit, cum collapsa

Orationes pro defunctis Machabæorum tempore.

doctrina, & rebus omnibus, cum in Imperio, tum in templo, perturbatissimis, Iudæi vnâ cum fœderibus, etiam lingua, appellationibus, moribus, & ritibus, conformitatem cum Gentibus quærent & affectarent: Sicut tota historia Machabæorum ostendit. Quod enim Machabæus sacrificium pro mortuis fieri voluit, illud sine mandato Dei, & sine vlllo sanctorum exemplo fecit, si tamen fecit. Nam cum sacrificia per genera, per species, ad indiuidua vsque pro singulis casibus & necessitatibus, accurate, prolixè, & quidem scrupulosè descripta extant in Mose, ne vna quidem syllaba de sacrificio aliquo pro mortuis, in toto Mose extat: Nec vllum exemplum sacrificij pro mortuis, in tota Canonica Scriptura veteris Testamenti ostendi potest. Ita variæ formulæ, & multa exempla piarum precationum extant in veteri Testamento: Sed de oratione pro mortuis, nec doctrina, nec mandatum, nec promissio, nec forma, nec exemplum vllum, in Canonica veteris Testamenti Scriptura inuenitur. Cumque ex professo in veteri Testamento in multis locis pia funerum curatio luctus & plangens mortuorum describatur, nihil prorsus vel de sacrificio, vel de oratione pro mortuis, vt à peccatis soluantur, legitur. Imò etiam post Prophetarum tempora, postquam Canon veteris Testamenti iam constitutus erat, cum in Hagiographis ex professo describatur Tobie pietas in curandis funeribus, & Syracides ex veterum collectaneis, pietatem, quæ mortuis à uiuentibus exhibenda sit, ex composito aliquot in locis describat, nec sacrificij, nec orationis pro mortuis vlla ibi fit mentio. Quod enim Tobie 4. scribitur, panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, non factum fuit propter purgatorium mortuorum, sed propter viuorum consolationem, qui in luctu erant, sicut hæc ratio manifestè exprimitur & describitur, Ieremiæ 16. Et Hieronymus in commentariis dicit, lugentibus ferre cibos morem fuisse, & præparare conuiuium, quod Græci *πρὸς τὴν ψυχήν* vocant, & probat hoc ex tricesimo primo capite Prouerbiorum. Circa postrema tantum tempora, sub inclinatione religionis Israeliticæ exemplum de Machabæo extat, idque solum & vnicum, atque extra Canonem veteris Testamenti, & Scriptores etiã nec certi, nec probati, sicuti mox ostendemus. Et Iosephus cum Machabæorum historiam diligenter describat, sacrificij istius pro mortuis nullam facit mentionem. Contra omnes igitur, quæ ex hoc loco texuntur disputationes, regula Tertulliani etiam in hæc causa præiudicet, id esse verum, quodcunque primum, id esse adulerinum, quodcunque posterius. Præstans quidem, strenuus & bonus vir fuit Machabæus: Sed in negotiis religionis, sicut Augustinus venuste dicit, non valet. Hæc ego dico, hæc tu dicis, hæc ille dicit, sed dicit Dominus. Nec mala intentione Machabæus hoc fecisse putandus est, & arrisit illud factum tunc multis, licet verbo Dei destitueretur, sicut Historicus etiam indicat. Sed Deus expresse dicit, Deuteron. 12. Non facietis singuli, quod vobis rectum videtur, sed quod ego præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas.

Machabæus sacrificia fieri iubet pro mortuis.

Nec Moses.

Nec Prophetæ.

Nec Hagiographa de sacrificio pro mortuis.

Sed tempore Machabæorum tandem.

Et ne talia exempla patrum ad imitationem trahantur, Deus in c. 20. Ezech. expresse mandato hoc cauit. In præceptis Patrum vestrorum nolite incedere. Ego Dominus Deus vester, in præceptis meis

ambulate, & iudicia mea custodite. Et notum est, quid Christus respondeat, ad argumentum illud, dictum est antiquis.

*Machabæorum
etate Iudas
Gentium ritus
sunt imitati.*

Tempora etiam illa, quibus Machabæus vixit, multa alia ex Gentilium ritibus, in Iudaismum inuehere cœperunt, idq; per ipsos Sacerdotes, quibus puritas doctrinæ & rituum custodienda mandata erat. Vt enim non dicam de impio Iafone, qui ut cōsumeretur summum sacerdotium, in gratiam Antiochi Gymnasium Ethnicū, Palæstram Ephebiæ, &c. Hierosolymis cōdidit, & in sacrificium Herculis trecentas didrachmas publica legatione ad Antiochum misit. Ipsi certe reliqui sacerdotes, neglectis sacrificiis legalibus, conformitatem cum Hellenismo affectasse aperte scribuntur, 2. Machab. 4. Et ipsa etiam legalia sacrificia, ad aucupandam Gentium gratiam, sacerdotes inflexisse, historia nō obscure ostendit. Nam 1. Machab. 7. sacerdotes Nicanori ostendunt holocausta, quæ pro rege idololatrico & hoste religionis Iudaicæ offerebāt. Et 1. Machab. 12. renouaturū fœdus cum Spartanis scribunt: Nos sine intermissione in dieb. solennibus memores sumus vestri in obsecrationibus & in sacrificiis, quæ offerimus. 2. Machab. 3. Onias ut regi se purgaret, hostiam obtulit pro salute Heliodori spoliatoris templi. Et c. 13. Antiochus Eupatro permittitur Hierosolymis in templo sacrificiū offerre. Ita Philo in legationem ad Caium scribit: Augustum mandasse, suis sumptibus in templo Hierosolymitano, pro se mactari quotidianas victimas, taurū & agnos duos, quæ certe Mosaicæ legi non sunt cōsentanea. Imō affectatio illa Hellenismi, Machabæorum temporibus eousq; progressa est, quod Razias vir famæ celebris, & pater Iudæorum appellatus, sibi ipsi exemplo inter Gentes v̄sitato & laudato, mortem cōsciuit, vsus argumētis Ethnicis. Eligens scilicet notabiliter mori potius, quam impiis subditus fieri, & contra patres suos indignis iniuriis agi. Rebus igitur inter continuas bellorum turbas in Iudaica religione ita inclinatis, non mirum est etiam orationes & sacrificia pro mortuis, ex Hellenismi *κακοποίησι*, sine mandato & exemplo Canonice Scripturæ, Iudam primum tentasse, & sacerdotes non abhoruisse. Nobis verò in Ecclesia, ex posteriorib. inclinatis, & tandem collapsi Iudaismi exempli, sine Canonice Scripturæ mandato & exemplo, imitatio instituenda nō est. Elegans enim est Cypriani sententia, quam Augustinus dicit sine dubitatione optimam esse, ostendens quid agendum sit, quando extra Canonice Scripturæ auctoritatem exempla & consuetudines obliuiscuntur. Si ad diuinæ, inquit, traditionis caput & originem reuertamur, cessabit error humanus. Si enim canalis aquæ, qui prius copiose & pure proflebat, vel deficiat vel aquas turbidas vehat, certe ad fontem pergitur, ut noscatur, an in venis seu in capite tale quid sit, an verò in medio itinere aliquid irreperit: idem etiam in iis, quæ posterioribus temporibus in religionis negociis acciderunt examinandis, recte, necessario, & quidem tuto etiam fit.

Philo.

*Razias uir
χρῆσ.*

*An imitan-
dum Macha-
bæi exemplū.
Cypriani sci-
e dictum.*

*De auctori-
tate librorū
Historia
Machabæi.*

Porro author etiam historiæ illius de Machabæi sacrificio pro mortuis, nec Canonicus, nec probatus est. Libros enim Machabæorum non esse in Canone, in prima parte examinis ostēdimus, nec tantum veterum hoc iudicium fuit, sed & Gregorius Magnus, Moral. lib. 18. scribit: De Machabæis proferamus testimonium, de libris non Canonicis, sed ad ædificationem editis. Et Lyranus de libris Ma-

chabæorum inquit: Non sunt in Canone, leguntur tamen per constitutionē Romanæ Ecclesiæ. Ecclesia quidem propter historias marty. ū, eos legendos recepit, sed addidit, sicut Augusti. inquit, ut sobrie legantur. Et Hieron. de Apocryphis illis expresse dicit, legit hæc Ecclesia ad ædificationem plebis, nō autem ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam: illorum quippe auctoritas ad roboranda ea, quæ in contentione veniunt, minus idonea iudicatur. Et Cyprianus etiam dicit: Legi quidem hæc in Ecclesiis voluerunt, non tamē proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam. Ergo factum illud Iudæis in libris illis laudatū, cū de eo nec doctrina nec mandatum, nec promissio, nec exemplū in Scriptura Canonica extet, nec debet, nec potest nobis dogma Ecclesiasticum aut articulū fidei facere, cum q; purgatorium in cōtentionem venerit, ex Machabæorum libris, utpote Apocryphis, illud probari nō potest. Hæc ex veteris Ecclesiæ sententia de scriptis Apocryphis: Inter ipsos etiam libros Machabæorum magnū est discrimen. Primus enim liber grauitur scriptus est: Secundus vero ex quinque libris Iasonis cuiusdam Cyrenæi ab authore incerto decurtatus est, stylo prorsus affectato. 2. Machab. 2. Atque inde cum eisdem historiis, quæ in primo descriptæ sunt, retexat, multa admiscet, ut de mirandis apparitionibus in conflictibus, quorum nec primus Machabæorum, nec Iosephus meminerūt. De numeris etiam interfectorum, cum primus liber modeste loquatur, secundus in immensum omnia exaggeret. In numeris etiam annorum, ca. 1. & in quibusdam aliis historiis, non obscura contradictio secundi libri contra primum deprehenditur. De occultatione sacri ignis & arcæ, cōmentitia quædam affert, quorū absq; dubio, vel Ieremias vel Esdras aut Nehemias mentionem fecissent, si vera essent. Et fabulam esse, inde deprehenditur. Arcam enim, quam Scriptor hic conseruatā fuisse, fingit, Rabini conquerūt in toto secundo templo de fuisse. Certe de morte Antiochi non cōsentiant, sed contraria sunt, quæ scribuntur. 1. Machab. 6. & 2. Machab. 1. Ac mox etiam capit. 9. diuersum de eius morte scribitur. Item, Iudas occumbit, pugnans contra Bacchidem, anno regni Græcorum 152. sed 2. Machab. 9. Epistola Iudæ scripta dicitur anno 188. Ergo 36. anno post mortem scripserit. Ita contra historiæ fidem, dicuntur Iudæi, 2. Machab. 2. translati in Persidem, cum in Chaldæam & Babyloniam translati fuerint. Et quid opus est Argumentis, cum ipse author secundi Machabæorum, scriptionem suam his verbis concludat. Et ego quidem si bene, & ut historiæ competit, hoc & ipse velim, sin autem minus digne, concedendum est mihi. Atq; ideo Gelasius etiam cum septuaginta Episcopis vnum tantum Machabæorum librum recepit. Valde imprudentes itaq; vel prorsus stulti essemus, si à tali Scriptorē, qui etiam ipse sibi veniam, sicubi errarit, dari postulat, nouū dogma, de quo nulla testimonia in Canonicis scripturis extant, nobis obrudi pateremur.

Postremo, ipsam etiam descriptionem historiæ, 2. Machab. 12. considerabimus, ut quantum roboris habeat, liquido intelligi possit. Certum autem est eandem historiā, quæ 2. Machab. 12. narratur, describi etiam, 1. Machab. 5. ubi nulla vestigia commenti illius de sacrificio pro mortuis apparent, sed duo Sacerdotes præter vocationem, & contra ducis inhibitionem, ex ambitione educent-

*Augustinus.
Hieron. de Apocryphis.*

Cyprianus.

Discrimen in Machabæorum libris.

*Circumstantiæ historiæ,
2. Machab. 12.*

res exercitum contra Iamniam, cum duobus millibus Israelitarum à Gorgia profligati & caesi scribuntur. Illorum vero τῶν περὶ πελαγονίας, qui prius ceciderant, corpora, cum Machabæus post obtentam contra Gorgiam victoriâ, ad sepulturam colligere statuisset, inuenta sunt (inquit autor secundi Machabæorum) sub tunicis interfectorum, *ιερόματα*, hoc est, quæ vel sacrificata vel consecrata erant idolis Iamniensium, cumq; hæc Iudæis lege interdicta essent, omnibus manifestum factum fuit, ipsos ob hanc causam corruisse. Iudas igitur pro concione populum adhortatus fuit, ut se conseruarent à peccatis, cum sub oculis viderent, quæ prostratis accidissent propter peccatum. Atq; ita omnes ad preces conuerti, ἡξίωσεν μὴ διὰ τὸ γεγονὸς ἀμάρτημα τελείως ἐξαλειφθῆναι: hoc est, rogauerunt, ne propter commissum illud à fratribus peccatum ipsi prorsus delerentur (ita enim Græcus textus habet.) Et Iudas misit pecuniam Hierosolymas, ut offerretur ibi sacrificium, quod in Leuitico hostia pro peccato appellatur. Et hæcenus quidem Machabæus legi diuinæ consentaneè fecit, quod orauit, ne ciuium peccatum toti exercitui à Deo imputaretur, quodq; ad auertendum ab exercitu reatum illius peccati, sacrificium pro peccato offerri curauit. De eo enim exempla extant in Canonicis Scripturis, Iosue septimo, & Deut. 21. Sed Machabæus extra limites verbi Dei, ex suis priuatis ratiocinationibus longius progressus, pro ipsis etiam defunctis orauit, & ἐξίλασµόν hoc est, expiationem per sacrificia etiam pro defunctorum peccatis fieri posse cogitauit. Quia enim duo millia virorum à Gorgia, i. Macha. 5. prostrati fuerunt, Iudas etiam totidem drachmas bis mille scilicet in sacrificium pro ipsis misit. Et ne existimes ex doctrina, mandato seu exemplo legis diuinæ Machabæum hoc fecisse, audi quomodo author historie totam rem narret. Machabæus, inquit, διαλογίζμενος de resurrectione, hoc est, ex suis quibusdam ratiocinationibus, quas ex articulo resurrectionis ipse sibi texebat, hoc instituit. Et mox vocat ὀπινόαν δόξαν, hoc est, opinionem, excogitationem seu inuentionem (hanc enim esse vocabuli proprietatem eruditi norunt) pietatis specie velatam. Quodq; vulgaris trãslatio legit (bene & religiose de resurrectione cogitans) Græcus textus habet δόξαν, quod significat ciuile, festiuum, concinnum & plausibile, nouum illud Machabæi institutum visum fuisse. Porro illæ etiam circumstantiæ in historia expendantur. Qui enim occubuerant, illi extra vocationem & contra Ducis mandatum ex ambitione pugnaverant, ac idololatria contaminati, diuinæ vltioni subiecti fuerant, ita ut in ipsis peccatis occiderent, priusquam pœnitentiam agere, & à Deo remissionem peccati accipere potuerunt. Quam atrox verò peccatum illud sit, quod 2. Macha. 12. describitur, manifeste indicat historia, Iosu. c. 7. Num verò illos in tam atroci peccato casos, Machabæus diceret cum pietate dormitionem accepisse, sicut Pontificij ex vulgari translatione legunt & interpretantur? Nequaquã. Repugnaret enim hoc legi diuinæ ipsi huic historiæ, sed hæc est vera sententia, quam & ipse Græcus textus præbet. Machabæus sciuit & credidit articulum de resurrectione mortuorum. Considerabat autem quod illis, qui in pietate obdormiunt, optimum repositum sit χάρισις, hoc est, donum gratiæ, quod scilicet reddet ipsis Dominus in illo die, sicut Paul. inquit. Illa verò duo millia virorum non cum pietate dormierant, sed in pecca-

tis trucidati fuerant, & tamen sciebat illos etiam resurrecturos. Ut igitur in die iudicij & resurrectionis non damnarentur, propter peccata illa, in quibus mortui fuerant, sed donum salutis etiam accipere possent, cogitauit Machabæus, cum pro viuorum peccatis instituta essent in lege sacrificia & orationes, posse forsitan etiam mortuorum peccata ita expiari. Et habuerunt quidem ratiocinationes illæ Machabæi speciem quandam pietatis (si ex hominum bonis intentionibus de religione aliquid statuendum esset) eò, quod mortuis bene cupiebat, sed nec doctrinam, nec mandatum, nec promissionem, nec exemplum, hac de re in verbo Dei, Machabæus habuit. Idem enim sine dubio David, Sauli & Absoloni defunctis præstitisset, si verbi Dei auctoritatem habuisset, sed luget ipsos, non autem vel orat, vel sacrificat pro ipsis, post mortem.

Ex priuatis igitur suis διλογισμοῖς, sicut historia inquit, Machabæus illud excogitauit. Ita verò non tantum præter, sed etiam contra verbum Dei fecit. Sacrificia enim pro viuis instituta erant, quod verò Machabæus illa etiam ad mortuos extēdit, hoc fecit contra mandatum Dei, quod diserte dicit: Non addas quicquam, nec minuas. Quod verò illis, qui sine pœnitentia & recõciliatione cum Deo in peccatis mortui erant, expiationem in altero seculo promittit, hoc contra totam sacram scripturam pugnat. Et opinionem de opere operato in sacrificiis Leuiticis, quam magna contentione Epistola ad Hebr. refutat, tunc cœpisse irreperere, historia hæc ostēdit. Neq; enim per se aut ipso opere, sacrificia Leuitica conscientiam à peccatis emundare poterant, sed erant commonefactiones excitantes fidem, de viãima venturi Messæ, qua fide viui, qui lapsi erant, veniam à Deo peccatorum petebant & accipiebant. Act. 10. Machabæus verò, sacrificia illa expiationem peccatorum coram Deo, ex ipso opere operato impetrare arbitratus fuit. Ideo eorum etiam peccata, qui sine pœnitentia in peccatis mortui erant, per sacrificia post mortem solui posse cogitauit, quod cum ipsis fundamentis Scripturæ pugnare certum est.

Et memorabile est, quod ex historiis probari nõ potest, post Machabæi tempora vsq; ad Christum, institutum illud sacrificandi pro mortuis receptum, vel vsurpatum fuisse apud Iudæos. Imò diuersum exequiæ Lazari ostendunt, Ioh. 11. Rabini verò tandem post Christum excœcati & obdurati, hoc arripuerunt. Sicut enim ex Razis exemplo, referente Lyrano, traditionem fecerunt, nõ tantum licitum, verum etiam meritorium esse seipsum interficere, si quis timeat, ne magnitudine tormentorum superatus deficiat, vel ne in contemptum Dei ludibrio habeatur. Ita etiã ex Machabæi διλογισμοῖς & ὀπινόα, sicut historicus appellat, memorias mortuorum Rabini tandem instituerunt. Habent enim adhuc hodie in Synagogis suis libellos memoriales, ex quibus nomina defunctorum singulis annis ter ex suggestu suo publice recitant. Et à præcentore postea additur oratio, ut Deus animarum illarum memor esse, atque eas in Paradisum, cum Abraham, Isaac & Iacob, collocare velit, &c.

Hæc est historia, de orationibus & sacrificiis pro mortuis, in senescentem & inclinatum Iudaismum tandem inuectis. Quæ historia, quid aut quantum Pontificio purgatorio suffragari possit, ex his, quæ diximus manifestum esse potest. Cumque diserte fateantur Pontificij, se vnicum illum locum, qui quidem apertus sit, ex Scriptura pro purgatorio

A Machabæi tempore vsq; ad Christum non fuit Iudæis recepta sacrificandi consuetudo. Rabini post Christum cœperunt pro mortuis orare.

Historia Machabæi non patrociniatur purgatorio.

offerre

afferre posse, patet totam structuram purgatorij admodum ruinosam esse, cuius primum principium & fundamentum vacillet ac labascet: Imò non tantum præter, sed contra scripturam sit. Et tamen illa ipsa Machabæi historia, ne vna quidem scintillula indicium præbet ignis purgatorij, nec dicit animas ante resurrectionem igne torqueri, ex quibus cruciatibus per sacrificia liberandæ sint, sed resurrectionis meminit, & ne tunc pœnas commeritas illi, qui in peccatis mortui fuerant, acciperent, idèd peccata defunctorum conatus fuit sacrificiis expiare, sed sine verbo Dei. Quod verò illi, qui in peccatis sine pœnitentia mortui sunt, post mortem possint per orationes aut sacrificia à peccatis solui, quæ Machabæi opinio fuit, ne ipsi quidè Pontificij concedunt. Et falsum est, quod Ingolstadienses fabulantur, textum loqui de resurrectione mystica à peccatis, circumstantiæ enim manifeste sunt. Sed Pontificij potius, quam purgatorium amittant, malunt interpretationem resurrectionis ex Hymenæi & Phileti schola, 2. Tim. 2. petere. Nihil profus itaq; veri subsidij Pontificio purgatorio ex Machabæi illa historia accedere potest, quam tamen ita cupide arripuerunt, vt etiam præter Græci sermonis fidem, ipsum textum ad purgatorium suum alicubi conformare conati sint. Sicut collatio Græci textus & vulgatæ versionis ostendit. Et ne quid in illa historia ad Pontificium purgatorium necessarium deesse videretur, pro duobus millibus drachmarum, duodecim millia reposuerunt.

CAPVT III.

PURGATORIVM EX APOCRYPHIS.

Quomodo & unde signum purgatorij in N. Testamento extitum sit.

Quartò, quia ostendimus, quomodo ex sacris Gentilium, & ex scholis Philosophorum, seminaria purgatorij in senescentem tandem & inclinatum Iudaismum inuecta sint: Videbimus iam porrò, quomodo & vnde in noui etiam Testamenti Ecclesiam irrepserint. Quod enim Christus & Apostoli de Pontificio purgatorio nihil docuerint, postea liquido ostendemus. Mox enim sublatis ex hac terra Apostolis, per Apocrypha commenta sub nomine & prætextu ipsorum, cœperunt talia, si non vt credenda obrudi, tamen vt disputanda spargi, quæ non multo post temporibus confirmata, titulum cœperunt sibi arrogare Apostolicæ traditionis, sicut pleraque, quæ citra scripturam hoc titulo venditantur, ex apocryphis fabulis originem sumpserunt, quod facile ostendi posset. Ita extant Hermæ cuiusdam, quem Pauli discipulum fuisse fingunt, scripta Apocrypha, ex quibus veteres eius, quod pastoris titulum præfert, propter sententias quasdam de Trinitate, aliquando mentionem faciunt: Feruntur præter alia Hermæ illius scripta magis fabulosa, vbi in visionibus anas quædam nouas reuelationes dicitur. Et visione tertia pingitur Ecclesia, tanquam turris, in cuius ædificatione, quidam lapides circumciduntur & aptantur, quidam verò reiciuntur, quæ figura lapsi significantur. Hermas verò interrogat animum suum, An proiectis illis lapidibus nulla restet pœnitentia? illa respondet, quasi ex Tripode: Habent quidem pœnitentiam, sed in hac turre non possunt conuenire, alio autem loco ponentur multo inferiori, & hoc, cum cruciati fuerint, & impleuerint dies peccatorum suorum, & tunc illis contingeret transferri de pœnis, si cogitarint, hoc est, pœnitentiam

Hermæ scripta.

tiam egerint de peccatis, idque propterea, quoniam perceperunt verbum, &c. Et hoc lector bene notet, quod purgatorium, quando sub nouo Testamento primum quasi de longe emicare cœpit, annis profertur purgatorij.

Ex simili lacuna etiam hoc scaturit, quod viuorum orationibus mortui possint à peccatis liberari. Apocryphum enim commentum de actibus Andree Apostoli fingit, Andream, cum pro senec quodam lenone intercederet, dixisse, Domine tamen pro mortuis etiam obtinemus pietatem tuam, cur igitur hunc non saluares? Huc pertinet etiam Missa, quæ Iacobo tribuitur, in qua extat oratio pro mortuis.

Et Irenæus lib. 1. c. 18. scribit, quosdam sui temporis hæreticos, mittentes defunctorum capitibus oleum & aquam cum certis inuocationibus, ita defunctorum animabus promississe redemptionem.

Valde antiqua igitur est purgatorij traditio, sed qualis & vnde sit, diligenter consideretur.

CAPVT IIII.

ORIGENIS PURGATORIVM.

Quinto, circa annum Domini 200. in schola Alexandrina, alia & noua purgatorij fundameta. extra scripturam, ex fabulosis traditionibus substrui cœperunt. Clemens enim Alexandrinus, duo valde perniciose mala in Ecclesiam inuexit, de quibus tamen ipse gloriatur, i. Stomatium. Cœlestem siquidem veritatem admiscuit Philosophiæ decretis. Et quicquid titulum traditionis habere audiuit, statim tanquam Apostolicum arripuit & consignauit. Nam & libro 6. ex Apocryphis Petri & Pauli contendit probare, sicut Sancti veteris Testamenti, per legem Mosaicam saluati sunt, ita Græcos per Philosophiam saluatos esse. Ex eodem fonte non tantum recitat, sed multis argumentis confirmare conatur, libro 6. Christum & Apostolos impiis apud inferos annunciaisse Euangelium, vt non manerent in damnatione, sed conuerterentur post mortem, qui in vita Euangelium audire non potuerunt. Et libro 4. dicit: Siue hic, siue alibi agatur pœnitentia, nullus enim locus vacat misericordia Dei. Ita libro 6. inquit: Forsan cessabunt supplicia post hanc vitam. Ex istis initiis Origenes postea mirabilia de purgatorio fabricauit paradoxa, sicut fieri solet, quando à verbo Dei disceditur. Finxit enim varias animarum post hanc vitam purgationes, & à pœnis liberationes, sicut Augustinus de hæresibus scribit. Malos etiam qui in flagitiis, facinoribus, sacrilegiis & impietatibus quamlibet maximis, hanc vitam finierant: Imò ipsum Diabolum & Angelos eius, quamuis post longissima tempora, purgatos atque liberatos, regno Dei lucique restitui. Hæc Augustinus. Ex ipsius verò Origenis scriptis quæ extant, colligitur, quod senserit, omnes quantumcunque pios, post hanc vitam igne purgandos esse. Nam Homil. 8. in Leuit. vbi de purificatione puerperarum textum allegorizat, inquit: Donec sumus in carne positi, ad liquidum, puri esse non possumus, nisi futuri seculi tempus affuerit, in quo die, qui viriliter egerit, statim in ipso aduentu futuri seculi purgatur. Si verò non viriliter aduersus peccatum pugnauit, iste transit septimanam vnã & alteram, ac tertia demum apparente purgatur ab immunditia. Homil. 25. in Num. inquit: Requiretur diligenter cum exierimus:

Clemens Alexandrinus seminaria purgatorij.

Origenis paradoxa de purgatorio.

Purgatorium Origenis omnibus mortuis commune.

rimus: quid vnusquisque deferat, si aurum, argentum, ferrum, plumbum, lignum, &c. Probantur omnia hæc, quæ per ignem, per ignem, quæ per aquam, per aquam. Ergo purificatione indiget omnis, qui exierit de prælio huius vitæ, quia nemo mundus, qui de hac vita exit. Omnes ergo purificationibus indigemus: Multæ verò & diuersæ nos manēt purificationes. Sed mystica hæc sunt & ineffabilia. Quis enim enarrabit, quæ sint purificationes, quæ parentur Petro, Paulo, & similibus, &c. In Exodum, Homil. 6. allegorizans talentum plumbi ex Zacharia, inquit: Iniqui vt plumbum demerguntur. Sancti verò super aquas ambulant, quia peccatorum pondere non grauantur: Sed tamen Petrus non ita, sicut Christus super aquas incedit. Habuit enim aliquid de plumbo. Igitur qui saluus fit, per ignem saluus fit, vt si quid de plumbo habuerit admixtum, id ignis excoquat, vt omnes aurum bonum efficiatur. Veniendum est ergo omnibus ad ignem & ad conflatorium. Malach. 3. parū plumbi paruo igni purgatur, plus plumbi, plus exurit. In Ieremiam Homil. 12. Si post fundamentum, non solum aurum superædificaueris, verum & ligna, stipulam, quid tibi vis fieri, cū anima seiuncta fuerit à corpore? Vtrum ingredi vis in sancta cum lignis & stipulis tuis, vt polluas regnum Dei? An propter stipulas vis foris residere, & pro auro nihil mercedis accipere? Sed neque hoc æquum est. Quid igitur sequitur, nisi vt primum propter ligna ignis tibi detur, qui consumat stipulam. Idem in Psal. 38. Virtus animam subtilem facit, peccatum verò eam crassam & carneam efficit. Lebetes igitur vel Cacabi Ezechielis, flammis succensi, lignis & stipula inflammati, nos suscipient. Virga ergo emenderis, vt non indigeas cacabo succenso. Idem in 11. cap. ad Rom. Qui verbi Dei purificationes spreuerit, tristibus & pœnalibus purificationibus se reseruat, vt ignis gehennæ in cruciatibus purget, quem nec Apostolica doctrina, nec Euangelicus sermo purgavit. Verum hæc ipsa purgatio, quæ per pœnâ ignis adhibetur, quantis temporibus, quantisve seculis de peccatoribus exigit cruciatus, solus scire potest ille, cui pater omne iudicium tradidit, qui ita diligit creaturam suam, vt pro ea se humiliarit. Philipp. 3. Sed huiusmodi sensus, velut mysterium Dei silentio tegantur, nec passim proferantur. Has sententias ex Origene ideo adscripsi, vt Lector consideret, quorsum Apocryphæ traditiones apud Clementem & mixtura Theologiæ cum decretis Philosophiæ à Clemente instituta, tandem euaserint.

Nota.
Purgatorium non fuit publicum dogma.

Purgatorium Origene nullam admittit pro defunctis suffragia.

Porrò Origenicum purgatorium, nullas admittit leuationes, mitigationes aut liberationes, per orationes aut opera viuientium, sed vnumquemque pro se pœnis expiare, cruciatibus exoluere, & flammis expurgare peccata sua in purgatorio Origenico necesse est. Et quando expiatio & solutio, & expurgatio illa per pœnas perfecta est, tunc purgati restituuntur luci & regno Dei. Obseruet autem Lector, cum Clemens, li. 6. ex Apocryphis locum pœnitentiæ in alteram etiam vitam transponere tentasset, & disputandi gratia dubitatie dixisset, forsitan cessabunt supplicia post hanc vitam: Successor ipsius Origene, mox inde dogmata & articulos fidei fecit, & perizomata in Scriptura quæsiuit. Ad eò periculosum est, sine verbo Dei, ex priuatis cogitationibus aliquid in Ecclesia, vel dubitando spargere. Ita cum Lactantius de purgatorijs Virgilij versibus, 6. Æneid. dixisset. Hæc propemodum vera

sunt, posteri mox addiderunt. Hæc prorsus vera sunt.

Atque hoc est Origenicum purgatorium, ex Platonis principiis, de exurendis maculis peccati, & ex Apocryphis fabulis, quæ in Clemente titulum traditionum habent, citra & contra Scripturam conflatum. Sunt autem hæc Origenici purgatorij *ἀιθημαλα*. Primò, post hanc vitam esse locum pœnitentiæ, seu reconciliationis cū Deo. Secundò, peccata non remissione deleri in hac vita, siue ex gratia condonari: sed pœnis siue in hac vita elui, siue post hanc vitam cruciatus igni expiari, expurgari, & quasi excoqui. Tertiò, pœnas in futuro seculo esse expiatorias & purgatorias. Quartò, esse liberationem ex pœnis futuri seculi. Quintò, cū nemo in hac vita mundus sit à sordibus peccati, ideo omnes etiam sanctissimos post hanc vitam flammis purgatorij ignis expiandos & expurgandos esse, priusquam in regnum Dei admittantur. Sextò, etiam impiissimos, imò ipsum Diabolum, longissimi temporis cruciatibus purgari, & à pœnis liberari posse. Hæc Origenica *ἀιθημαλα*, diu in Ecclesiis iactata, & varie disputata sunt. Et Græci quidem scriptores, licet ad Origenicas illas purgationes alicubi alludant, ratò tamen & valde leuiter, Origenicas illas scintillas suis disputationibus ventilant, sicut Gregorius Nissenus alicubi facit. Tandem verò in Græca Ecclesia in 5. generali Synodo Origenicum illud purgatorium (licet ut Græci in Apologia sua de purgatorio, quæ Basiliensi Concilio obtulerunt, recitant) circa annum 550. interposita publica autoritate, prorsus explosum & restinctum fuit, ita vt post illud tempus in Græca Ecclesia non potuerit rursus accendi. Testantur autem Græci in illa Apologia, non tantum illam Origenis opinionem tunc damnatam, qua impijs & impijs etiam Diabolis liberationem tandem ex pœnis gehennæ promisit, sed & hoc fundamentum in 5. illa Synodo explosum & subuersum fuisse, quasi peccata non remissione ex gratia condonentur, sed per pœnas & cruciatus ignis expientur seu expurgentur post hanc vitam. Sed in nostris Tomis conciliorum hæc omnia sepulta sunt, quia nec pro aris, nec pro focis Papisticis esset, purgatorium ignem extingui.

Capitulum purgatorij Origenici.

Græca Ecclesia purgatorium Origenicum explosit.

CAPVT V.

LATINORVM PURGATORIVM
ex Origene.

Sextò, in Latinis verò Ecclesiis Origenicum illud de purgatorio commentum, pluribus arrisit, & maiori etiam contentione disputatum fuit. Historica enim obseruatio ostendit, quod Origenis phantasia Latinis causam & occasionem dederit fingendi purgatorium. Licet enim euidencia veritatis & pietatis cogeret, ex purgatorijs illis Origenis commentis, quia nimis crassa erant, multa rescare: aliquid tamen ex illa agitatione disputatorium & opinionum de pœnis purgatorijs post hanc vitam, in Latinis Ecclesiis hæsit, partim in vulgi superstitionibus partim in Doctorum disputationibus, quod paulatim consuetudine roboratum, & spectris stabilitum, tandem in dogma & articulum fidei euasit. Considerandum verò est, quomodo ex Origenicis purgationibus apud Latinos alij aliud probent, alij improbent, alij dubitantes disputent, atque inter se alij aliorum disputationes reprehendant. Lactantius enim de diuino præmio, capite 21. dicit, non post mortem protinus iudicari homines, sed omnes in vna communi custodia detineri, do-

Orig. commentum de purgatorio in Latina Ecclesia hæsit.

Lactantij purgatorium post extremum iudicium.

ri, donec tempus adueniat, quo iudex meritorum faciat examen. Et addit: Sed & iustos cum iudicauerit Deus, igni eos examinabit. Tum quorū peccata vel pondere, vel numero præualuerint, perstringentur igni atque amburentur.

*Ambrosius
Origenis af-
fecta.*

Ambrosius verò, qui in commentariis suis plerūque ex Origene transcribere solet, purgatorij etiam opinionem ipsis Origenis verbis in scripta sua retulit, præsertim in Psal. 118. in multis locis, vt Sermo. 20. Omnes oportet transire per flammam, etiam si Ioannes Euangelista sit, de cuius sane morte sunt, qui dubitent, de transitu verò eius per ignem, dubitare non possumus, quia in Paradiso iam est, &c. Item, donec plumbum in me tabescat, ardebo: Si nihil argenti in me inuētum fuerit, in vltima inferni detrudat, aut vt stipula totus exuratur, &c. Itē, quia Dominus dicit: Intrate in requiem meam, vnusquisque nostrū vstus romphæa illa flammea non exustus purificabitur, vt ingressus in illam Paradisi amœnitatem, gratias agat Domino suo, dicens: Induxisti nos in refrigerium. Et in Psal. 36. Omnes igni examinabimur. Etsi autem per ignem examinabuntur, dicent tamen: Transiuimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Alij in igne manebūt, alij salui fient, sed per ignem, etsi enim omnino non exuremur, tamen vremur. Et 2. Timot. 2. de vasisignominia in magna domo Domini loquens, inquit: Hos contumelia dignos ostendit, non tamen perituros, sed purgandos per ignem, quia domui Dei ex aliqua parte necessarij sunt, &c.

*Hieronymus
Origenis cō-
mentum re-
tinet.*

Hieronymus etiā diligens Origenis Lector, sententias eius de purgatorio sæpius recitat, vt Ezech. 1. Ex quo ostenditur, post pœnas supplicia & purgationem peccatorum, futuram misericordiam, duntaxat in his, qui Deum videre meruerunt regnantem. Et Esa. 10. Quidam intelligunt pœnas & tormenta in hoc adhiberi peccatoribus, vt diuino igne purgentur. Et Ezech. 46. Omnis creatura immunda est, & diuino igne purganda ad diem Sabbathi, vbi æterna erit requies. Et in vltimum cap. Esa. manifeste recitat Origenis sententiam de finiendis aliquando suppliciiis. Quæ omnia, inquit, replicant asseuerare cupientes, post cruciatus & tormenta, futura refrigeria, quæ nunc abscondenda sint ab his, quibus timor vtilis est, vt dum supplicia reformidant, peccare desistat. Quod nos solius Dei debemus scientiæ derelinquere, cuius non solum misericordia, sed & tormenta in pondere sunt, & nouit quem, quomodo aut quamdiu debeat iudicare, solumq; dicamus, quod humanæ conuenit fragilitati, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Et sicut Diaboli & omnium negatorum atq; impiorum, qui dixerūt in corde suo, non est Deus, credimus æterna tormenta, sic peccatorum atq; impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera igne probanda sunt atq; purganda, moderatam arbitramur, & mixtam clementiæ sententiam Iudicis. Hæc ibi. Idem in c. 9. Ecclesiastici. Mortui nihil valent ad id adiicere, quod semel secum tulere de vita, nec iuste quippe possunt agere, nec peccare, nec virtutes adicere, nec vitia, licet quidam huic expositioni contraria dicant, asserentes etiam post interitum excrecere nos posse & decrescere. & quod Salomon ait (pars non erit eis adhuc in seculo) ita intelligunt, vt dicant eos in hoc seculo, nullam habere communionem, habere verò sub alio seculo, & non excludi opinionem, quæ

contendit, postquam de hoc seculo migrauerimus, & offendere posse creaturas rationales & promereri, &c. Eandem etiam Origenicam purgationem, Prudentius versibus suis expressit:

*Esto cauernoso (quasi sic pro labe necesse est
Corporea) tristis me sibi beat ignis auerno,
Saltem mirificos incendia lenta vapores
Exhalant, astuq; calor languente tepescat.
Lux immersa alios & tempora vincta coronis
Glorificans, me pena leuis clementer adurat.*

Prudentius.

Has sententias Lactantij, Ambrosij & Hieronymi ex Origene trāsumptas esse, manifestū est. Ideo autem illas hoc loco adscripsi, vt Lector sibi inde seriem historiæ informare possit, quod Latini illi Scriptores, in Origenico purgatorio reprobant, quid verò illo adhuc tempore disputarint. De liberatione Diaboli & infidelū extra Ecclesiam, Ambrosius tacet. Hieronymus verò tormenta ipsorum credit æterna. Hoc igitur in Origenis purgatorio improbarunt. Reliquas verò purgatorias Origenis opiniones, alij assertiue, alij dubitatiue disputarūt, scilicet peccata non gratia dimitti, sed igne expurgari, atque ideo omnes etiam electos, post hanc vitam igne illo purgatorio esse amburēdos, licet non exurendos, priusquam saluentur. Secundò, tormenta in futuro seculo habere vim & proprietatē purgatoriam. Tertiò, locum pœnitentiæ & meriti, etiam post hanc vitam in altero seculo restare, quam opinionem licet Hieronymus non prorsus probet, tamen eam vt non improbabilem in medio relinquit. Quartò, illis, qui professione Christiani fuerunt, licet in peccatis & impietate moriantur, Hieronymus purgationem per ignem restare arbitratur, sed Dei scientiæ relinquēdum existimat, quando & quamdiu in tormentis vnumquemq; iudicare debeat. Ambrosius verò opinatur, si modo aliquid argēti inueniatur, etiam si maxima pars plumbum sit, tamen per ignem purgatos, aliquando liberari & saluari. Quintò, purgationes illas fieri igni gehennæ, & plerunque post iudicium. Hæc Origenica ai in uala, Ambrosius & Hieronymus, ex tropicis & allegoricis scripturæ locis, pingere & ornare quidem conantur. Augustinus verò sicut iam ostēdimus, illa ex certis, claris & apertis scripturæ testimoniis, ex professio reprobauit & refutauit.

*Quæ de pur-
gatorio Ori-
genis retenti-
a, quæq; im-
probata sint
a scriptoribus
Latinis
Quæ impro-
bata.*

Quæ retenti.

*Hieronymus
disputat.*

*Ambrosius
asserit.*

*Augustinus
improbat.*

*Pontificiorum
perfidia in
allegandis Pa-
trum testi-
monij, pro
purgatorio
stabiliendo.*

Atq; hoc singulari diligentia obseruandum est, quod Pontificij, quando strepitu testimoniorum antiquitatis simplicium oculos perstringere volūt, purgatorium esse antiquam Patrum traditionem, istas Origenis, Ambrosij & Hieronymi sententias, de longe alio purgatorio, quam Pontificiorum est, loquentes, licet ex scriptura ab Augustino reprobata & refutata sunt, tamen allegare non verentur, vt lectoribus, quib. historia ea nota non est, fucum faciant. Pontificij enim nec electos omnes, nec eos, qui in impietate moriuntur, licet professione sint Christiani, in purgatorium admittūt, quod tamen veterum illæ sententiæ faciunt. Et est hæc obseruatio, in serie huius historiæ nō prætereunda. Si enim longa temporis præscriptio, antiqua patrum traditio, & Ecclesiæ obseruatio, sine apertis scripturæ testimoniis purgatorium posset stabilire, tunc Augustinus male fecisset, quod purgatorias illas veterum opiniones, ad scripturæ examinem reuocatas, reiecit & refutauit, cum ferme omnes tunc in Ecclesia & docti & indocti, opiniones illas amplecterentur, & scripturæ allegoricas sententias suis rhetoricationibus eò detorquerent. Sed audiamus Augustinum, purgatorias illas opiniones, ex antiqua pa-

trum

trum traditione, & ex peruulgatis in Ecclesia opinionibus protractas, ad Scripturæ lucem & normam exigentem.

Augustinus igitur, quando obiter in huius disputationis mentionem incidit, recitat, ut reliqui vulgatas illius temporis opiniones, ut de Genesi contra Manichæos libro secundo, capite decimo, disputans de spinis suffocantibus verbum Dei, inquit: Si quis fortè agrum non coluerit, & spinis eum opprimi permiserit, habet in hac vita maledictionem terræ in omnibus operibus suis, & post hanc vitam habebit, vel ignem purgationis, vel pœnam æternam. Ita in Psalm. 37. de igne emendatorio declamans dicit, Quosdam in altera vita igne illo, Matth. 25, argui & non emendari. Quosdam verò argui & emendari. Et de ciuit. Dei, lib. decimo, cap. 25. ex conflatorio Malachiæ 3. inquit, videri apparere, in extremo iudicio quasdam quorundam purgatorias pœnas futuras, ut igne, qui in peccatis sunt mandati, deinceps Domino placeant. Sed quando ex professo iusta disputatione quæstionem illam tractat, aliter & sentit & loquitur, ut de ciuit. Dei, lib. 21. cap. 13. dicit Platonicos quidem sentire, omnes pœnas, etiam diuinas, esse emendatorias seu purgatorias, atque ita temporarias, non æternas. Infigi autem illas aliis in hac vita tantum, aliis post mortem, aliis & nunc & tunc. Ex illis Platonice principiis, & ex Origenicis disputationibus, postea cap. 17. & sequentibus narrat, suo tempore passim in Ecclesia varias fuisse opiniones. Sunt autè illæ ipsæ, quas iam ex Origene, Lactantio, Ambrosio & Hieronymo recitauimus. Quosdam enim disputasse, omnes homines etiam malos & infideles, quos iudex gehennæ supplicio dignos iudicabit, post grauiam & diuturnam pro meritis supplicia, ex illis cruciatibus eruendos. Deum enim misericordem, donaturum eos precibus & intercessionibus Sanctorum suorum. Alios verò, ab æterno supplicio liberationem non omnibus quidem hominibus promississe, sed baptisatis tantum & qui participes fuerint Sacramenti corporis Christi, in quacunq; aliâ hæresi vel impietate vixerint. Alios item, nec omnibus baptisatis, sed tantum in Ecclesia Catholica perseuerantibus, quantum in ea male uiuentibus, promittere salutem per ignem merito fundamenti, 1. Cor. 3. Quosdam verò sensisse, nec omnibus Catholicis, sed iis tantummodò, qui in vita nefaria, eleemosynas pro peccatis suis fecerunt, iudicium cum misericordia futurum, ut post aliquod tempus, siue paruum, siue prolixum ab illa damnatione liberentur. Purgationem verò senserunt in eodem igne fieri, quo igne malè in æternum ardebunt. In fine narrat, quosdam fructum trigessimum, sexagesimum & centesimum ita intellexisse, ut sancti pro suorum diuersitate meritorum in die iudicij, alij tricenos, alij sexagenos, alij centenos homines, à damnatione suis intercessionibus liberent. Quendam verò cum videret homines ex illa opinione impunitatem sibi polliceri, facete respondisse: Benè potius esse uiuendum, ne si fortè tam pauci sint intercessores, ut citò ad numerum suum vel tricenum, vel sexagenum, vel centenum, vnoquoque eorum perueniente, multi remaneant, qui erui de pœnis, aliorum intercessione non possint.

Atque hæc disputationes titulo & specie misericordiam & clementiam Dei, quæ superat iudicium, doctos & indoctos, longo tunc tempore fascinauerant, sicut ex sententiis Origenis, Lactantij, Ambrosij & Hieronymi ostendimus, sed August. remoto antiquitatis prætextu ad normam verbi Dei hæc reuocat, atque inde reprobat & refutat. Inquit enim: Si hæc sententia propterea bona & vera, quia misericors est, tantò erit melior & uerior, quantò misericordior fuerit. Extendatur ergo fons huius misericordiam usque ad Diabolos, sed si quis hoc audeat, tantò inuenietur contra recta Dei verba errare peruersius, quantò sibi videtur sentire clementius. Et postea inquit, qui Origenis sententiam de saluatione Diabolorum damnauerunt, non inuiderunt eis mundationem & beatitudinem, sed potius viderunt diuinam euacuari non posse sententiam. Matt. 25. Apoca. 20. Quia enim in vna eademque sententia, & pœna & vita dicitur æterna, aut vtrumque cum sine diuturnum, aut vtrumque sine fine perpetuum debet intelligi. Quamobrem prorsus nec alia causa, nec iustior, nec manifestior inueniri potest: Cur diaboli nullam habeant regressum ad vitam sanctorum, nisi quia Scriptura, quæ neminem fallit, hoc dicit. Ita de infidelibus damnatis inquit: Eadem Dei sententia est, quæ in malos, & Angelos & homines proferetur, discedite in ignem æternum, qui paratus est Diabolo. Quod si ab huius æternitate pœnæ, vel vniuersi, vel quidam homines damnati subrahentur, statim eneruabitur fides, qua creditur, sempiternum Dæmonum futurum esse supplicium. Neque enim vna & eadem Dei sententia, in Angelos vera erit, in homines falsa. Eodem modo de Christianis baptisatis, qui in impietate mortui sunt, inquit, si tales post quantalibet tempora ab igne liberati regnum Dei possidebunt, falsa erit Apostolica sententia, quæ sine ambiguitate manifesta est: Qui talia agunt regnum Dei non possidebunt, sed quoniam hæc falsa non est, ergo nisi in sempiterno supplicio non erunt, quia in regno Dei esse non poterunt. Fundamentum igitur Augustini contra Origenicas disputationes hoc est, sine Scriptura, & contra Scripturam, nullas admittendas esse argumentationes, quæquam specie proponantur. Inquit enim, frustra homo positus in hoc corpore, occultorum iudiciorum Dei sibi notitiâ arrogare præsumit. Item, non quod homines suspicantur, sed quod Deus dixit, valebit. Non ergo aduersus Deum argumentari, sed diuino potius dum tempus est, debent parere præcepto, qui sempiterno cupiunt carere supplicio. In hac enim vita tempus est pœnitentiæ fructuosæ, postquam verò dictum fuerit à iudice viuorum & mortuorum, venite, discedite, nimiam præsumptionis est dicere, cuiquam eorum non futurum supplicium æternum, quos Deus ituros in supplicium dixit æternum. Ex his fundamentis August. plerasque Origenicas sententias de pœnis purgatoriis, quas etiam Ambros. & Hieron. comprobant & asseuerant, reprobat & refutat.

Quia verò difficile est, inueteratas opiniones animis hominum vel penitus, vel statim euellere, & vnum multorum opinioni refragari: Consideranda est August. prudentia & modestia, quomodo quædam ex veterum purgatorio tan-

H quam

Augustin. re.
probat veterum de purgatorio disputationes.

Fundamentum August. contra disputationes Origenis de pœnis purgatorij.

Prudentia Augustin. in purgatorij doctrina tradenda.

Augustinus de purgatorio dissimiliter loquitur.

Diuersa de purgatorio sententia Augustini tempore.

Quomodo Veteres ante Augustinum, i. Cor. 3 intellexerunt.

quam falsa, ut quæ apertis Scripturæ testimoniis nimis crasse repugnabant disertè reprobant. Quædam verò satis putant dubia & incerta facere, ne liberè & apertè omnia semel reiiciendo, eos, quorum animi purgatorij illis opinionibus præoccupati erant, in totum abalienaret. Ex loco igitur Pauli, 1. Cor. 3. (Saluus erit quasi per ignem) veteres suas pœnas purgatorias, quorumcunque peccatorum etiam post iudicium, tanquam dogma certum extruere conati fuerat ante Augustinum, Ambrosius enim, 1. Cor. 3. falsos doctores siue hæreticos in Ecclesia intelligit per eos, qui fundamento superædificant scœnum & stipulas. Et peruersas ipsorum asseuerationes dicit perituras. Ipsos verò malos doctores dicit saluos quidem futuros, sed pœnas ignis passuros, ut per ignem purgati, fiant salui & non sicut infideles æterno igne torqueantur, ut ex aliqua parte operæ precium sit credidisse in Christum. Hæc Ambrosius. Sed hanc sententiam Augustinus expressè, licet suppresso autoris nomine refutat de ciuit. Dei, lib. 21. cap. 25. Hieron. verò, sicut ante ipsum etiam Origenes & Ambrosius, scœnum & stipulas supra fundamentum interpretantur eos, qui fidem Christi professione quidem habent, sed in impietatis sceleribus viuunt & moriuntur, hoc est, qui aliquid argenti, sed plurimum plumbi habent, eos per pœnas quasdam ignis arbitrantur posse excoqui & purgari, ad salutem percipiendam, merito fundamenti. Sed hanc opinionem Augustinus ex testimoniis Scripturæ, 1. Cor. 6. Gal. 5. Iac. 1. 1. Cor. 13. &c. ut falsam refutat, idq; in aliquot locis, ut de ciuit. Dei, lib. 21. cap. 26. De fide & operibus, cap. 14. in Enchiridio, cap. 27. & sequentibus. Et de 8. Dulcitij quæstionibus, cap. 1.

Augustinus de loco, i. Cor. 3.

Quia verò tandem quæstio restabat de sensu loci illius Paulini, qui scilicet sint, cum hæretici & impij non sint, qui salui fiant, sed per ignem, qualis ignis ille sit, ubi & quando purgatio illa per ignem fiat. Hic Augustinus non ignorabat, veteres quosdam ante se, audacter & constanter ex loco illo Pauli asseuerasse: Omnes pios etiam Apostolos quia nemo mundus ex hac vita discedat, necesse habere per ignem purgatorium post hanc vitam, imò post iudicium, sicut Lactantius tradit, transire. Videbat autem inuidiosum futurum, si explosis prioribus veterum expositionibus de hæreticis scilicet & impijs, alijs etiam interpretationes ipsorum simpliciter & apertè damnaret, idèd satis putauit, si monstrata sententia loci Paulini, quæ vera & certa est, alteram explicationem, licet veteribus pro certo dogmate fuerat, dubiam & incertam facere, ita enim per se postea collapsuram existimauit. Dicit igitur sententiam illam Pauli ad intelligendū difficilem esse, & deputandum in his, quæ Petrus dicit in scriptis Pauli, esse difficilia intellectu, quæ homines non debeant peruertere ad proprium suum interitum. Item dicit, quia illud de ædificantibus super fundamentum stipulas obscure dictum est. Ita ergo intelligendum est, ne alijs manifestis Scripturæ locis inueniatur contrarium, quæ obscuritatem ambiguitatemque non habent. Quod si quærat de ipsa Pauli sententia, quomodo intelligenda sit, fateor, inquit Augustinus, malle me hic audire intelligentiores, doctiores & meliores, &c. Item, si subtilius differere coner, quid sit ædificare aurum, & stipulas, ve-

reor ne ad intelligendum difficilior sit ipsa expositio. Fundamentum igitur interpretatur Christum, qui per fidem habitat in cordibus nostris, superædificia intelligit non hæreses, nec peccata, sed bona terrena & temporalia, licita tamen & concessa, ut sunt diuitiæ, vxor, liberi, delicia, &c. Ob quæ vel adipiscenda vel retinenda, quicunque peccata committit, is amisso fundamento, igne æterno torquebitur. Qui verò ea ita habet, ut sine carnali aliquo erga ea affectu tantum cogitet, quomodo placeat Domino, is aurum, argentum, gemmas superædificat. Qui verò terrena illa, carnali aut seculari aliquo affectu diligit, non tamen ita ut Christo ea vel præponat, vel præponere velit, eum sentit superædificare lignum, scœnum, stipulam. Iam inquit, ignis talis debet intelligi, ut ambo per eum transeant, & qui aurum, & qui stipulam ædificat. Ergo ignis gehennæ esse non potest, ab illo enim igne nemo saluabitur, quia combustio eius æterna est, atque ideo nemo saluandorum in illum ignem veniet. Vsitatum autem in Scriptura esse, ostendit, ignem vocare tentationem seu tribulationem in hac vita, ut vasa figuli probat fornax, & homines iniustos tentatio tribulationis. Et ille inquit, ignis tentationis seu tribulationis in hac vita, variè probat cuiusque opus. Et probatione ita declarat. Quod si res in hunc articulum tentationis deducatur, ut vel Christus defendendus, vel temporalia illa amittenda sint, ibi eius opus non exuritur, qui ea non dilexit, quorum amissione crucietur. Alterius autem opus exuritur, quoniam sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. Quod enim quis sine illicito amore non habuit, sine vrento dolore non perdit. Qui tamen timore amittendi talia, non deserit Christum, quamuis doleat dum amittit, saluus est quidem, sic tamen quasi per ignem, quia ex eorū amissione tantum vrit dolor, quantum hæserat amor, &c. Hæc Augustinus in locis supra citatis.

Ignis phras scriptura tribulationem significat.

Duo igitur axiomata Augustinus ponit, quæ ex Scriptura certa, firma, & fixa habet. Primum, in hac mortali vita esse pœnas quasdam purgatorias illis, qui eis coerciti corriguntur. Et tales vitiones purgatorias in hac vita multas ac varias esse, cum ipsa vita mortalium tota sit pœna, & accidant omnes tribulationes carnis, persecutiones etiam, & ipsa denique mors carnis. Et de tali vitione seu purgatione in hac vita, locum 1. Cor. 3. rectè, verè & certè intelligi posse asserit. II. Ponit & hoc axioma contra veteres: post extremum iudicium nullas fore pœnas purgatorias. De intermedio verò tempore, post mortem corporis vsque ad diem iudicij, quia Origenis sectatores pœnas purgatorias iustorum, magna cum asseueratione ibi posuerant: Augustinus, quia illud manifestè improbare non audeat, satis habet ostendisse, non esse certum & firmum dogma, sed dispersionem obscuram, ambiguam, dubiam & incertam. Ita enim inquit de ciuit. lib. 21. cap. 26. Si hoc temporis interuallo, post mortem corporis vsque ad diem iudicij, Spiritus defunctorum eiusmodi ignem DICVNTVR perpeti, siue ibi tantum, siue hic & ibi, siue idèd hic & non ibi ignem transitoria tribulationis concremantem secularia venialia inueniant, non redarguo, quia FORSITAN VERVM est. Idem de fide & operibus,

Augustinus intermedium tempus in dubio relinquit.

operibus. cap. 14. siue in hac tantum vita homines ista patiuntur, siue etiam post hanc vitam talia quædam iudicia subsequuntur, non abhorret (QUANTVM ARBITROR) à ratione veritatis, iste intellectus sententiæ Pauli, scilicet de igne tentationis seu tribulationis. Et in Enchiridio, cap. 69. in hac vita ignis tribulationis probat iustos, sicut Scriptura dicit. Tale verò aliquid etiam post hanc vitam fieri, incredibile non est. Et vtrum ita sit, quæri potest, & aut inueniri, aut latere, nonnullos fideles per ignem quandam purgatorium, quantò magis minusve bona peruentia dilexerunt, tantò tardius citiusq; saluari. Eadem repetit etiam ad Dulcitium, vbi de his & cognatis quæstionibus dicit. Hæc descripsimus, vt tamen in eis NULLA veluti CANONICA CONSTITVATVR AVTORTAS. Ita ego Augustinus Origenis opiniones de pœnis purgatoris post hanc vitam, quæ inter Latinos apud doctos etiam, vt Ambrosium & Hieronymum, fuerant in admiratione, cum ex obscuris ambiguis, tropicis & allegoricis dictis, ad normam & examen testimoniorum Scripturæ, quæ aperta, clara & manifesta sunt, deduxisset, partim reprobauit, partim dubias & incertas reddidit. Græca verò Ecclesia ignem purgatorij post hanc vitam, in quinta generali Synodo, simpliciter reprobauit & extinxit, sicut Apologia Græcorum testatur.

Ex hac historica obseruatione intelligi potest, qua fide & quo candore, Pontificij veterum & ipsius etiam Augustini sententias, pro stabilendo suo purgatorio allegent. Augustinus certè materialem seu corporeum ignem (sicut Scholastici loquuntur) ne per dubitationem quidem in purgatorio arbitratur, multò minus ignem, qui eiusdem generis sit cum igne gehennæ, sicut Pontificiorum traditio habet. Id enim expressè negat, sed loquitur tantum de igne tentationis seu tribulationis, sicut in hac vita accidere solet, & tale aliquod etiam post hanc vitam fieri, posse quæri, & posse vel inueniri, vel etiam latere. Quàm periculosum verò sit, vel dubitationes de huiusmodi rebus in Ecclesia spargere, hæc ipsa etiam historia ostendit. Quæstio enim serit quæstionem, & dato vno inconuenienti sequuntur plura. Ita August. de ciuit. 21. cap. 24. Si detur post hanc vitam purgatorium, quærit, si dies iudicij deprehenderit aliquos viuos tales, qui si ante iudicium mortui fuissent, per pœnas purgatorij potuissent saluari, num illi tunc simpliciter sint damnandi. Arbitratur autem ibi sine Scripturæ, etiam facta resurrectione non defuturos, quibus post pœnas, quas patiuntur Spiritus mortuorum, impertiatur misericordia, vt in ignem non mittantur æternum. Sicut & lib. 26. cap. 15. opinionem habet in ipso extremo iudicio, priusquam vltima sententia preferatur, quæsdam quorundam purgatorias pœnas futuras. Alij deinde post resurrectionem, de carne, quæ magis & requirat & mereatur purgationem, quàm anima, ita disputarunt. Sed ad Dulcitium quæstio. 3. ex articulo fidei concludit, in aduentu Domini, mox sine interposito spacio temporis, aut interiecta alia actione futurum iudicium. Sicut illud describitur, Matth. 25. Ex illis verò Augustini dubitationibus, posteriori æuæ generationes, unò articulos fidei fecerunt, sicut postea ostendemus. Prius

enim de aliis quibusdam, quibus Pontificij ex historia antiquitatis ad stabilendum suum purgatorium abutuntur, dicendum erit vt ordo historię purgatorij continuetur.

QUOMODO EX RITI-

BVS SATISFACTIONVM VETERIS

Ecclesie, conentur purgatorium probare.



Optimò, ex ritibus satisfactionum veteris Ecclesie, Pontificij ligna, fœnum & stipulas, ad succendendum suum purgatorium, magno conatu colligere student. Fingunt enim credentibus tantum reatum culpæ propter Christum remitti, pœnam verò æternam mutari in temporalem, eamq; sacerdotibus virtute clauium à Christo arbitranda datam esse, quo genere multæ, & quanto tempore, persoluenda sit. Cum verò lapsi sæpius moriantur, priusquam pœnitentiam seu satisfactionem illam expleuerint, dicunt cõsequens esse, vt quod reliquum mansit satisfactionis, post hanc vitam in purgatorio exoluatur. Atq; hoc est vnum ex præcipuis fundamentis Pontificij purgatorij. Non autem totam doctrinam de satisfactionibus Ecclesiasticis hoc loco repetemus, quam in secunda parte huius examinis explicauimus, sed ea tantum, quæ ad purgatorij historiam facere videbuntur, breuiter perstringemus. De appellatione igitur satisfactionum apud veteres, & quo consilio ac fine usurpatæ fuerint, in secunda parte diximus, vt scilicet ita pœnitentes publico testimonio comprobarent, se non simulate, sed serio agere pœnitentiam. Multi enim qui postea Ecebolii nominati sunt, leuitate repetitionis abnegationum & pœnitentiæ in persecutionibus offendebant & turbabant Ecclesiam. Vt igitur lapsi in posterum cautiore redditi, maiori curâ lapsus vitarent, & reliqui etiam à facilitate lapsuum detererentur, publicè illæ pœnitentium satisfactioes, vehementer illis persecutionum temporibus auctæ, & duriter exasperatæ fuerunt, sicut in Tertulliano, Cypriano & Eusebio. Item in Canonibus pœnitentialibus Ancyranis, Nicænis, & qui titulo Gregorij Neocæsariensis feruntur, videre est. Ac propter illam ipsam causam videntur Clemens, Tertullianus & Origenes tam duriter loqui, quasi vnã tantum pœnitentiam post baptismum lapsis concedant. Cyprianus etiam disputat, absolutionem non valere, priusquam Canonica illa satisfactio expleta esset. Alij dixerunt solius Dei scientiæ relinquendum, an, quomodo & quando lapsi agentes pœnitentiam, in gratiam à Deo recipiantur. Origenes verò homilia 13. in Ieremiam, videtur absolutionem seu expiationem lapsorum, in purgatorium suum reicere. Ex illis disputationibus & ritibus, Nouatiani hæresin suam, quæ lapsis pœnitentibus, spem veniæ in hac vita, vel negabat, vel certè in dubium vocabat, extruxerunt. Coacti itaq; fuerunt Episcopi in Synodis, asperitatem istius disciplinæ, & duritiam illarum disputationum, mitigare, sicut colligitur ex Cypriano libro quarto, Epistola secunda. Et sanè ante expletum tempus impositæ satisfactionis Canonice, non facile quenquam

Satisfactio- nes Pœnitentiæ.

Appellatio, causa & finis satisfactionis Ecclesie veteris.

Leuitate Ecclesiorum satisfactioes publica pœnitentiæ aucta sunt.

Duriores locutiones nonnullorum ex patribus de lapsis post baptismum. Cyprianus.

Occasio hæreseos Nouatianorum.

Candor Pontificiorum in allegandis Augustini testimonis ad stabilendum purgatorium.

ad absolutionem & communionem admitti volebant, propter causas supra recitatas. Cyprianus lib. 3. epistol. 8. & sermone quinto, de lapsis, Sed tamen imminente periculo mortis, lapsis poenitentibus, etiam ante expletum tempus Canonice satisfactionis, pacem, remissionem seu absolutionem, & communionem dabant, lib. 3. epistol. 17. & lib. 4. epistol. 4. Euseb. lib. 6. cap. 34.

Nulli patres dicunt ante expletum satisfactionis tempus, mortuos in purgatorio eam exolvere.

Nulli verò dicunt (cum quidem 26. q. 6. huius generis sententia multæ refutantur) quod tales post hanc vitam, etiam post acceptam pacem (sicut loquuntur) cruciatibus ignis reliquum Canon. satisfactionis persolvere cogantur. Imò disertè dicunt, lapsis poenitentibus, in periculo mortis ideo dandam absolutionem & communionem, etiam ante expletam satisfactionem; ut morientes cum pace ad Dominum veniant, inquit Cyprianus, siue ut absoluti, deleto peccato (ἐὐελπίστως) bona cum spe ex hac vita migrent. Sicut Dionysius apud Eusebium loquitur. Hoc quidem addunt, si tales conualuerint, explendū ipsis in Ecclesia esse ritum satisfactionis. Quòd verò in altero seculo illud etiam faciendum sit, non dicunt. Imò Cyprianus expressè dicit lib. quarto, epistol. 2. ideo sacrificatis agentibus poenitentiam, in exitu etiam ante expletam satisfactionem, absolutione subueniendum esse, quoniam exomologesis apud Inferos nec esse, nec fieri potest. Complectitur autè vox exomologesis, secundum Tertullianum, totum actum Canonice satisfactionis. Lindanus ex illa epistola pro stabiliendo purgatorio, excerpt hanc sententiã. Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam pervenire, aliud missum in carcere, non exire inde, donec solvat novissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse, &c. Sed ne unico quidem verbo Lindanus probare potest, Cyprianum ibi loqui de tempore post hanc vitam ante iudicium, sed disertè per totam epistolam agit de satisfactionibus, quæ in Ecclesia ante exitum vitæ fiunt, Cumque obiiceretur, virtutem confessorum in Ecclesia minui, & martyria deficere, si lapsis poenitentibus spes pacis offeratur. Respondet: Hoc ideo timendum non esse, quia magnum sit discrimen. Lapsos enim opus habere, ut ad veniam stent in Ecclesia, & satisfactionum doloribus crucientur, ac tanquam igni purgentur, donec impostam multam usque ad extremum quadrantem exoluant. Stantes verò habere gloriam & mercedem constantiæ suæ in Ecclesia, & in die iudicij etiam maiorem habere fiduciam coronæ, hoc enim est quod in fine addit: Denique aliud est pendere in die iudicij ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari. Hanc esse Cypriani in illo loco sententiam ex circumstantiis manifestè patet. Quòd verò post hanc vitam satisfactio possit expleri aut exolui, non tantum non dicit, sed disertè negat in illa Epistola, cum inquit: Ideo ante exitum poenitentibus dandam pacem, quia apud inferos exomologesis fieri non possit. Ex historia igitur satisfactionum veteris Ecclesiæ certè considerata, labascit atque corrumpit etiam hoc fundamentum Pontificij purgatorij, quod ex ritibus satisfactionis veteris Ecclesiæ

ἔξομολόγησις.

De loco Cypriani contra Lindanum.

Cyprianus negat post mortem exolui posse satisfactionem.

substruunt. Imò ipsi Pontificij re ipsa ostendunt, ficulneum, arenosum, imò commentitium hoc esse fundamentum. Ritus enim illi veterum satisfactionum ab annis amplius mille non fuerunt in usu. Quomodo igitur possent materiam purgatorij præbere in altera vita? Sed asperas & diuturnas illas veterum satisfactiones, didicerunt in præscriptum numerum eleemosynarum, precularum & ieiuniorum, cum fictione iuris, sicut loquuntur, commutare. Et has ipsas etiam commutationes, pecunia docuerunt posse redimi, sicut postea de Indulgentiis dicemus. Inde fit, quod absolutionem & communionem dant suis confidentibus, & postea verbi gratia, leucula quædam ipsis titulo satisfactionum implenda iniungunt, quæ si implere noluerint, data pecunia redimere possunt. Atque hæc cum in Pontificia Ecclesia ludo & ioco ita agantur, quis credere posset, hoc esse fundamentum purgatorij, etiam si aliquod esse constaret? sed quale est ædificium purgatorij, talia etiam habet fundamenta. De poenis verò, quæ post remissionem peccati in hac vita aliquando piis imponuntur, postea dicemus.

Ritus satisfactiois Ecclesiæ ab antiquis annis desisti.

Commutatio satisfactionis apud Pontificios.

QUOMODO EX PRECIBVS PRO DEFUNCTIS PURGATORIVM ACCENDERE CONENTUR.



Quia in historia antiquitatis, in orationibus habita fuit memoria etiam defunctorum, quorum animas piis suis precibus Deo commendabant: Pontificij existimant, inde locum & ignem purgatorij, non tam Dialecticè probari, quàm Geometricè demonstrari. Pro animabus enim in Paradysi gaudio iam existentibus, tales orationes essent superuacaneæ: Pro illis autem animabus, quæ iam ad infernum damnatæ sunt, inutiles essent. Ergo arbitrantur, necessariò medium locum constituendum, ubi animæ igne excarnificentur, unde orationibus liberandæ sint. Et huic argumento tantum tribuit Lindanus, quod scribere non veretur: Lutheranos si sibi constare velint, non posse effugere, quin purgatorium concedere cogantur, eò, quod Apologia nostra dicat, nos non prohibere orationem pro mortuis, quodque Lutherus etiam in confessione sua illam admittat. Vident autem omnes sani nulla necessitate consequi. Si Ecclesia orat pro mortuis. Ergo animæ defunctorum cruciantur igne purgatorij. Multæ enim aliæ causæ, & longè alij fines huius orationis esse possunt. Sed ut tota res planior fiat, cum quidem historiarum imperitos, hoc argumento turbare, & fallere conentur Pontificij, inspiciamus historiam veræ antiquitatis, de oratione pro mortuis, an inde certò & firmiter demonstretur Pontificium purgatorium. Sumunt autem sine probatione duo ἀτιμήματα. I. Apostolos non tantum exemplo monstrasse, sed doctrina instituisse, imò mādato præcepisse, ut in precibus, quas sacerdotes ad altare in diuinis mysteriis Deo fundit, locum suum habeat, etiam memoria & commendatio mortuorum. II. Veterem Ecclesiam hoc semper præsupposuisse in orationibus pro mortuis, quod animæ defunctorum nondum sunt in requie, sed hæreant in poenis, suppliciis & cruciatibus ignis purgatorij, unde

Lindani triumphus.

Ecclesia orat pro defunctis. Ergo est purgatorium.

Præsupposita Pontificiorum in hac quaestione.

unde orationibus sint liberanda. Quæ duo si vera essent, aliquid sequeretur, non quidem præcisè & certò, quòd in igne aliquo cruciarentur animæ iustorum, sed quod vel in pœnis quibusdam, vel certè in periculo cruciatuum essent. Sed inspiciamus historiam.

Non ignoro fanè Chrysoftomum affirmare, Apostolos tradidisse & præscripsisse, vt in tremèdis mysteriis fiat commemoratio & commendatio defunctorù, sed in tota sacra Canonica Scriptura, non Apostolica tantùm, sed & Prophetica veteris & noui Testamenti, nulla extat, litera, nulla syllaba, nulla dictio, nulla oratio, continens vel doctrinam, vel mandatum, vel promissionem, vel exemplum de oratione pro mortuis. Quia igitur ex Canonica Scriptura ostendi non potest Chrysoftomi illa assertio, eadem facilitate, iuxta Hierony. contemnitur, qua probatur. Aut legat hoc nobis, sicut inquit Augustin. ex Legge, ex Prophetis, ex Psalmis, ex Euangelio, ex Apostolicis literis, & credemus. Vbi verò de re obscurissima disputatur, inquit idem Augustinus, non adiuuantibus diuinarum Scripturarù certis clarisque documentis, cohibere se debet humana præsumptio, nihil faciens in alteram partem declinando. Imò si quis de quacunque re, quæ pertinet ad fidem vitamque nostram, tanquam certum & necessarium dogma, seu articulum fidei annunciarit, præterquam quod in Scripturis legalibus & Euangelicis accepistis, anathema sit, inquit Augustin. contra literas Petiliani. Et non tantùm ex Scripturis Canonicis assertio illa Chrysoftomi probari non potest, sed historię antiquitatis diuersum prorsus ostendunt. Hieronymus enim, Gregorius & alij scribunt, Apostolos ad solam orationem Dominicam celebrasse actionem mysteriorum diuinorum, quod profectò cum assertione illa Chrysoftomi manifestè pugnat. Imò Tertullianus de corona militis expressè dicit: Oblationes pro defunctis non ex Scriptura, sed ex consuetudine fluxisse. Et numerat eas inter tales obseruationes, quales sunt de trina mersione, de prægustatione lactis & mellis, de oblationibus pro natalitiis, de prohibitione geniculationis die Dominica. Et ne virgo coronâ gestet in capite, &c. Et addit: Harum & aliarum disciplinarum, si legem exoptules, Scripturarù nulla legis traditio tibi prætendetur. Sed has obseruationes sine vilius Scripturę instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio dicit vindicari. Item, obseruationem consuetudo roborauit, quæ sine dubio de traditione manauit, Quomodo enim vsurpari quid poterit, si traditum non est? Num verò ab Apostolis illa tradita esse Tertullianus affirmat? Nequaquam, subiungit enim: An non putas omni fidei licere, concipere & constituere quod Deo congruat, disciplinæ conducatur, & saluti proficiat? Item, saluo traditionis respectu, quocunque traditore cõseatur, &c. Cùm igitur oratio & oblatio pro mortuis sit incertæ traditionis consuetudo: Cùmque reliquę obseruationes, inter quas hæc etiam à Tertulliano numeratur, iam dudum obsoletæ interciderint: Nullo ergo modo dogma necessarium aut articulus fidei est, oratio & oblatio pro mortuis, multò verò minùs purgatoriu pro articulo fidei inde potest probari. Effectus enim non potest melior aut præstantior

esse sua causa. Nec statim simpliciter assentiri debemus assertioni Chrysoftomi, qua extra Scripturam, & sine certis documentis, nuda asseratione dicit: Traditionem & præscriptionem Apostolicam esse orationem pro mortuis. Quomodo enim Patres quidam, multas aliquãto vetustiores consuetudines ad Apostolorum traditiones, propter maiorem autoritatē retulerint, quas tamen longè aliam habuisse originem, liquidò probari potest, in prima parte aliquot exemplis ostendimus. Et de oblationibus pro defunctis, manifestè hoc iam ex Tertulliano probauimus. Accedit quod ea, quæ in Apocryphis scriptis sub Apostolorum titulo ac nomine sparsa fuerant, licet in primitiua Ecclesia pro supposititiis & reiectitiis habebantur, postea tamen consuetudine roborata, cœperunt paulatim titulù Apostolicarum traditionum vsurpare. Ita cùm in Apocryphis scriptis Clementis & Abdix, mentio fiat orationis pro mortuis, cœpit Chrysoftomus dicere esse Apostolicam traditionem.

Non ergo ex scripturæ Canonicæ præscripto, mandato, promissione aut exemplo, originem habent orationes pro mortuis, sed ex naturali quadam humanæ mentis affectione. Cura enim sicut pro absentibus ita etiam pro mortuis, qua ipsis bene esse vellemus, naturaliter, atq; vt Augustinus loquitur: Familiarius tangit nostrum affectum, quem habemus circa eos, qui nobis vel sanguine, vel familiaritate, vel religionis cõmunionē iuncti sunt. Ex illa naturali humanæ mentis affectione, apud Gentes orationes & oblationes pro mortuis vbique institutæ, receptæ, & vsurpatæ fuerunt, sicut supra ostendimus. Valde notabile autem hoc est, quod Sancti veteris & noui Testamenti, licet naturalem illam affectionem in morte suorum non minùs sentirent, quàm Gentes, nec minùs ipsis bene cuperent, tamen non ausi fuerunt peculiarem cultum pro mortuis, ex propria intentione instituere, cum verbo & mandato Dei destituerentur. Machabæus hoc ausus fuit, inclinata iam Iudaïsmo religione. Sed sicut in veteri Testamento nullum habuit præcedentem, ita in nouo nullum habuit sequentem, nullum enim vel verbum, vel exemplum orationis aut oblationis pro mortuis extat in nouo Testamento. Cùmque in Scripturis Prophetis exequiæ & memoriæ mortuorù celebratæ legantur, prorsus tamen nulla sit mentio vel orationis, vel oblationis pro mortuis. Dauid orat pro filiolo ex adulterio nato, qui ob pœnam peccati in extremis admodum afflictim habebat, sed postquam audisset ipsum mortuù, statim resurrexit. Et scribitur quidem, ingressus domum Domini adorasse, non autem pro anima defuncti pueri orasse vel sacrificasse. Quod sine dubio pro Absolone interfecto etiam fecisset, si absque verbo Dei ausus fuisset ex sua affectione, quam acerrimam tunc 2. Reg. 18. sentiebat, aliquid vel facere, vel instituere. Tanta tunc erat religio, ne ex humanis affectionibus etiam quod bonum videbatur, facerent, sed vt hoc tantum, quod Dominus præcipiebat, ita facerent, ne quid vel adderent, vel minuerent, Deuteronom. 12.

Post Apostolorum verò tempora, humana illa erga mortuos affectio, sensim cœpit orationes & oblationes pro mortuis, in Ecclesiã inuhere.

An oratio pro mortuis sit traditio Apostolica.

Scriptura sacra nihil docet de orationibus pro mortuis.

Tota historia antiquitatis Chrysoftomi sententiã refellit, de oratione pro mortuis.

Oratio & oblatio pro mortuis, est incertæ traditionis consuetudo.

Oratio pro mortuis ex Apocryphis.

Orationes pro mortuis Gentes?

Sancti in scriptura nullum cultum pro mortuis instituerunt.

Machabæus.

Dauid orat pro puero decumbente nõ pro mortuo.

Orationes & oblationes pro mortuis post.

*Apostolorum
tempora ce-
perunt.*

Cum enim apud Gentes, magna pars religionis orationibus & oblationibus pro mortuis seruiret, & plerique Christiani ex Paganismo conuersi essent, ac existimarent Christianam religionem non debere facere homines inhumaniores: illam consuetudinem orandi pro mortuis, sicut alias multas aliquantulum ut videbatur ad pietatem Christianam inflexas, retinuerunt. Cumque Scripturæ testimoniis & exemplis destituerentur, apocrypha quædam, sicut dixi, sparsa sunt, ut non omnino à pietate videretur abhorrere. Ita cum Ethnici statis & præcipue anniuersariis diebus, quando pro mortuis suis orabatur, etiam epulas ad sepulchra deferrent, unde mortuis solatium quoddam accedere putabant, irrepsit hoc etiam in Ecclesiam, sicut Augustinus conqueritur Epistola 64. Alibi verò hoc ita reformatum erat, ut in memoriam defunctorum, amici cibos, & alia donaria in usum pauperum & Clericorum conferreret, sicut colligitur ex Origene libro tertio in Iob, & qui conferebant, vocabantur Sportulantes. Cyprianus lib. 1. Epistolar. 9. Postea tales Sportularum collationes fieri cœperunt, quando celebrabatur Eucharistia, & vocabantur oblationes. Memoriam defunctorum, & orationes pro mortuis, primum priuatim fiebant ab amicis, sicut apud Tertullianum maritus pro vxore mortua orat, postea aduocari cœperunt sacerdotes, apud Originem lib. 3. in Iob. Apud Dionysium oratio pro defuncto fit in templo, sed sine celebratione Eucharistia. Tandem sicut omnes orationes Ecclesiæ, in actione mysteriorum Eucharistia recitari solebant, ita etiam commemoratio & commendatio defunctorum, in actionem illam translata est. Ita ut in traditione humana & in consuetudine adiphora, variæ & dissimiles fuerint obseruationes.

*Epula ad mor-
tuorum sepul-
chra.*

*Sportula.
Sportulantes.
Sportula in
Eucharistia
celebratione
oblationes.
Memoria de-
functorum &
orationes pro
mortuis pri-
uata.
Sacerdotes ad-
hibiti.
Translata o-
rationes pro
mortuis in
templum in ac-
tione Euchar-
istia.*

*Oratio pro
mortuis est
humana tan-
tum traditio.*

Ex his omnibus planum & manifestum est, orationem pro mortuis non esse Apostolicam doctrinam, aut diuinum mandatum seu articulum fidei aut dogma necessarium, sed humanam traditionem, libera & varia consuetudine introductam, & tandem superstitiosa obseruatione roboratam. Ergo nec inde Purgatorio Pontificiorum igni sine Scriptura Canonica, autoritas potest conciliari, multò minus verò expiationes, propiciationes & satisfactiones per viuorum opera, pro peccatis defunctorum, contra Scripturam, inde confirmari possunt.

*Orationes ve-
terum pro
mortuis non
patrocinantur
purgatorio.
Falsum axio-
ma Pontificio-
rum.
Oblationes &
orationes pro
mortuis le-
gantur primò
apud Teriml.*

Ostendemus iam porrò, ne veterum quidem orationes pro mortuis, Pontificio purgatorio patrocinari. Falsum enim est quod dicunt, primitiuam Ecclesiam in orationibus pro mortuis semper præsupposuisse purgatorium, & quæ ipsi annexa esse volunt. Tertullianus primus est (non enim de Apocryphis iam loquimur) apud quem consuetudo oblationum & orationum pro mortuis legitur, qui tamen disertè & expressè asserit eam non esse ex Scriptura. Igitur in libro de Monogamina inquit: Enimvero vxor pro anima scilicet defuncti mariti orat, & refrigerium interim adpostulat ei, & in prima resurrectione consortium, & offert annuis diebus dormitionis eius. Et de exhortatione castitatis ad maritum defunctæ vxoris inquit: Et iam repete apud Deum pro cuius Spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ante Deum, cum tot vxoribus, quot illa oratione commemoras, & of-

feres pro duabus, & commemorabis illas duas. His verbis Tertullianus ostendit, duo fuisse in illa consuetudine sine Scriptura recepta, oblationes scilicet & orationes pro mortuis. Ne verò intelligatur de sacrificio aliquo propiciatorio, per sacerdotem pro mortuis oblato, Tertullianus dicit, vxorem offerre, & maritum reddere annuas oblationes. Et sportulas, quæ in usum pauperum conferebantur, vocari & intelligi oblationes, manifestissimum est ex Canone Carthageniensi & Vafensi, 13. q. 1. Qui oblationes defunctorum, aut negant Ecclesiis, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores, qui pauperes consolatione alimoniarum & necessaria sustentatione fraudant, habendi sunt. Sed quia in oratione pro mortuis dicitur animabus refrigerium postulatum, Pontificij inferunt inde insinuari, animas defunctorum nondum esse in loco refrigerij, sed in medio aliquo loco penarum. Tertullianus verò lib. 4. contra Marcionem. & de anima, tantum duo constituit loca excipiendis animabus exutis corporibus, vbi sequestratur in diem Domini, inferos scilicet, pro reprobis, pro animabus verò iustorum sinum Abraham, quem dicit esse regionem non cœlestem, sublimiorem tamen Inferis, præstantem refrigerium animabus iustorum, donec consummatio rerum, resurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat. Et hoc tantum dicit Tertullianus, pios animabus defunctorum suorum optasse hoc refrigerium, ac in resurrectione consortium. Non autem dicit animas iustorum in loco aliquo penarum esse. Imò contra Marcionem disertè dicit, eas interim à morte scilicet vsque ad resurrectionem, esse in refrigerio. Sed excipiunt Pontificij, absurdum & ineptum esse, postulare eis refrigerium, si iam in refrigerio essent. Audiamus igitur Dionysium, quætionem illam de oratione pro mortuis ex professo explicantem, quo sensu vetus Ecclesia pro mortuis orarit, & quomodo orationes illas intellexerit. In hoc enim cardine tota hæc controuersia vertitur.

Dionysius igitur, qui Areopagita titulum præfert, describens ritus sui temporis circa eos qui obdormierunt, cap. 7. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, non statas aut anniuersarias habet orationes pro mortuis, non addit Sportularum oblationes, nec mysteriorum celebrationem, sed tantum funus in templum deferat, atque ibi ante sepulturam Pontifex semel sacram precem super mortuum facit, deinde osculo salutatur defunctum, quod reliqui præsentibus etiam faciunt, postea infundit defuncto oleum, & corpus recondit. Hæc ipsa rituum dissimilitudo & varietas ostendit, non esse diuinas sanctiones, sed humanas, liberas & indifferentes consuetudines seu obseruationes. Dionysius enim oblationes, anniuersarias, & mysteriorum celebrationem, quæ alibi in exequiis vsitata fuerunt, non habet. Osculum verò defuncti, ut cuius etiam cadaver suauiter & preciosum debeat esse, & infusionem olei habet, quæ alibi non fuerunt vsitata, quæque ne hodie quidem Pontificij obseruant. Orationis verò supra mortuum dicit, hoc fuisse argumentum, ut diuina bonitas cuncta dimittat peccata, quæ per humanam infirmitatem defunctus admiserit, eumque collocet in luce & regione viuentium, in sinum Abraham, Isaac & Iacob, in locum unde au-

*Consequentiã
Papistica præ
assertione pur-
gatorij, ex
Tertulliano.
Refutatio Põ-
isiciorum ex
Tertul.*

*Tertull. non
dicit animas
pro quib. ora-
tur, esse in lo-
co penarum.*

*Quo sensu verò
Ecclesia pro
mortuis ora-
rit.*

*Dionysius.
Ritus circa
mortuos apud
Dionys.*

*Osculum de-
functorum.
Oleum.*

*Argumentum
orationis su-
pra mortuum.*

fugit

fugit dolor, tristitia & gemitus. Ex tali vero orationis forma, Pontificii statim solent inferre, animas defunctorum nondum esse in regione viventium, sed in loco tenebrarum, doloris, tristitiæ & gemitus, unde orationibus sint liberandæ, hoc est, in purgatorio. Sed consequentiam hanc Dionysius diserte negat, & expresse contrarium astruit. Non enim tres, sed duos tantum ordines ponit eorum, qui ex hac vita discedunt, ἱερῶν καὶ ἀνιερωῶν, Sanctorum & Prophanorum. Prophanos autem vocat illos, qui vel inquinamenti Ethnicis pleni, vel qui Sacramentis quidem initiati, ad damnabiles vero concupiscentias transfugerunt. Eos, quando ad finem huius vitæ perueniunt, dicit miserabiliter & inuitos ex hac vita auelli, nulla bona spe subnixos propter pessimam vitam. Alterum vero ordinem morientium vocat Sactorum, qui pie quidem vixerunt, sed tamen pro remissione peccatorum orant. Eos dicit cum firma & cæta spe in diuina (εὐφροσύνη) lætitiæ & hilaritate tendere ad mortis terminum, tanquam ad finem certaminum, cum animæ ibi non possint ad deteriora conuerti & corpora beatam expectent resurrectionem. Propter hæc inquit, obdormitio Sanctorum est in lætitiæ & spe immobili, quia peruenerunt ad finem certaminum. Item norunt se totos percepturos (χαρισθεὶς ἡ λήξιν) Christiformem requiem, quando ad terminum huius vitæ peruenerunt. Qui igitur, inquit, ad terminum suorum certaminum venit, læta impletur lætitiæ, magna que cum (ἡδονῆ) iucunditate seu voluptate viam felicissimæ regenerationis ingreditur. Propinqui vero defuncti (μακάριεῖσι) beatum illum prædicant, sicut & est, vt qui ad optatum victoriæ finem peruenerit (πρὸς τὸ νικηθῆεν ὑπὸ τῆς ἀφικόμενον τέλος) & auctori victoriæ persolunt hymnos gratulatorios (χαρισθεῖς) seipsos quoque orantes ad similem requiem admitti. Sumentes autem defunctum ad Pontificem ducunt, quasi sacris donandum coronis. Is coactæ sacro cœtu peragit precem (εὐχαριστήριον) completentem gratiarum actionem pro illa Dei pietate, qua destructam est, iniustum & tyrannicum illud contra nos omnes imperium, quodque non tantum, qui ad summum sanctitatis peruenerunt, sed & alij, qui summos illos gradus attingere non potuerunt ad remunerationem admittantur. Deinde ministri promissiones Scripturæ de resurrectione recitant, & Psalmos idem sonantes decantant. Et rationem huius reddit Dionysius, quia inquit, promissionum illarum Læctiones & Cantiones, declarant & explicant beatam illam requiem, in quam æternaliter subuehuntur, qui diuinum exitum consequuti sunt. Illæ ipsæ vero Læctiones & Cantiones (ἀποδεικτικὰ) defunctum quasi amplectuntur & suscipiunt. Viuentibus vero sunt exhortationes ad consimilem exitum. Postea præcipuus ex ministris, dimissis Catechumenis, Sanctos iam defunctos (ἀνακηρύττει) honorifica celebratione celebrat. Et cum illis etiam nuper defunctum, pari prædicatione prosequitur. Et hanc commemoratiõnem dicit ideo fieri, vt audientes Sanctorum præmia ex Scripturis celebrata, & pie defunctum iam vere consortem seu socium existere (κλιμακὸν ἕντα) Sanctorum, qui à seculo sunt, in ipsis etiam simile desiderium excitetur, cum audiant

quam vere beatum sit in Christo mori.

Hæc prolixius aliquanto recitavi ex Dionysio, vt ostenderem falsum esse, quod Pontificij dicunt, veterum orationes pro mortuis præsupposuisse purgatorium, hoc est, quod defunctorum animæ, pro quibus oratur, non sint in requie, sed in doloribus, gemitibus & cruciatibus ignis. Dionysius enim prolixa oratione & multis verbis diuersum & contrarium præsupponit, sicut manifestum est Consequentiam etiam illam (si defunctis postulatur refrigerium, ergo nondum habent illud, sed sunt in cruciatibus) Dionysius ex professo refutat, ponit enim quæstionem: quare præsul orer, vt mortuus dimissis peccatis, collocetur in luce & in regione viuorum? Si enim illic quisque recipiet remunerationem, prout in hac vita gessit, defunctus vero suas operationes huius vitæ iam consummauit, quomodo per præsulis orationem ad aliam requiem, quam vita ipsius dignum est, transferetur? Et hic sane locus fuisset dicendi de pœnis purgatorij, de suffragiis & satisfactionibus viuorum pro mortuis, si tunc temporis Ecclesia orans pro mortuis, talia agnouisset. Sed Dionysius nihil horum dicit, tantum in genere responderet, iustorum preces efficaces esse in hac vita, necdum post mortem pro iis tantum, qui digni sunt, & hoc exemplis de viuis ostendit. Orationis vero super mortuum dicit, hunc esse sensum: Pontifex didicit ex Scripturis diuinitus traditis, quod illis, qui pie vixerunt, reddetur secundum opera ipsorum, sed tamen ita, vt diuina bonitas per summam clementiam (παροράσις) non respiciat, recorderetur aut imputet maculas, quæ ipsis ex humana infirmitate adhæserunt. Nemo enim mundus est à sorde, inquit Scriptura. Et notabit Lector, Dionysium propter maculas peccati non conicere defunctum in ignem purgatorij, sicut Pontificij faciunt, vt ibi cruciatibus ignis excoquantur, sed dicit φιλανθρωπίαν Dei ex clementia eas condonare. Pergit autem querere, si hæc certo promissa sunt, & dantur defunctis in Christo, quare Pontifex petit ea pro mortuis? Tres autem assignat rationes. I. Pontifex ad imitationem bonitatis Dei aliorum dona, tanquam proprias expetit gratias. II. Quia ipse Pontifex nouit ea, quæ diuinitus promissa sunt, certo donari pie defunctis, vt igitur præsentibus etiam manifestet & confirmet, quæ bona certo donanda sunt pie obdormientibus, ideo ea in forma precatationis proponit, quia quæ iuxta Deum petit, Pontifex consequitur. Et in illa sua oratione nihil aliud petit, quam quæ in Scripturis expresse promissa sunt, donanda pie defunctis. Hæc enim est sententia verborum Dionysij. III. Pontifex à Christo accepit potestatem clauium. (Quorum remiseritis seu retinueritis, &c. Quodcunque ligaueris aut solueris super terram, &c.) vt iudicium Dei iuxta verbum ipsius patefaciat & manifestet, Deo charos admittendo, & impios excludendo. Ita ergo in Christo defunctos (διαπορθμωτικῶς) quasi transmittens & transuehens eos in æternam requiem, per abolutionem forma precatationis, eos in lucem & regionem viuorum transferri ostendit. Et ostendunt veteres historia, primum vsum orationis pro mortuis fuisse in ipsis sepulturis. Fidelium enim funera

Dionysius refutat Pontificiorum argumenta.

Dionysius non mittit animas ob maculas peccati in purgatorium.

Causa Dionysij cur pro mortuis orer Pontifex. Prima. Secunda.

Tertia.

Dionysius duos ordines defunctorum constituit. Prophanos quomodo moriantur.

Sacri quomodo moriantur.

Exequia Dionysij.

faustis comprecationibus ad sepulturam deducebantur, sicut ostendit Chrysostomus in sermone quodam super verba 1. Thes. 4. Deinde in ipsa sepultura corpora fidelium defunctorum oratione presbyteri componebantur, sicut testatur Tertullianus libro de anima. Deinde cum in cœmiteriis cœuentus Ecclesiasticos celebraret, preces illæ etiam post sepulturam repeti cœperunt, facta inde sunt anniuersaria. Et tandem Purgatorium inde extractum est.

Hæc descriptio Dionysij manifeste & quasi ex professo refutat ea, quæ Pontificij ex ritu orationis veterum pro mortuis, ad stabiliendum purgatorium suum, exculpere molitur. Et ostendit qua de causa ac quo sensu veteres pro mortuis orarint, non quod senserint eos esse in cruciatibus, vnde nostris suffragiis sint redimendi: Sed propter superstitum institutionem, exhortationem & consolationem. Licet enim credant & sciant, credentes defunctos iam venisse ad requiem: Tamē quia in spectaculo mortis magna est animi humani consternatio & perturbatio, cum quidem cōspectus iræ diuinæ, & terror diuini iudicij, propius tunc nos attingat, afficiat & quasi ob oculos versetur. Confugimus igitur ad Deum, quærentes cōsolationem in verbo & sacramentis, legendo, audiendo, meditādo, orando, credendo & sperando. Vilitatum autem est in grauioribus tentationibus, orationem sapius repetere, etiam quādo ex verbo scimus priorem orationem exauditam esse, & ipsa talis oratio est fidei confirmatio, sicut in Psalmis talia exempla multa sunt. Et Iob inquit cap. 9. Cum inuocantem me exaudierit, non tamen credo quod audierit vocem meam. Ita si quis post acceptā absolutionem & cōmunionem in graui casu mox rursus oret pro remissione peccatorū: Non ideo dubitat de veritate absolutionis & cōmunionis, sed conscientie infirmitas querit ita cōfirmationem, & ipsa talis oratio, quia nititur promissione absolutionis & cōmunionis, cōfirmat fidem acceptæ reconciliationis. Ita Christiani lugētes sciunt quidem promissiones diuinas de iis, qui in Domino moriuntur, quando tamen in perturbationibus cōsiderant infirmitates suorum, & quia coram non cernunt requiem & felicitatem eorū, confugiunt ad Deum, & precibus eos misericordie Dei commendant, vt ita ipsis orationibus se confirment, de beatitudine defunctorum. Nituntur enim orationes tales, quales vetustissimæ fuerunt, illis promissionibus: Qui credit in me, non videbit mortem, transibit per mortem in vitam, etiam si morietur viuet: Beati mortui, qui in Domino moriuntur, &c.

Fundamenta orationū veterum pro defunctis.

Quid fuerint quoque, consilio facta sint orationes veterum pro defunctis.

Fuerunt itaq; veterum orationes pro mortuis, non satisfactiones pro peccatis mortuorum, nō redemptiones animarum ex igne purgatorij: Sed publicæ celebrationes, applicationes & oblationes promissionum diuinarum, de remissione peccatorū, requie & salute pie defunctorum, fuerunt institutiones & exhortationes viuentium, fuerunt consolationes & confirmationes lugentium, & fuerunt declarationes piarum affectionum animi erga defunctos. Bestialis enim ἀπαιτία esset, nihil affici morte suorum memoriam amicorum defunctorum statim ex animo delere, nō ipsis bene velle & bene precari, quæ tamen omnia iuxta verbum moderanda

sunt. Hoc modo & in hanc sententiam etiam Apologia confessionis dicit: Nos non prohibere orationem pro mortuis. Et Lutherus in confessione sua dicit: Pro mortuis, quia Scriptura nihil meminit, existimo non esse peccatum, ex libera deuotione, ita vel similiter orare, vt Deus anime, si in tali statu sit, misereatur, vtq; satis sit, quādo semel vel bis illud factum fuerit. Vigiliæ enim, Missæ pro animabus, & anniuersaria in Papatu profus inutilia sunt, imo sunt Diaboli nundnationes. Ita Lutherus. Sed tamen quorsum tandem euadant illa, quæ sine Scriptura licet nō mala pietatis specie, instituūtur & suscipiuntur, hæc ipsa purgatorij historia ostendit.

Hæc igitur historica obseruatio de oratione pro mortuis, adimit Pontificiis illum purgatorij prætextum, cui plurimum nūc tribuunt, & quo solo sperant, se mundum rursus fascinare posse. Nec vero solius Dionysij Hierarchia, memorias mortuorum ita interpretatur, sed & reliqui antiquiores ita senserūt. Origenes quidem Platonicum purgatorium alias strenue vrget. Sed ritum Ecclesiarū suarum describens, lib. 3. in Iob, inquit: Non celebramus diem natiuitatis, cum sit dolorum & tentationū introitus, sed diē mortis, vt pote omnium dolorum depositionem, & omnium tentationum effugationem, quia non moriuntur, sed perpetuo viuunt, hi qui mori videntur. Propterea & memorias Sanctorum facimus, & parentum nostrorum vel amicorum in fide morientium, deuote memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quam etiam nobis piā consummationem in fide postulantes. Item, Celebramus memoriam defunctorū, religiosos cum sacerdotibus conuocantes, fideles vna cum clero inuitantes, adhæc egenos & pauperes, pupillos & viduas saturates, vt fiat festiuitas nostra in memoriā requie defunctorum animabus, quarum memoriam celebramus. Audis Christianos celebrasse diem mortis suorum, eleemosynis, & orationibus, nō quod existimarent eos doloribus cruciari, vnde exequiis illis liberandi essent, sed quia fuerunt gratulationes in memoriam, quod defunctorum animæ, per mortem ad omnium dolorum depositionem, ad omnium tentationum effugationem, & ad requiem peruenissent. Quæ certe cum Pontificiorum purgatorio ex diametro pugnant.

Cyprianus quidem nouo & peculiari modo loquitur: Offerre pro defunctis & sacrificium pro dormitione eorum celebrare, lib. 1. Epist. 9. Quas phrasas interpretantur Pontificij de sacrificio propiciatorio, & de suffragiis pro expiandis & redimendis animabus defunctorum. Sed ipse Cyprianus, & quidem in eadem Epistola interpretatur se, quod oblationes pro dormitione alicuius, intelligat sportularum contributiones: sacrificiū vero pro dormitione celebrare, interpretatur ibidem, nomen alicuius in prece sacerdotum, quæ in administratione Eucharistiæ fiebat, nominare: Et pro aliquo sacrificare, ibidem aperte ita interpretatur: Deprecationem aliquā nomine eius in Ecclesia frequentare, quod lib. 3. Epistola 14. vocat nomen alicuius offerre. Quod autem non senserit Cyprianus, illa quæ appellabat sacrificia pro defunctis, esse propiciationes aut satisfactiones pro peccatis ipsorum, ex ipsius explicationibus constat. Nam lib. 3. Epistola 6.

Apologia confessionis Augustina, de oratione pro mortuis.

Origenes de memoria mortuorum.

Cypriano sacrificium oblatio pro defunctis quid sit.

Oblatio

Oblationes & sacrificia pro Martyribus.
 Oblationes & sacrificia pro Martyribus celebrari dicuntur, quando commemorationes certaminum, & memoria gloriosæ mortis ipsorum celebratur. Cum tamen, sicut Augustinus inquit: Iniuriam martyri faciat, qui pro martyre orat. Ita lib. 4. Epistola 5. de martyribus ex Celerini famulo loquens: Quos certe non in cruciatibus ignis, sed in gloria cœlesti esse sentit, dicit: Sacrificia pro eis semper, vt meministis offerimus, quoties martyrum passiones & dies anniuersaria cōmemoratione celebramus. Atque ideo lib. 1. Epistola 9. non vult pro eius dormitione offerri, & nomen eius ad altare nominari, qui presbyterum actorem seu tutorem nominauerat, non quod sentiret ipsum ideo in æternum damnatum esse, sed ne Ecclesiastica celebratione post mortem honoraretur, qui contra statutum posituum, presbyterum tutorem fecerat.

Oblationes & sacrificia pro Sinu.
 Ita etiam pro viuis dicit Cyprianus offerri seu sacrificari, quando in precibus, quæ fiebant in administratione Eucharistiæ, gratiæ pro iis agebatur, vel aliquid orabatur, vt lib. 3. Epistola 1. ad Lucium ab exilio cum suis reuersum, inquit: Hic quoque in sacrificiis atque in orationibus nostris, non cessamus Deo gratias agere, & orare pariter ac petere, vt qui perfectus est & perficiens custodiat & perficiat in vobis cōfessionis vestræ coronam. Ita lib. 3. Epistola 15. & 16. pro lapsis offerre, est pro ipsis Eucharistiam parare, & preces pro ipsis facere. Cyprianum vero nullos, qui in Domino moriuntur, cruciatibus purgatorij terrere, sed promissione beatitudinis magnis asseuerationibus consolari, pulcherrimus eius sermo de mortalitate satis ostendit. Eius est, inquit, mortem timere, qui ad Christum nolit ire. Eius est ad Christum nolle ire, qui se non credit cum Christo incipere regnare. Simeon dicens: Nunc dimittis seruum tuum in pace, contestatur tunc esse seruis Dei pacem, tunc liberam & tranquillam quietem, quando de istis mundi turbinibus extracti, sedis & securitatis æternæ portum petimus. Ad refrigerium iusti vocatur, ad supplicium rapiuntur iniusti, &c.

Nazianzen. quomodo orat pro mortuis.
 Ita Nazianzenus oration. 7. præsupponit: Casarium iam adeptum esse salutem, & animam ipsius dignum fructificare honorem. Postea vero addit: Nunc o vitæ & mortis Domine Casarium suscipe, hunc enim tuis *συχαριζόμεν λόγους* *ὁς τὸ πᾶν φέρεται;* tuis rationibus, quibus totum vniuersum gubernas committimus, cui & nostras animas, & qui ante nos discesserunt *παρρησιασθέντες*, tanquam depositum commendantes.

Ambrosius orat pro iis, quos credit iam æternam vitam beatitudinem frui.
 Ambrosius de obitu Valentini: Non dubitemus de meritis Valentini, credamus vel Angelorum testimoniis, quod deterfa labe peccati ablutus ascendit, quam sua fides lauit, credamus, quia ascendit à deserto, hoc est, arido & inculto loco, ad illas florentes delectationes, vbi cum fratre cōiunctus, æternæ vitæ fruitur voluptate. Beati ambo, si quid meæ orationes valent, nulla inhonoratos vos me tibi asibit oratio. Omnibus vos oblationibus frequentabo. Quis prohibebit vos innoxios nominare? &c. Vides Ambrosium præsupponere, illos iam deterfa labe peccati ablutos esse, & æternæ vitæ delectationibus iam frui, pro quibus oraturum se dicit. Et certe in Valentiano, qui Catechumenus

mortuus erat, propter quod etiâ sorores ipsius superstites valde cōtristabantur, locum habuisset id, quod Pontificij de purgatorio dicunt, per orationes & oblationes posse animas post mortem, à peccatis & à pœnis solui. Sed Ambrosius dicit: Ipsum iam peccatis ablutum & innoxium, æternæ vitæ frui voluptate. Quare vero oraturus est pro ipso, si hæc iam habet? Respondet, Dolor plerumque solatium est dolentis. Item, Est in piis affectibus quædam etiam fletu voluptas. Et in cōmemoratione eius, quæ amissum dolemus, acquiescimus. Item, Non transibo vos inhonoratos, &c. Ita de obitu Theodosij, ex fide ipsius probat, animam eius iam conuersam in requiem. Et addit: Absolutus dubio iam certamine, fruitur nunc Theodosius luce perpetua, tranquillitate diuturna, &c. His præsuppositis addit orationem: Da requiem seruo tuo Theodosio, illo conuertatur anima eius, vbi mortis aculeum sentire non possit. Dilexi virum, & ideo prosequar eum, vsque ad regionem viuorum, nec deseram, donec fletu & precibus inducam virum, quo sua merita eum vocant, in montem Domini, vbi per cœcis vita, nullus gemitus, nullus dolor, &c. Vides Ambrosium quidem orare pro Theodosio, sed præsupponere, quod anima iam sit conuersa in requiem, ac fruatur iam luce & tranquillitate. Statim etiâ post orationem illam dicit: Manet ergo in lumine Theodosius, & sanctorum cœtibus gloriatur, illic cōplectitur Gratianum, & in regno Christi cōsiderat templum eius, &c. Ita lib. 2. epist. 8. de Faustini sorore: Meliorem illic vitam exigit, itaque non tam deplorandam, quam prosequendâ orationibus reor, nec mœstificandâ lachrymis, sed magis oblationibus animam eius Dominus cōmendandam arbitror. Audi vero quid subiungat: Securus inquit de meritis eius & fide. Item, Quid est, quod ingemiscamus pro mortuis, cum iam reconciliatio mundi facta sit apud patrem per Christum, quoniam ergo beneficia Christi tenemus, cum apud omnes, tum apud te, legatione pro Christo fungimur, vt nouetur irreuocabilia esse dona Dei, vt credas quod semper credidisti, nec nouo mœrore tuâ in dubium adducas sententiam, quia ideo peccatum factus est Dominus, vt tolleretur peccatum mundi, vt essemus in illo omnes iustitia Dei, non iam culpæ obnoxij, sed iustitiæ remuneratione securi. Hæc Ambrosius orans pro mortuis. Ex hisce testimoniis manifestissimum est, falsum esse quod Pontificij fingunt, præsuppositum veterum in orationibus pro mortuis hoc fuisse, quod crediderint, piorum animas post mortem esse in peccatis, & in cruciatibus ignis, vnde nostris orationibus & suffragiis, tanquam expiationibus & satisfactionibus, sint liberandæ & redimendæ. Imo hoc præsupponunt veteres, piorum animas pro quibus orant, deterfa labe peccati, iam esse ablutas & innoxias, esse saluas, in luce perpetua: Frui illic vitam meliorem, imo tranquillitatem & delectationem vitæ æternæ, in sanctorum cœtibus, &c. Causas igitur orationum habuerunt, non quas Pontificij fingunt, sed quas ex Dionysio iam explicauimus.

Sed transeamus ad Epiphanium, Quod enim non omnes in vulgo tunc vsitatas orationes pro mortuis, ea fidei analogia intellexerint, sicut de vetustissimis iam dictum est, inde colligitur, quod Acrius quidam certamen hac de re mouit.

Cur igitur pro beatoribus Ambrosius.

De obitu Theodosij.

De sorore Faustini.

Concedit signum Pontificij, de purgatorio extructum, ex vet. oratione pro mortuis.

Epiphanius scilicet de orationibus pro mortuis. Acrij certamen.

monit. Disputationem autem Aerij Epiphanius ita describit, (τινι τῷ λόγῳ) qua ratione aut qua de causa, siue quo sensu, post mortem nomina defunctorum recitantur. Oret enim viuis aut œconomiam fecerit (quod vel de administratione Eucharistiæ, vel erogatione eleemosynarum intelligi potest) sed quid mortuus inde vtilitatis conlequetur? Si autem (ὅλως) omnino oratio eorum qui hinc sunt, eos qui (ἐκείσε) illic sunt, (ἀνησε) iuuare potuerit, nemo ergo (ἐνσεβείτω) religionē colat, nemo benefaciat, sed amicos aliquos paret, quocunq; velit modo, vel pecunia conducens, vel in morte amicos rogans, vt orent pro eo, ne quid ibi patiat, nec quæ ab eo admissa sunt (ἀνηέσω) vel grauiissima scelera (ἐκζητηθῆ) exquirantur. Hæc verba ostendunt Aerium disputasse, τινι λόγῳ, quo sensu, qua ratione, & ob quam causam, defunctorum nomina in precibus recitarentur. Videntur autem illa Aerij verba, quæ tanquam responsio sunt ad propositam quæstionem, ex vulgi tunc opinionibus & sermonibus sumpta esse, quando dicit: Preces eorum, qui in hac vita sunt, omnino iuuare eos, qui ex hac vita exceſſerunt. Inde vero Aerius texuit consequentiam falsæ & impiæ sententiæ. Nempe, si quis in hac vita, nec religionem ad Deam, nec charitatem ad homines coleret (hoc enim volunt duo verba εὐσεβεῖν καὶ ἀγαθοποιεῖν) sed vel grauiissima scelera committeret, & sine remissione eorū in impœnitentia hinc discederet, modo post mortē precatores aliquos haberet, non daturum ipsum in altera vita scelerum pœnas. Et hanc impiam sententiam, Aerius falso & per calumniam Ecclesiæ tribuit, quasi ipsa hoc sensu, hac ratione, & hac de causa, pro mortuis oraret. Vide autem, quid Epiphanius respondeat: Quod si fuisset in Pontificiorum sententia, respondendū ipsi fuisset orationibus illis omnino iuuari mortuos, & quidem ita. I. Vt peccata quæ ipsis in hac vita remissa non essent, postea in altero seculo, propter orationes & suffragia viuorum, tanquam expiationes & propitiationes, remitterentur. II. Vt satisfactiones pro peccatis debitæ, sed in hac vita nō plene expensæ post mortem à viuentibus loco & nomine defunctorum exoluerentur. III. Vt à pœnis & cruciatibus ignis purgatorij, per orationes & suffragia viuentium liberarentur & redimerentur. Sed horum nihil Epiphanius respōdet, imò in responsione hoc præsupponit, eos defunctos, pro quibus superstites orant, esse & viuere apud Dominum, quod sumptum est ex 2. Cor. 5. Phil. 1. Luc. 23. Quæ hypothesis responsionis, simpliciter totum purgatorium Pontificium euertit, ἵνα ἀπελευθέρωσιν εἰς αὐτὸν καὶ ζῶσι παρὰ τοῦ θεοῦ, quod scilicet illi, qui ex hac vita excedunt, sint & viuant apud Dominum nostrum Iesum Christum.

Aerij consequentia.

Responsio Epiphaniij.

Axioma Epiphaniij.

Causa orandi pro mortuis tempore Epiphaniij.

Hoc vero cum Epiphanius tanquam certum, firmum & fixum principium fidei præsupponit, audi quas alias rationes & causas recitet, quo sensu Ecclesia tunc pro mortuis orarit. Sumpserat Aerius ex vulgi sermonibus & opinionibus: Quia orationes illæ pro mortuis fiunt, ergo omnino etiam ipsis mortuis p̄sunt. Epiphanius vero primo recitat causas & rationes illarum orationum, quæ ad viuentes seu superstites pertinent, quod iterum diligēter notetur. Ita enim, inquit, reddens primam causam commemora-

tionis nominum defunctorum, τὴν εἰρητὸς πρῆμαίτερον, τὴν τῶν κρείωτερον καὶ θαυμασιώτερον, παρῶντος πεισθεῖν, &c. Quid potest vtilius, quid opportunius, quid admirabilius esse, quam quod superstites, qui in præſenti vita sunt, in ea fide & sententia sint, vt credant eos, qui hinc migrant, viuere, & non profus interisse seu deſuisse (ἀνυπαρξίαν enim vocat) sed esse & viuere apud Dominum. Primam igitur vtilitatem commemorationis defunctorum hanc ponit, quod superstites illo ritu commoneſcant, de hoc articulo fidei, quod qui in fide moriantur, non intereant, sed quando hinc discedunt, quod sint & viuant apud Dominum, ideo scilicet in precibus, quæ fiebant in administratione cœnæ Domini, ipsorum facta fuit mentio, vt esset talis publica confessio apud superstites.

Prima causa.

Secundam causam & rationem hanc tradit, ὅπως ἀντὶ τὸ σεμνότερον κήρυγμα διηγήσεται (quibus verbis respicit ad τὸ ἀνακηρύττειν Dionysij) ὡς ἐλπίς ὅτιν ὑπὲρ ἀδελφῶν ἐυχόμενοι ὡς ἐν ἀποδημίᾳ τυγχάνοντων, vt præclarum illud encomium enarretur, quod illi, qui pro fratribus orant, spem habent, tanquā de illis, qui in peregrinatione sunt. Hoc loco Lindanus ἀποδημίαν interpretatur lugendam peregrinationem à Domino, transigendam in carcere purgatorij, vbi in igne luendum sit supplicium pro peccatis, vnde orationibus viuorū sint liberandi, sed scelerata est hæc p̄uersio & verbi & sensus. Paulus enim 2. Cor. 5. diserte dicit, Pios quando à corpore peregrinantur, præſentes adesse apud Dominum. Et idem diuerso respectu esse ἐκδημίαν & ἐνδημίαν. Quando enim in hac vita sumus, tunc domi sumus in corpore, sed peregre absumus à Domino, quādo vero tabernaculum corporis deponimus, tunc peregrinamur à corpore, sed præſentes sumus apud Dominum. Ita etiam Phil. 1. dicit: Mortem esse ἀπολύσιν, discessionem scilicet ex hoc mundo sed ita, vt pie mortuus, eo ipso quo ab hoc mūdo discedit, sit cum Christo. Epiphanius igitur pie mortuos dicit esse ἐν ἀποδημίᾳ, in peregrinatione. Sed cuius respectu? Paulus dicit: Respectu carnis & mundi huius, mortem esse peregrinationem, sed illa peregrinatione pie defunctos domi & præſentes esse apud Dominum seu cum Christo. Lindanus vero aduersa fronte contradicit Paulo, pios scilicet quando per mortem tabernaculum huius corporis deponunt, tunc demum incidere in lugendam peregrinationem à Domino, in quo exilio, inquam in carcere, cruciatibus ignis excarnificentur, vt lamentabiliter eiulare cogantur: Misere mihi mei saltem vos amici mei. Quod si Paulum Lindanus pro sui ordinis professione nō curaret, at saltem cum Patribus plus tribuat, cogitasset, quod Nazianzenus, vbi Cæsarium mortuum vocat p̄imitias ἀποδημίαις peregrinationis suæ, addat explicationem, quod intelligat peregrinationem non à Domino, sed ab hoc mundo ad Dominum. Dicit enim animas illorum peregrinantium deponi apud Dominum, & à Domino suscipi, imo saltem inspexisset, quod in proximo versu Epiphanius præcepit, Ecclesiā quando orat pro mortuis, credere eos, qui pie ex hac vita excedunt, esse & viuere apud Dominum. Et tanta tamen Episcopi impudentia est, quod in proximo sequenti versu audet fingere, pie defunctorum lugendam peregrinationem.

Lindani contraria deprauatio Epiphaniij.

ἀποδημία mortuorum iuxta Epiphanium.

Linda. Paulo contrarius.

Nazian. de ἀποδημίᾳ pie mortuorum.

Lindani impudentia tali digna Episcopi.

Peregrinationem à Domino in suppliciis & cruciatibus. Vere Pontificia est hæc falsatio, digna non mitra tantum, sed si fœtura gregem suppleverit, galero etiam. Sed talis est Pontificij purgatorij veritas, vt nisi mendaciis defendi non possit. Sensus autem Epiphaniij manifestus est: Superstitibus sp̄e esse de defunctis fratribus, qualis est de peregrinantibus, non certe vt illi ad nos in hoc exilium redeant, sed vt nos ex hac miseriarum valle, ad ipsos in patriam accersamur, 2. Reg. 12. Sicut Cyprianus mortem piorum recte vocat accersionem Dominicam, qua morientes non amittuntur, sed præmittuntur, recedentes præcedunt tanquam proficiscentes & migrantes ad patriam. Sicut ipem illam Cyprianus sermone de mortalitate pulcherrime explicat. Quis non ad suos, inquit, nauigare festinet? patriam nostram Paradysum computamus: Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra in columitate sollicita, ad horum conspectum & complexum venire, quanta & illis & nobis lætitia, vbi summa & perpetua felicitas? &c. Huius igitur beatæ sp̄ci commonefactionem, testimonium & confessionem, Epiphanius dicit fuisse ritum cōmemorationis defanctorum, & orationis pro mortuis. Sicut igitur prima, ita etiam secunda hæc Epiphaniij ratio & causa orationis pro mortuis, publicum & sonorum testimonium dicit contra Pontificiorum purgatorium, sicut manifestum est, atq; etiam ideo Lindanus sua falsatione sensum deprauare conatus fuit.

Tertiam causam his verbis obscure sane ponit Epiphanius, *ὡφελει δὲ καὶ ἡ ἐπὶ τῶν ἀποθανόντων ἐπιπέσει, εἰ καὶ τὰ ὅλα τῶν ἀμαρτιῶν μὴ ἀποκόπτοι, ἀλλὰ ἐν γὰρ διὰ τὸ πολλὰς ἐν κόσμῳ ἡμῶν ὄντας σφάλλεσθαι, ἀκούσιως τε καὶ ἐκούσιως, ἵνα τὸ ἐντελέσειν σιμανθῆ, &c.* Prodest autem, quæ pro defunctis fit oratio, licet totam culpam seu tota abscindat seu tollat, verum enimvero propterea quia nos dum in hoc mundo sumus sæpe & sponte, & non sp̄ote erramus seu offendimus, vt id quod perfectius est significetur. Nam & iustum & peccatorum commemorationem facimus: Pro peccatoribus quidem, misericordiam Dei deprecantes, pro iustis vero Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus, &c. vt Christū ab hominum ordine discernamus, per honorem, quæ ipsi exhibemus, vtq; cultum ei reddamus. Lindanus hoc etiam loco crimen falsi committit: Nam pro *ἐντελέσειν* legit, *ἐυτελέσειν*, & interpretatur (vt quod leuissimum est, dicam) cum verba perspicua & nota sint, & tota sequens periodus efflagitet illum sensum, quem Perionius etiam reddidit (vt id, quod perfectius est, significetur) hoc est, vt Epiphanius ipse subiungit, vt Christum à reliquorum hominum ordine separemus, nullus enim hominum, etiam si millies & ultra in iustitia degat, potest Christo comparari seu æquari. Lindanus etiam *ἀμαρτήματα* libenter vellet interpretari pœnas seu supplicia luendorum peccatorum, vt Epiphanius ita obtorio collo in Pontificiorum purgatorium pertraheret, sed crimina, ob quæ quis accusatur, hoc vocabulo significari, vel ex 25. cap. Acto. notum est, quodque in obiectione Acrius vocat *ἀμαρτήματα*,

hoc in responsione Epiphanius vocat *ἀμαρτήματα*. Et ex collatione obiectionis Acrij, & responsionis Epiphaniij intelligi potest, quis sit sensus quando dicit, orationem pro mortuis non abscindere *τὰ ὅλα τῶν ἀμαρτιῶν*, tota peccata: Acrius enim obiecerat, si quis vel grauissima scelera committat, & in impœnitentia sine remissione eorum hinc discedat, posse ipsum post mortem orationibus ita iuari, vt Deus peccata ab ipso non exquirat, vt pro ipsis aliquid pati cogatur. Ad hanc obiectionem Epiphanius respondet, orationem pro mortuis nequaquam posse tollere tota peccata, hoc est, mortuis, qui in impœnitentia prorsus sine remissione peccatorum hinc discesserunt, non posse per orationes veniam in altero seculo impetrari, & nominat *τὰ ὅλα*, quia Acrius in sua obiectione quæsierat: An mortui *ὅλος* iuentur orationibus viuentium. Dicit igitur Epiphanius *ὅλα* tota peccata non posse tolli per orationes pro mortuis. Hoc enim axioma ponit extra controuersiam. Num vero Epiphanius sentit, si non tota peccata, at saltē quædam seu partem eorum posse per orationes pro mortuis, post hæc vitam remitti? Hoc quidem Pontificij inde nectunt, sed Epiphanius hoc prorsus non dicit, sicut verba ipsius ostendunt. Et quæstio est, quid Epiphanius ipse dicat, non quid Pontificij ipsi affragant. Requirebat autem omnino series orationis & sententiæ, vt si ita sensisset, subiungeret: E si non tota peccata, tamen quia in hoc mundo sæpe & voluntarie & inuoluntarie peccamus, illa saltem peccata, etiam si in hac vita remissa non fuerint, post mortem posse remitti per viuorum orationes pro mortuis. Sed quicquid disputetur de anacoluthis Epiphaniij: Certum est, Epiphanius hoc non dicere, sed in suspensio hoc relinquit. Et ne Scholastici quidem Scriptores audent affirmare aliquam peccatorū seu culparum remissionem, post mortem in altero seculo fieri, sed de pœnis tantum disputant. Obseruet autem Lector quam caute verba ponat Epiphanius. Acrius quæsierat, an omnino ipsis mortuis aliquid prosint preces, quæ p̄ ipsis fiunt? Epiphanius vero respōdens, non dicit, omnino ipsis mortuis profunt, sed simpliciter inquit: Illa oratio quæ pro mortuis fit, prodest. Quomodo vero? Quia inquit, dum in hoc mūdo sumus, in multis offendimus omnes. Num igitur qui in vita, illorum peccatorum remissionē, nec quæsiuit, nec accepit post mortem, per aliorū orationes veniam potest consequi? Hoc certe Epiphanius non dicit, sed inquit, in eadem prece, qua misericordiam Dei imploramus, & peccatorū mentionem facimus, & Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, &c. vt scilicet illud, quod perfectius est, significetur, vt scilicet Christus ab omnium hominum ordine, quantumlibet iustorum discernatur, hoc est, neminem quantumuis iustum, ita saluum esse, sicut Christus, propria scilicet iustitia, sanctitate seu mundicie, propriis virtutibus & meritis, sed omnibus vt saluentur, misericordiam Dei & remissione peccatorum propter Christum opus esse, & eos qui salui sunt, nō propria iustitia, sicut Christus, sed ex misericordia Dei per remissionem peccatorum propter Christum saluos esse. Et prorsus idem hoc est, quod etiam Dionysius, sicut ostendimus de oratione pro mortuis, dicit, quod

Sententia Epiphaniij.

Cyprianus. Mors est accessio Domini.

Tertiam causam.

Lindanus in Epiphaniio crimen falsi committit.

Sententia Epiphaniij ex contextu & causis discendo.

Occupatione delicto.

Acrij quæstio. Epiphaniij responsio.

Summa verborum Epiphaniij.

*Purgatorium
ex Epiphani-
o Aeriū nequit.
Rasio.*

quod scilicet veterum ritus commemorationis defunctorum, & orationis pro mortuis, fuerit publica & solennis commonefactio infirmitatis & corruptionis naturæ humanæ, in omnibus etiam sanctissimis, & item præclara confessio: Neminem sua iustitia, sed omnes etiã sanctissimos, ex misericordia Dei per remissionem peccatorum propter Christum saluari. Atq; ita hoc ritu, Christo suus honor (inquit Epiphanius) deferretur, vt qui solus sine peccato fuit, imo qui solus sua nos iustitia, à peccato & ira Dei liberat. Ex Epiphaniō igitur purgatorium Pontificium nequaquam potest stabiliri. Eius enim præsuppositum est, eos, qui pro mortuis orant, iam esse & viuere apud Dominum. Græca ergo Ecclesia, nec Epiphaniū tempore, sicut nec postea vnquã credidit, piorum animas in cruciatus ignis purgatorij post mortem cõici. Orauit quidem pro mortuis, sed alio sensu, & aliis de causis sicut mōstratum est. Atq; hic est status cõtrouersie inter nos & Pontificios, quando de veterum ritu orationis pro mortuis disputatur.

*Epiphanius
non totã que-
stionem Aeriū
explicat.*

De Epiphaniō vero dissimulandum non est, ipsum in hac disputatione, nõ aperte & libere ea quæ facies disputationis postulabat, explicare. Aeriū enim offensus vulgi opinionibus & sermonibus quæsiuit, an omnino ipsis mortuis profint orationes, quæ pro ipsis fiãt, & an à peccatis per illas orationes post mortem liberentur? Ad has obiectiones cum Epiphanius respõdere debebat, hoc quidẽ dicit, tota peccata, aut totam culpam nõ posse post mortem, per aliorum orationes abscindi. Ad residuam vero partem quæstionis: An ergo quædam peccata, post mortem demum, per aliorum orationes remittantur, nihil respondet, sed propter vulgi opiniones, quas reprehendere non audeat, & tamen confirmare non potest, in suspensio hoc relinquit, & de industria obscuritatibus (sicut textum legenti pater) inuoluit. Sicut etiam ad illã Aeriū obiectionem (an omnino ipsis mortuis orationes, quæ pro ipsis fiunt, profint? Item quid & quantum) aperte non respõdet. Dicit quidem orationes, quæ pro mortuis fiunt, vtiles esse, non autem addit (ipsis mortuis) sed ad alias causas & rationes propter quas vtiles sint tales orationes, confugit. Ita homines fuerunt Patres, qui consuetudinibus & opinionibus suorum temporum sepe cesserunt, præsumptiones vulgi nõ semper, sicut Augustinus inquit, libere ausi fuerunt reprehendere. Hæc nos libere fatemur, qui patrũ literas non vt Canonicas habemus, sed ex Canonicis consideramus. Quod enim Epiphanius non affirmat, sed propter vulgi opiniones in suspensio relinquit, illud ipsi Scholastici diserte & profus negãt, vllam scilicet culpã post mortem remitti. Sentiuñt enim & recte quidem, omnem culpæ remissionem non nisi in hac vita fieri. Nos vero in hac serie historię de oratione pro mortuis, hæc obseruatione considerabimus, quomodo progressu tẽporis sensim facta fuerit doctrinæ inclinatio. Verustissimi enim rationes orationis pro mortuis, recte sicut mōstrauimus, explicarunt. Epiphanius vero propter vulgi persuasiones, primũ in suspensio reliquit illa, quæ diximus. Non multo vero post Augustinus affirmatiue ea cœpit disputare, vnde tandem tota Camarina purgatorij extructa est. Sicut iam ordine ostendimus.

*Epiphanius
cessit opinio-
nibus vulgi
sui temporis.*

*Autoritas
Patrum.
Scholasticorũ
principium,
remissio culpa
in hac vita
fieri.*

Et Augustinus quidem orans pro matre sua defuncta, veterum vestigia sequitur, lib. confess. 9. cap. 13. Inquit enim: Quanquam illa sic vixit, vt laudetur nomen tuum, in fide moribusq; eius, non tamẽ audeo dicere, nullum verbum exiisse ab ore eius cõtra præceptum tuum. Et vã etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam. Quia vero nõ exquiris delicta vehementer, fiducialiter speramus, aliquem apud te locum inuenire indulgentiæ. Nunc itaq; pro peccatis matris meæ deprecor te, exaudi me per medicinam vulnerum tuorum, quæ pependit in cruce, & sedens ad dextram tuam te interpellat pro nobis. Dimitte Domine, dimitte obsecro, ne intres cum ea in iudiciũ. Et credo quod iam feceris, quod te rogo, sed volũtaria oris mei approba Domine, &c. Audis Augustinũ orate pro matre sua, non quod existimet eam in cruciatus purgatorij hære, aut adhuc in iudicio Dei peccatis obnoxiam teneri. Credit enim eam iam assecutam esse quod rogat, causam vero orationis assignat, quod sit bene affecta voluntatis erga matrem desiderium. Ex eadem etiam confessione colligi potest, quo sensu & qua ratione, in actione administrationis Eucharistiæ, facta fuerit commemoratio defunctorum, non vt opus illud esset satisfactio aut propiciatio pro peccatis mortuorum: (Neq; enim pro mortuis instituta est Eucharistia) sed vt esset testimonium & cõfessio de illo articulo fidei, quo credimus cõmunionem seu societatem Sanctorum, eorum scilicet, qui iam in altera vita cum Christo regnant, & fidelium qui adhuc sub cruce, in hac miseriarum valle militant. Quia enim nexus cõmunionis membrorum huius corporis, est caput Christus, licet igitur illi deposito peccato iam sint in æterna beatitudine, nos vero corpus peccati & mortis adhuc circumferamus, tamen credimus nos esse conciuēs & cohæredes regni & salutis ipsorũ. Eius enim corpore & sanguine communicamus, & salui sumus spe, cuius meritis & cõmunionem, ipsi æternam beatitudinem iam possident. Ita de ciuitate Dei lib. 20. cap. 9. dicit: Neque enim piorum animæ mortuorum separantur ab Ecclesia, quæ etiam nunc est regnum Christi, alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria, in cõmunionem corporis Christi, &c. Item, vt amici defunctorum, considerantes humanæ vitæ imbecillitatem, certam sibi consolationem propositam haberẽt, eos, qui in Christo obdormiunt, licet multis & magnis infirmitatibus circumdati fuerint, nõ tamen ideo ex regno Dei excludi, aut in æternam damnationem abiici, sed propter victimam filium Dei, cuius in Eucharistia dum viuẽrent, participes facti essent, in æternam beatitudinem recipi, ideo voluerunt commemorationem nominum defunctorum, in ipsa actione Eucharistiæ fieri. Ita Augustinus de matre sua moritura inquit: Memoriam sui ad altare fieri voluit, cui nullius diei intermissione seruierat, vnde sciret dispensari victimam, qua deletum est chirographum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus est hostis computans delicta nostra, & quærens quid obiciat, & nihil inueniens in illo, in quo vincimus. Quis ei restituet precium, quo nos emit, vt nos auferat ei? Ad cuius precij nostri Sacramentum, ligauit ancilla tua animam suam vinculo

*August. pro
matre moni-
ca orans.*

*August. non
statuit matre
suam in pur-
gatorio cruci-
ari, et si pro ea
oret.*

*Quo sensu de-
functorum
commemora-
tio facta in a-
ctione Eucha-
ristiæ.*

vinculo fidei: Nemo à protectione tua dirumpat eam. Non se interponat, nec vi, nec insidiis Leo & Draco. Neque enim respondebit illa nihil se debere, sed respondebit dimissa debita sua ab eo, cui nemo reddet, quod pro nobis non debens reddidit. Hæc profecto præclara cōfessio est, qua fide Monica in Christo sit mortua, & qua spe Augustinus confidat, eam habere remissionem peccatorum, & esse hæredem vitæ æternæ.

Hæc quæ veteres hoc modo explicant, Scripturæ non aduersantur, & sane æquum est, veteris Ecclesiæ ritus hoc modo ad analogiam fidei candidè interpretari: Negari tamen non potest, cum talis doctrina, confessio & consolatio, de iis qui in Christo moriuntur, exemplo Scripturæ, alia forma, simplicius, clarius & commodius potuisset proponi & declarari, periculose fecisse veteres, quod sine mandato & exemplo Scripturæ, in forma orationis pro mortuis, & quidē in ipsa actione Eucharistiæ, quæ pro viuis instituta est, hoc fecerunt, cum & ritus & ipsa forma verborum in oratione pro mortuis, aliud videatur auribus & sensibus ingerere, quam veterum declarationes interpretentur. Satius certe fuisset cum Scriptura loqui, (Lucerna enim pedibus nostris est verbum Domini, & qui loquitur, loquatur eloquia Dei) quam sine Scripturæ Canonicæ exemplo, alia & periculosa forma, quæ facile alium sensum recipere posset, sententiam per se non impiam, publice in Ecclesia proponere. Quas enim opiniones & persuasiones vulgus inde conceperit, quibus etiam Episcopi tandē cedere cœperunt, donec purgatorium Pontificium inde constatum est, hæc ipsa historia ostendit. De Epiphano enim iam diximus, quomodo tales vulgi opiniones, cum cōfirmare non possit, tamē refutare etiam non ausit. August. vero & Chrysostr. tēpori, cōsuetudini, & receptis vulgi opinionibus concedere, & orationes pro mortuis aliter, quā veteres fecerant, sine Scriptura interpretari cœperunt. Cum enim vulgo multi cōtenderent, orationes pro mortuis, quas nō inanes esse præsumebant, adeo esse efficaces, vt per eas etiā illi, qui sine pœnitentia in peccatis contra conscientiam mortui essent, Deo post mortē reconciliarentur & saluarentur: Alij vero ex Scriptura & ex veterū sententia contra disputarent, vnumquēq; post hanc vitam ita iudicari, prout in hac vita se gessit & orationes pro mortuis, esse viuorum cōmonefactiones, confessiones & consolationes: August. satisfactorius vtrisque, mediam quandam viam excogitauit, etsi modo persuasionem illam de impœnitentibus posset tollere, aliquid putauit vulgi opinionibus de efficacia orationis pro mortuis, concedendum esse. Fuisse autem quæstionē illam Augustini temporibus ἐπιπολέουσαν, & ex vulgi opinionibus varie in vtramq; partem disputatam, ostendunt loca Augustini, de cura pro mortuis ad Paulinum Nolanum, cap. 1. & 4. & 18. Et ad Dulcitium, quæst. 2. Item, de ciuitate libro 21. capit. 13. & 14. In Enchiridio cap. 10. de verbis Apostoli sermone 32.

Summa autem disputationis Augustini hæc est, quod tres facit ordines defunctorū. Primos dicit esse valde bonos, qui suffragiis & opitulationibus post mortem non indigeant. Secundos dicit esse valde malos, quos nullis viuorum suffragiis dicit liberari posse. Tertios facit medios,

qui nec adeo boni sint, vt suffragia illa post mortem non requirant, nec adeo mali, vt eis illa post mortem non profint, sed cum viuerent, dicit ipsos meruisse, vt hæc sibi postea possent pdesse. Iam cum in genere pro omnib. defunctis eadem forma oretur, putat orationes illas pro valde bonis esse gratiarum actiones, pro valde malis, etiā si nulla sint adiumenta mortuorum, esse tamen qualescunq; viuorum consolationes: Aut certe ad hoc prodesse, vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. De medijs vero dicit: Neq; negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentiū releuari & adiuuari, cum pro ipsis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosinæ in Ecclesia fiunt. Nam pro non valde malis sunt propitiationes, vt plena sit ipsorum remissio, & pro talibus dicit exaudiri piorum orationem, vt misericordius cum ipsis agatur à Domino, quam eorum peccata meruerunt, siue vt ante diē iudicij, spiritus ipsorum per pœnas temporales purgati, nō tradantur æternis supplicijs. Ita Augustinus in locis commemoratis, quæ noua sunt & veteribus ignota.

Num vero statim sine vlla inquisitione, pro articulis fidei hæc accipienda sunt, ideo, quia Augustinus ita sensit? Hoc certe August. nunquam voluit. Dicit enim ad Hieronymum: Alios scriptores præter Canonicos ita esse legendos, vt nō verum putemus, quia ipsi ita senserunt, quālibet etiam sanctitate doctrinaue polleat, sed quia vel per alios autores Canonicos, vel pbabili ratione quod à vero nō abhorreat, persuadere poterint. Item Epist. 3. Nullorum disputationes quamuis Catholicorum & laudatorū hominum, velut Scripturas Canonicas habere debemus, vt non liceat nobis aliquid in eorū scriptis improbare & respuere, si forte inuenerimus, quod aliter senserint, quam veritas habet. Talis, inquit, ego sum, in scriptis aliorum, quales ego volo esse intellectores meorum. Et ad Vincētiū inquit: Negare nō possum nec debeo, multa esse, in tam multis opusculis meis, quæ possint iusto iudicio, & nulla temeritate culpari. Sicut igitur inquit contra Cresconium, Cypriani literas nō vt Canonicas habeo, sed ex Canonicis considero, & quid in eis diuinarum scripturarum authoritati congruit, cum laude eius accipio, quod aut non congruit, cum pace eius respuo. Ita salua honorificentia, quæ Augustino, vt viro docto, sancto & de Ecclesia optime merito debetur, illam eius disputationem, non cum credendi necessitate, sed cum iudicandi libertate cōsiderabimus, quæ scilicet & qualia habeat fundamenta, idq; breuiter per capita quædam ostendemus. Primo igitur ad Paulinum cap. 1. fatetur, se nullum hac de re Scripturæ testimonium habere, excepto vnico loco Machabæorum, ex quo libro dogmata Ecclesiastica nō posse confirmari, nec ea quæ in cōtentionē veniunt roborari, ipsi veteres, sicut supra ostendimus, confirmant. II. Fundamentum totius disputationis, dicit se collocare in cōsuetudine orandi & offerendi pro mortuis. Atqui Tertullianus expresse dicit, consuetudinē illam non esse ex Scriptura. Et Epiphanius etiam dicit non esse præceptum patris, hoc est, Dei, sed institutionem matris, hoc est, Ecclesiæ & traditionē Patrum, quod ipse etiam Augustinus dicit. Num vero ex tali fundamento, sine certis expressis &

Orationes pro defunctis Valde bonis. Pro Valde malis. Pro medijs.

Quantum in his sine Scriptura Augustini autoritas valeat.

Fundamentum opinionis Augustini de tribus defunctorum ordinibus. I. Historia Machabæi. II. Consuetudo orandi pro defunctis.

Veteres sine mandato & exemplo Scripturæ orationes pro mortuis & commemorationes eorum in actione Eucharistiæ instituerunt.

Impia opinio vulgi ex orationibus pro mortuis, quibus etiam Episcopi cœserunt. Epiphanius. Augustinus. Chrysostr.

Augustinus tres defunctorum ordines cœpit constituere, Valde boni, Valde mali, medij.

perspicuis Scripturæ testimoniis, aliquis nouum articulum fidei condere potest, aut Ecclesiæ obtrudere debet? III. Sensem & vsum orationis pro mortuis, Augustinus multo aliter interpretatur & intelligit, quam antiquitas ante ipsam fecit, sicut ex præcedentibus manifestum est. IIII. Nouæ suæ distributionis, nec in scriptura, nec in ipsis etiam veteribus testimonia habet. Quantum igitur valeat, manifestum est. V. Ipse Augustinus de hac sua sententia non est certus. In hac enim disputatione, dicit animas defunctorum pietate viuentium liberari ex purgatorio. Sed alibi dicit dubium & incertum esse, an sit purgatorium, in quo animæ post mortē temporalibus pœnis purgentur, sicut supra ostendimus. Quomodo vero certum esse potest, aliquos ex purgatorio liberari, cum iuxta ipsum Augustin. possit quæri, possit & latere, an omnino aliqua animæ purgentur? Potest igitur etiam quæri, potest & latere, an animæ ab illa purgatione, pietate viuentium releuētur vel liberentur? Sicut frustra nec satis prudenter, operosam aliquis vel deliberationem vel expeditionem institueret, vt captiuos ex carcere aliquo liberaret. si dubium & incertum esset, an omnino vel talis aliquis carcer esset, vel captiuus aliquis in carcere illo detineretur. Ita quod Augustinus in hac disputatione dicit: Preces pro defunctis valde malis seu damnatis ad hoc prodesse, vt damnatio fiat tolerabilior. De hac ipsa sententia ita inquit, de Ciuitate lib. 21. cap. 24. Quod quidem non ideo confirmo, quoniam non resisto. vnde colligitur, ipsum vulgi opinionibus in hac materia, non libere ausum resistere, licet à concessione non vellet eas confirmare. Et cap. 27. scribit, Quis sit ille modus vitæ, & quæ sint illa peccata, quæ ita impediunt peruentionem ad regnum Dei, vt tamen sanctorum amicorū meritis, post mortem impetrent indulgentiam, difficilimum est inuenire, periculosissimum definire. Ego certe vsq; ad hoc tempus, cum inde satagerem, ad eorum indaginem peruenire non potui. Vides quomodo Augustinus, cum temporibus & receptis opinionibus aliquid concedat, mox tamen dubia & incerta illa reddat. Quomodo igitur ex his dubitationibus articulos fidei faciemus? VI. Hanc vnicam maximam Augustinus habet & vrget in tota hac disputatione, frustraneas scilicet inutiles & inanes, imo ludibria, & sicut Chrysostom. loquitur, *στυλὴ καὶ ὑποκρίσις*, fore orationes pro mortuis, sicut tum in Ecclesia frequentabatur, si non id, quod sonant, & sicut sonant, mortuis impetrarent, propiciationem scilicet, remissionem, mitigationem, liberationem & peruentionem ad regnum Dei. Sed antiquitas alium sensum, alios fines, & alios vsus orationis pro mortuis tradidit sicut ostendimus. Et certe illi argumentationi Augustini recte opponi potest hæc instantia. Cum eadē forma orationis fuerit pro omnibus defunctis, tamen ipse Augustinus dicit, pro valde bonis verba habere sensum gratiarum actionis, cum tamen hoc non sonent. Pro valde malis vero, esse non mortuorum adiumenta, sed qualescunq; viuorum consolationes, licet verba aliud sonent. Et hoc certe iuxta Chrysostom. vere etiam *στυλὴ καὶ ὑποκρίσις*. Quod si Augustinus iudicat, orationes pro valde bonis & pro valde malis, non propterea esse ina-

nia ludibria, etiam si non intelligantur id, quod sonant, & sicut sonant, impetrare (iniuriā enim facit martyri, qui orat pro martyre.) Et in inferno nulla est redemptio. Manifestum igitur est, connexionem argumentationis Augustini, non esse firmam aut necessariam, quæ possit articulum fidei condere. Postremo, cum sanguis Christi sit propiciatio pro peccatis totius mundi, & remissio peccatorum sit solius Christi meritum: Ergo non tantum sine Scriptura, sed contra Scripturam dicitur viuentium opera esse propiciationes pro peccatis defunctorum, & pietatem viuentium posse mortuis mereri remissionē peccatorum. Pugnat & hoc cōtra Scripturam, quod disputatio illa Augusti. ponit, partem remissionis peccatorum nos propter Christi meritum in hac vita: partem vero post hanc vitam propter hominum viuentium merita consequi, vt ita ex vtrisque sit & fiat plena remissio, cum iuxta Scripturam remissio peccatorum plene, & propter solius Christi meritum, & in hac vita detur credentibus, Act. 10. & 13. Item valde bonos propriis meritis, mediocriter bonos partim propriis, partim aliorum hominum meritis, coram Deo, & quidem post mortem, reconciliari, cum solius Christi meritis iustificemur & saluemur. Et vbi quæso etiam hæc opinio fundamentum habet? Vinus mereor, vt mihi defuncto, post mortem aliorū viuentium pietas succurrat? Recte certe, sicut Dulcitius refert, tēpore Augustini quidā dixerunt: Si aliquis talis beneficij locus posset esse post mortem, ipsi defuncti animam, refrigeria sua sibi rectius ferre posse per se, illic confitendo peccata, quam si in eorū refrigerium ab aliis oblatio procuraretur. Et ipsi etiam Scholastici hæc Augustini *ἀντιμαλα* improbant & negant, quod scilicet post mortē possit fieri remissio culpæ, quodq; damnatis supplicia possint mitiora seu leuiora reddi, per suffragia viuorum. Imo ipse Augustinus, remissionem peccatorum solius Christi meritis tribuit, & in hac vita, salutem vel acquiri vel amitti docet, sicut postea ostendemus. Hæc capita recte considerata euincunt, Augustini illam disputationem talem esse, vt modestissime, & quidem ipsius verbis, de ea pronunciemus, in qua nulla velut Canonica auctoritas constitui vel possit vel debeat. Et tamen quantum superstitionum secum postea traxerit, testis est Pontificia Ecclesia.

Circa idem ferme tempus, apud Græcos Chrysostomus eandem quæstionem disputauit, sed non eodem modo, sicut Augustinus, quod ipsum ostendit in tota illa disputatione, quæ extra & præter scripturam, hominum consuetudinibus, præsumptionibus & argumentationibus nititur, nutantibus & variantibus sententiis, nihil esse certi, firmi aut solidi. Cumq; Pontificij multas sententias ex Chrysostomo cumulent, pro stabiliendo suo purgatorio (quod tamen Græca Ecclesia, exceptis Origenistis, nūquam agnouit) hæc consideratio ostendet, qua illud fide faciant, & quantum Chrysostomus ipsorum purgatorio patrocinetur. Facit autem Chrysostomus defunctorum non tres ordines sicut Augustinus, sed tantum duos, Sermo. 3. ad Philip. 4. ad Heb. Homi. 69. 70. ad Antiochenos: Primum Christianorum, qui in vera fide hinc discedunt: Alterum, qui vel sine sacramentis in infidelitate moriuntur.

III. Dissidet à sententia orationis veterum pro mortuis.

IIII. Sine Scriptura tres ordines mortuorum facit.

V. Vt re deum in medio relinquat.

De orationibus pro valde malis.

Laditur gloria Christi.

Depravatio articuli de remissione peccatorum.

Absurditas.

Scholastici Augustini sententiam improbant.

Chrysostomus in oratione pro mortuis.

Ordines defunctorum apud Chrysostomum. Christiani. Infidèles.

tur, vel qui baptizati quidem sunt, sed in peccatis moriuntur. Iam dicit in genere pro omnibus defunctis preces faciendas, & eleemosynas erogandas, licet ad altare pro fidelibus tantum. Et primus est qui asserit, sed sine vlllo documēto, ab Apostolis hoc sancitum esse, cum Tertul. Epiph. atq; etiam Augustinus, traditioni Patrum & consuetudini Ecclesiæ hoc adscribant. Inde vero ex- truit hoc axioma. Non esse *συνωδὸν* aut *ὑποχρισιν*, quæ Ecclesia pro mortuis, orationib. & oblationibus agit, sed multum habere emolumentum, vtilitatis. Hoc vero iuxta duos illos quos constituit defunctorū ordines, ita distribuit, De fidelibus defunctis seu iustis inquit, Hom. 23. in Matt. Cur post mortem iterū pauperes cōuocas? Cur presbyteros, vt pro eo velint orare, obsecras? Nō ignoro te responsurū vt defunctus requiem adipiscatur, vt propitium iudicem inueniat. Audis Chryso- stomum, vulgi opiniones & sermones recitare, quibus ipse etiam accedit. Num vero sentit, eos qui in fide hinc discedunt, pro quibus orat, esse in lugenda peregrinatione à Domino, & in cruciatibus ignis, sicut Lindanus inquit: Hoc certe Chryso stomus non dicit, sed contrarium affir- mat. Inquit enim Serm. 3. ad Philip. *ἐπει μὲν ἐσάν- τως* fideles postquam hinc discesserunt, & illuc migrauerunt, beatos esse, quia ad Christum abi- erunt, & ibi (*ἐγγύτερον*) propius esse cū rege Chris- to, non per speculum, nec per fidem, sed facie ad faciem. Et Ser. 4. ad Hebræos: Dic mihi quid sibi volunt in funere Lampades istæ (*φαιδραὶ*) illu- stres? Nonne quod defunctos tanquam athletas (*ἀσπόμενα*) deducimus? Quid vero Hymni? Nonne quia Deum glorificamus, & gratias agi- mus, quod iam coronauit (*ἀπελθόντα*) eum qui hinc discessit (*ἔπ τῶν πόνων ἀπὸ ἡλαξί*) eo quod à laboribus seu dolorib. ipsum manum istum libe- rauerit seu absoluit? (*ἔπ τῆς θείας ἐνβαλῶν, ἔχει παρ' ἐπιπῶ*) quod ex omni angustia & metu mortis scilicet, Hebræor. 2. educam, iam ipsum apud se habet. Nonne propter hoc Psalmi & Hymni? Hęc enim omnia gaudentium sunt. Cogita quid psallas illo tempore: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus bene fecit tibi. Et rursus: Non timebo mala, quoniam tu mecum es, &c. Hęc eadem repetit, Homilia 76. ad Antio- chenos. Et Homilia 32. in Matthæum addit: Ad requiem proficiscitur qui hinc migrat, turbatio- num enim omnium tranquillitas quidam por- tus in morte est. In hoc mundo habemus tribu- lationem. Hic impletur quod Scriptura dicit: In sudore, in dolore, &c. De futuris nihil huiusmo- di scribitur, sed oppositum. Esaiæ 33. Effugit dolor, tristitia & gemitus, &c. Homilia 61. in Ioan- nem: Si iustus mori ur, lætandum est, quia libe- ratus à futura formidine, in tuto collocatur. Il- le moriens cum Angelis euolabit, etiamsi nemo exequiis interueniat. Hęc certe Pontificium pur- gatorium non tantum pernegant, sed simplici- ter euertunt. Quamcunque igitur causam ora- tionis pro fidelibus defunctis reddat Chryso- stomus, purgatorium certe non est. Dicit autem: Quare presbyteros & psallentes vocas? Nonne vt te consolentur & defunctum honorent? Nos venimus de resurrectione Philosophantes, insti- tuentes omnes, etiam qui morte suorum non- dum sunt percussis, vt si quid tale acciderit, gene- rose perferrent. Sermo. 4. ad Hebræ. Et Hom. 70.

ad Antiochenos. Ita ergo Chryso stomi oratio pro iis, qui in fide moriuntur, prorsus nihil pa- trocinatur Pontificiorum purgatorio. Sed illud negat, tollit & euertit.

Porro pro illis etiam, qui vel sine fide & sacra- mentis, vel in peccatis moriuntur, Chryso stom. dicit: Vel preces vel eleemosynas offerendas, & disputat tales etiam mortuos inde aliquid emolumentum & solatij accipere. Hoc vero ita explicat: Peccatores vbicunq; sunt, procul sunt à rege. Illi igitur si moriantur, lætandum quidem hoc no- mine, quod malitia ipsorum interrupta est, ne possint vitia cumulare, sed ipsi digni sunt lachry- mis, luctu & eiulationibus. Quæ enim spes est iis qui cum peccatis hinc discedunt? Ibi enim pecca- ta non possunt exui aut deponi. Quamdiu in hoc mundo sunt, spes est posse eos mutari: Si vero hinc migrarint in infernum, ibi ex pœnitentiâ ni- hil ipsis emolumentum potest accedere. In inferno enim quis confitebitur tibi? Sunt igitur extra re- gnum Dei cum damnatis, &c. Et tamen affirmat etiã illos, orationibus & eleemosynis post mor- tem aliquantulum iuuari. Excogitemus, inquit, aliquod ipsis auxilium (*μικρὸν μὲν*) modicum qui- dem & exiguum, per preces & eleemosynas. Facit enim hæc res ipsis (*πρὸ παραμυθίαν καὶ παρα- ψυχῶν*) aliquam consolationem, & aliquod refri- gerium. Quomodo vero? vt (*σπλαγχνίῳ*) indul- gentia ipsis impetretur, inquit. Num vero vt ex damnatione liberentur? Hoc enim dicit, sed ipse interpretatur hoc, vt pœna damnationis ipsis le- uior reddatur, Hęc Chryso st. Serm. 3. ad Philip. Hom. 69. ad Antiochenos. Serm. 41. ad Corinth. Homil. 61. in Ioannē. Hom. 21. in Acta. Theophy- lactus etiam, Luc. 12. illam Chryso stomi opini- onem recitat, inquit enim: Oblationes, quæ fiunt pro defunctis, prodesse etiam illis, qui in grauib. peccatis mortui sunt. Deum enim habere quidē potestatem mittendi tales animas in gehennam, nō semper autem ea potestate vti, sed sepe remitte- re postea peccata. Hanc vero Chryso stomi sen- tentiam de damnatis, ipsi Pontificij non possunt probare. Docent enim damnatis in inferno, o- rationes & suffragia nihil prodesse, quia in infer- no nulla est redemptio. Et Gregorius pro infide- libus & impiis defunctis non vult orari, libro 4. Dialogo. cap. 44. Scholastici etiam prorsus ne- gāt, damnatos in inferno posse iuuari per suffra- gia viuorum, nec quo ad totalem liberationem, nec quo ad pœnæ diminutionem seu mitigatio- nem, nec quo ad temporis suspēnsionem, nec quo ad fortificationem ad leuius tolerandum. Ita Bo- nauentura 4. sententiarum, dist. 46. Quod vero Chryso st. Homil. 21. in Acta dicit: Eos qui in pec- catis mortui sunt, per eleemosynas posse ab æter- na morte eripi, tale est, quod nemo, ne quidem Pontificij, probare possunt.

Ex his igitur pius Lector iam videt, qua fide & quo candore, Pontificij mutilas & imperfe- ctas Chryso stomi sententias allegent, pro stabiliendo suo purgatorio, quæ si integræ in suis lo- cis considerentur, partim tales sunt (vt de iis, qui in peccatis moriuntur) quæ ne ab ipsis quidem Pontifi. iis probari & recipi possunt: Partim ve- ro, vt de fidelibus defunctis, Pontificium purga- torium prorsus euertunt.

Quia igitur verustissimi, orationes pro mor- tuis ita vsurparunt & interpretati sunt, vt prin- cipia,

Orationes pro fidelibus defunctis apud Chryso st.

Pontificij à Chryso stomo dissentiant.

Gregorius.

Scholastici.

Bonauentura.

Fides & candor Pontificiorum in citã- distestimoniis Chryso stomi pro purgatorio.

An mos orandi pro defunctis sit traditio Apostolica.

Orationes pro fidelibus mortuis.

Chryso st. contra Pontificij purgatorium.

Lampades.

Hymni in exequiis.

*Purgatoriū
probari ne-
quit ex ora-
tionibus ve-
terum pro de-
functis.*

*Ex August. &
Chrysof. se-
minaria pur-
gatorij sunt
nata.*

*Orationes &
oblationes
pro mortuis
in Germania.*

cipia, Pontificij purgatorio ex diametro prorsus contraria, præsupposuerint, sicut ostendimus. Licet ergo postea, facta doctrinæ ad vulgi opinionones & sermones inclinatione August. & Chryf. cœperint ea disputare, quæ Epiphanius præteritione quadam in suspenso reliquerat, quia tamē sine expressis Scripturæ documentis disputant, nec inter se conueniunt, sed variant & dissentiunt, Augustinus etiam de sua disputatione dubitat, Chrystostomus vero hoc asseuerat, quod ipsi Pontificij improbant, & Scholastici negant, sicut hæc omnia demonstrata sunt: Nulla igitur certitudine seu plerophoria, qualis in dogmatibus fidei requiritur, ex veterum orationibus pro mortuis, probari, aut pro articulo fidei stabiliri potest Pontificium purgatorium, licet verum sit, Augustinum & Chrystostomum eo ipso, quod de orationibus pro mortuis, in alium sensum, quam antiquitas ante ipsos fecerat, cœperunt disputare, seminaria & occasionem subministrasse posteris, ad camerinam purgatorij comminiscendam & stabiliendam, ex fundamenta humanæ traditionis & consuetudinis orandi pro mortuis sine mandato & exemplo Canonice Scripturæ. In Germanicis certe Ecclesiis, orationes & oblationes pro mortuis, per Bonifacium tandem introductæ sunt, (cum per aliquot annorum centurias antea, fidem Christianam Germania habuisset) sicut Epistola Decretales ad Bonifacium expresse ostendunt, in tomis Conciliorum, & apud Nauclerum & Auentinum.

QVOMODO GREGO- RIVS EX SPECTRIS MOR- TUORUM PURGATORIUM CON- FIRMARIT.



ONO, Hactenus ostendimus multas & varias purgatorio quæsitæ fuisse substructiones, quibus tamen non potuit fulciri & stabiliri. Tandem igitur cum aliter non posset, mortuorum spectris confirmatum est. Gregorius enim 4. Dialog. cap. 39. duas Scripturæ sententias, Machab. 12. 1. Corinth. 3. pro purgatorio citat. Sed illis, quia videt alias manifestiores opponi, non multum fidit, sicut de loco 1. Cor. 3. (Saluus erit sic tamen quasi per ignem) expresse dicit: Quamuis hoc de igne tribulationis in hac vita nobis adhibito possit intelligi: tamen si quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, pensandum sollicitè est, quia illum per ignem dixit posse siluari, non qui super hoc fundamentum, ferrum, æs, plumbum, ædificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc iam insolubilia, sed lignum, ferrum, stipulam, id est, peccata minuta & leuissima, quæ ignis facile consumat, &c. Aliam igitur & nouam topicam, probandi & confirmandi dogmata fidei, Gregorius in Ecclesiam introduxit, à mortuis scilicet veritatem querere, quod tamē diserte, & expresse Deus in Scriptura prohibuit, Deuter. 18. Esa. 8. Et quia Ecclesia ante ipsum, hoc genere argumentorum, probationum & confirmationum, in disputationibus Ecclesiasticis non fuerat vsa, cum quidē de statu mortuorum multa fuissent quæsitæ & disputata: Imo Augustinus in libro de cura

*Fundamentis
ex scriptura
pro purgato-
rio non fidei
Gregorius.*

*Fundamenta
purgatorij ex
apparitionib.
spectrorum.*

pro mortuis, prolixè disputat & probat, animas mortuorum non interesse rebus viuentium. Gregorius igitur, vt spectris suis speciem aliquam circumdet, cap. 41. ponit hanc quæstionem: Qui fiat, quod illis temporibus, tam multa de animabus per reuelationes & ostensiones clarescant, quæ antea latuerunt? Et notet Lector in hac quæstione, ea, quæ Pontificij docent, de statu animarum in purgatorio, non esse antiqua, sed tempore Gregorij primum reuelata. Respondet autem, sicut cum nox finiri, & dies incipit oriri, ante solis ortum, simul aliquo modo tenebræ cum luce commixtæ sunt, ita dicit mundi finē (quem suo tempore instare arbitrabatur) cum futuri seculi exordio permisceri, ita vt res spirituales futuri seculi, signis manifestioribus transluceant, Sed à Gregorij tempore iam anni 970. transierunt, prorsus nihil itaque similitudo illa probat. Præstruit autem spectris suis fidem eo, quod ex apparitionibus, multa primum de beatorum gaudiis, & de damnatorum pœnis recitat. Tandem ad ignem purgatorij accedit. Sentit enim capite vigesimo quinto quorundam iustorum animas, à cœlesti regno quibusdam mansionibus differri, in quo dilationis damno nihil aliud innuatur, nisi quod de perfecta iustitia aliquid minus habuerint. Hoc vero ex mortuorum spectris probat, vt capite quadragesimo narrat, animam Paschasij Diaconi, post multum temporis à morte, apparuisse Germano Episcopo Capuano in thermis angularis: Cumq; Germanus vidisset Paschasium in caloribus thermarum stantem & obsequentem, quæsiuisset, quid illic tantus vir ageret? illum vero respondisse, se ideo in loco illo pœnali deputatum esse, quia in schismate Pontificum, in parte Laurentij contra Symmachum sensisset, addidisse autem: Quæso tu pro me Dominum deprecare. Atque in hoc cognosces quod ex auditu sis, si huc rediens me non inuenieris. Quod ita factum esse, Gregorius ab aliis audiuit, qui capite 41. dicit: hoc ideo Paschasio, viro alias tam sancto, vt post mortem in sepultura etiam miracula ediderit, accidisse, ne culpa illa sine vltione laxaretur, quam ipse culpam esse non credidit, atque ideo eam stertibus non extinxit. Capite 45. dicit: plerumque de minimis culpis, ipsam solum pauorem egredientes iustorum animas purgare. Capite 55. dicit: Si culpæ post mortem insolubiles non sunt, multorum solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare, ita vt hanc nonnunquam ipsæ defunctorum animæ expectere videantur. Et hoc mox ex spectris suis probat. Narrat enim Presbyterum quendam, in loco vbi aquæ calidæ vapores nimios faciunt, solitum lauare, atque ibi inuenisse virum quendam incognitum, ad suum obsequium præparatum, calciamenta abstrahendo, vestimenta suscipiendo, &c. Cumq; hoc sapius faceret, Presbyterum illum cogitasse, se velle ipsi aliquid pro munere afferre, atque duas coronas oblationum, hoc est, rotundas placentas, quales in oblationibus solebant vsurpare, secum detulisse, quas cum famulo isti pro munere offerret ipsum respondisse: Hic panis sanctus est, quem ego manducare non possum. Ego enim huius loci Dominus aliquando fui, sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autem mihi aliquid præstare vis,

*Augustin. de
animarū de-
functorū ap-
paritionibus.*

*Causa crebra
rū apparitio-
nū spectrorū
tempore Gre-
gorij.*

*Anima Pa-
schasij Dia-
coni.*

*Fabula de
bainatore.*

Alia de Monacho possidē se proprium.

vis, omnipotenti Deo per me offer hunc panem, vt pro peccatis meis interuenias, &c. Ibidem narrat aliam Spectri fabulam de Monacho quodam, qui tres aureos possederat, & licet in agone vehementer ingemisset de hoc suo peccato, tamen in sterquilinio sepultus, post mortem diu in igne cruciatus fuit. Gregorius verò cogitauit vt ipsum eriperet, mandauit igitur, vt triginta continuis diebus pro absolutione illius, sacrificium offerretur. Tricesima autem die, mortuus ille fratri suo apparuit, dicens: Hucusq; malè fui, sed iam modo benè sum, quia hodie cōmunionē recepi. Huic fabulæ, in qua etiam defuncti post mortē communionē sacramenti recipiunt, Gregorius addit hoc Epiphonema: Concordate simul visione & sacrificio, res aperte claruit, quia defunctus per sacrificium euasit supplicium. Et hæc quidem Spectra, Gregorius nō ipse vel vidit vel audiuit, sed ab aliis narrata credidit, & nimis temeraria credulitate Ecclesiæ obtrusit (si tamē Dialogi illi, Italicis prodigiis pleni, à Gregorio scripti sunt, de quo, cum nec in genere orationis, nec rebus ipsis, reliquis Gregorij scriptis conueniant, eruditi non immerito dubitant) Et tamen in fine Dialogorum, cap. 58. ita concludit: Inter hæc autem pensandum est, quod tutior sit via, vt bonum, quod quisq; post mortem suam sperat agi per alios, agat ipse dum viuuit per se. Quantum vero Topica illa Gregorij ex Spectrorum apparitionibus valeat, postea in refutatione ostendemus. Nunc tantum historiam exadificati purgatorij contexamus vbi hoc obseruetur, quàm faceret spiritus impostores, purgatorij præsumptionibus illuserint. Si enim purgatio fieri deberet, in thermis siue in balneis ea rectius, quàm in igne fieret: Et tamen ex illis illusorijs thermarum Spectris, balnea animarum postea instituta sunt.

Balnea animarum.

QVOMODO SVB DAMASCENI NOMINE, SPECTRORVM illud dogma de purgatorio, tanquam ex autoritate etiam Græca Ecclesia, propositum sit.

DECIMO, Abductis semel animis à lege & à testimonio Scripturæ, ad apparitiones & reuelationes Spectrorum seu mortuorum, non difficile postea fuit, sub illo prætextu, per quasuis fabulas structuram purgatorij absoluere. Duo tantum obstare videbantur. I. Quod vetustiores dogma illud de purgatorio vel ignorassent, vel certè non constanter illud asseruissent. II. Quod Græca Ecclesia purgatorium ignem simpliciter non agnosceret: Imò in quinta generali Synodo expressè damnasset Origenicas purgationes, sicut Græcorum Apologia testatur. Iudicantur igitur duo illa obstacula quoquo modo esse amolienda Et contra primum *Ἐπιγράφα καὶ ἐμβολιμὰ*, sub vetustiorum nomine imperitioribus obtruserunt. Ac alias veterum sententias de oratione pro mortuis, contra mentem ipsorum, ad purgatorium suum contorserunt, sicut partim ostēdimus, Ita sub nomine Augustini, citatur à Gra-

Ἐπιγράφα ὁρ suppositiua scripta veterum.

tiano & Lombardo, liber de vera & falsa pœnitentia, cuius autor, capi. 71. ipsum Augustinum nominatim allegat. Et cap. 18. inquit: Conuersus in fine vitæ, vita quidem viuere, non tamen promittimus, quod euadat omnem pœnā. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis etsi æternus non sit, excellit tamen omnem pœnam, quam vnquā passus est aliquis in hac vita. Ita titulo Augustini feruntur sermones de festo commemorationis omnium animarum, vbi purgatorium strenuè defenditur. Cùm festum illud longè post Augustinum institutum sit. Allegant etiam Pontificij sententiam quandam, tanquam Theodoretis exponentis dictum, 1. Corint. 3. de igne purgatorij. Sed in commentarijs Theodoretis, in Epistolas Pauli prorsus contrarium extat: Ideò Græci in sua Apologia tales citationes rectè vocant *διαθορὰς καὶ παρεμβολὰς ἀπέλιζονταν*. Ex quæstionibus etiam Athanasij titulum præferentibus, quas tamen constat ipsius non esse, quædam allegat Damascenus. Item, ex quadam alia oratione sub titulo Athanasij, quæ nunc non extat, recitat oleum & ceram debere ad sepulchrum accendi, & reliqua consueta eò afferrī (*εἰς τὸ λύτρον*) vt sint precium redemptionis defuncti. Quòd Athanasius proculdubio nunquam vel sensit vel dixit, cùm contra Scripturam pugnet, & sit blasphemum in filium Dei. *λύτρον* enim nostrum nō est cera vel oleum, imò nec aurum nec argentum, sed solius immaculati agni filij Dei sanguis, 1. Petri 1. Et Canon Eliberitinus § 4. prohibet accensionem cereorum in cœmiterijs.

Liber de vera & falsa pœnitentia non est August.

Theodoret.

Quia vero quinta vniuersalis Synodus, circa annū 550. purgatorias opiniones Origenis damnauerat, sicut Græcorum Apologia testatur, contra hoc purgatorij præiudicium, Damasceni quandam orationem de defunctis extruserunt. Nec operose disputabo, an oratio illa *γυναικὸς* sit Damasceni, cùm in locis suis communibus de orthodoxa fide, nullam purgatorij mentionem faciat. Græca certè Ecclesia sententiam, quā Damascenus in illa oratione defendit, nunquā probauit. Autor est recentior, & à superstitionibus de imaginum adoratione non alienus. Auctoritas itaq; ipsius non est tanta. Sed ex re ipsa orationem illam æstimemus. Ostēdit autem hæc continuatio historię de purgatorio, quomodo Spectris semel in cathedrā Ecclesiæ admissis, fabulæ apparitionū & visionum, sive sine modoq; cumulatæ sint. Narrat igitur Damascenus fabulas ad eò fabulosas, vt ne Pœnitentię quidē illas omnes approbare possint. Dicit Protomartyrem quandam precibus suis saluam fecisse Falconillā post mortem, quæ Gentilis fuerat, & in idololatria, aliena à Christo mortua fuerat. Narrat etiam fabulam de Macario, qui cùm solitus esset pro defunctis preces fundere, & valdè desideraret cognoscere (*εἰ ἄρα πρὸς ὀνησιν γίνεσθαι*) an etiam ad aliquam vtilitatem fierent, quomodo ex arido cranio sciscitando de defunctis omnia didicerit. Dicit enim Deum amatorem animarum, voluisse Macario (*ἐνδείξασθαι καὶ πληροφθεῖσθαι*) certis argumentis hoc ostendere & confirmare, atque id eò cranio hominis mortui quod prorsus exaruerat, inspirasse verbum veritatis (scilicet Deut. 18. Esa. 8.) vt diceret ad Macarium:

Synodus vniuersalis §.

Oratio Damasceni suppositiua pro defunctis.

Fabula fictiua Damasceni. Falconilla.

Cranij loqui tur.

*Durandus.**De Gregorio orate pro Traiano mortuo.**Scholasticorum figmenta, quibus fabulas ficticias Damasceni in- crustant.**Bernhardin.**De cranio mortui.**Damasceni de purgatorio commentum. De Scholastico Vita dissolutioris.*

rium: Quando pro mortuis preces offers, tunc consolationes (*μικρὰς*) exiguas sentimus. Citat autem Durandus ex vitis Patrum, quod cranium illud fuerit Sacerdotis gentilis, qui in Idololatria mortuus fuerat. Commentum etiam de Gregorio non simpliciter, sed magna asseueratione recitat, quod scilicet Gregorius per forum Traianum iter faciens, validam orationem ad Deum effuderit, ut Traiano Imperatori veniam seu indulgentiam peccatorum donaret. Et cōfessum diuinitus vocem auditā: Orationem tuam exaudiui, & Traiano do veniam, tu verò pro impiis defunctis preces mihi non offeras. Hæ Damasceni fabellæ, multum negotij etiam Scholasticis fecerunt, ut crassam eorum impudentiam, colore aliquo incrustarent. Et vile est considerare sarcasmos Diaboli in istis spectrorum illusionibus, id quod ex interpretationibus illarum fabularum colligi potest. Quidam enim putant Traianum ad illam Gregorij orationem ad vitam reuocatum, & fecisse pœnitentiam, qua veniam & gloriam meruerit. Alij existimant animam Traiani non simpliciter à reatu pœnæ æternæ absolutam, sed eius pœnam vsque ad diem iudicij fuisse suspensam. Sunt qui dicunt animam Traiani non fuisse ab inferno liberatā, sed ab inferni cruciatibus exemptam, ut in inferno quidem maneret, sed inferni pœnas non sentiret. Bernhardinus verò existimat hanc opinionem veriolem esse, quod Traianus non definitiuè, sed conditionaliter tantum fuerit damnatus, diuinam enim sapientiam præudentem Gregoriorum pro Traiano, singulari dispensatione distulisse sententiam diffinitiuam damnationis ipsius. Ita pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt, misit eis Deus efficaciam erroris, ut mendaciis credant, 2. Thessa. 2. Eodem modo de Macarij cranio Durandus ridiculè inquit, ex orationibus Macarij damnatos, pro quibus orabat, hoc consecutos, ut mutuo se viderent in tormentis, & hanc fuisse exiguam illam consolationem, iuxta dictum: Gaudium seu solatium est miseris socios habere in pœnis. Si quis non agnoscit has esse illusiones Diaboli prorsus exæcatus est. De purgatorio verò eandem prorsus cantilenam canit Damascenus, quæ in Pontificia Ecclesia resonat, & ad eius confirmationem inter cæteras fabulas intertextit & hanc. Quod sancti cuiusdam patris discipulus, qui in vita dissolutiore mortuus fuerat, seni cum lachrymis oranti, post mortem à Deo monstratus fuerit, in flamma ceruicetenus ardens, sicut diues ille epulo. Cùm verò sanctus ille magis se affligeret, ostensus fuerit ei vsq; ad zonam ardens. Cùm verò afflictionem afflictioni adderet, in visione môstratum seni, discipulum omnino ab igne liberatū. Tam euidentem visionē de purgatorio, ne Gregorius quidem habuit, sed eiusdem classis est hæc visio, cuius est illa de Falconilla, de Macario, & de Traiano. Tales certè fabulas quinta Synodus non tam risisset, quàm anathemate damnasset. Et tamen tanquam ex autoritate Græcæ Ecclesiæ, oratio illa Damasceni, pro stabiliendo purgatorio circumfertur.

Mox verò obiicit sibi Damascenus quo scriptum est, in inferno nulla redemptio, & responsionem versibus ludit, quod eos, qui sine vera agnitione Dei, & tamen præclaris virtutibus

præditi, mortui fuerant, Christus descensione sua ad infernos illuminarit & saluarit, quia misericordia Dei superat iudicium eius. Disputat etiam de lancibus, in quibus sub emissionem extremi halitus, cuiusque opera appendantur, & prout sinistra lanx momentum fecerit, dextram orationibus, eleemosynis & suffragiis pro defunctis implendam esse, in qua etiam panem, quem Petrus quidam Telonarius, pro lapide aliquando in faciem mendici iracundus proiecerat, locum habere, & momentum afferre docet. Refutationem suo loco tractabimus, nunc tantum historiam contexamus, ut obseruetur, quomodo subinde maior facta fuerit doctrinæ inclinatio, utque fucus detrahatur Pontificiis, qui existimant se illa Damasceni oratione, tanquam Græcæ Ecclesiæ testimonio, nos valde posse premere, cùm tam crasse sentiat & loquatur, ut ne ipsi quidem Pontificij omnia possint recipere. Et sine dubio diuinitus factum est, quod talia crassa mendacia interspersa sunt, ut cuius doctrina sit, proderetur, sicut pueri dicunt: Satanam etiam, quando se in Angelum transformauit, tamen ungulis prominentibus prodi. Ipse certè Damascenus, de redemptione in inferno dicit, *πάντα ἐν ἀποθαντικῶς ἀλλὰ συλλογιστικῶς διὰ τὸ φιλάλεθρον*, id est, hæc non definitiuè, asseueratiuè, aut demonstratiuè, sed ratiocinādo fratrum studio & amore disputamus. Et hæc sunt, quæ sub Damasceni titulo, post Gregorium ex spectris mortuorum, ad dilatandos & confirmādos purgatorij terminos proferuntur, quæ quantum valeant, cordato Lectori obicium esse nō potest, sicut postea in refutatione ostendemus.

QVOMODO INITIA

ILLA PURGATORII, IN ECCLESIA

Pontificia, aliis & nouis subinde visionibus, reuelationibus, & spectris, aucta & confirmata sint, donec tandem inter articulos fidei non postremum locum purgatorium habere cœperit.



ACTENVS ostendimus, purgatoriu ex Philosophicis humanæ rationis principiis, primam suam originem habuisse, & variis quidem modis tentatum fuisse, ut a-

scititio aliquo ex Scriptura fucio Ecclesiæ obtruderetur, sed nec ex scriptura, nec ex aliis argumentationibus potuit vllas firmas vires aut solidum robur acquirere, cùm disputatores inter se, sicut hætenus ostendimus, dissentirent, & alter alterius opiniones conuelleret, quod difficile non fuit, cùm in arena fundatæ, & ex arena, sicut Irenæus loquitur, connexæ essent. Postquam verò semel hoc receptum fuerat, citra & extra Scripturam posse ex visionibus & ex spectris mortuorum, dogmata seu articulos fidei constitui, nullo deinceps negocio, in Pontificia Ecclesia, purgatorij exædificatio absoluta fuit. Et tamen, quod benè notandum est, nullius ex veteribus opinionem de purgationibus, per omnia sequi vel volunt vel possunt Pontificij, sicut collatio ostendit. Adeo incerta, inconstans, & mutabilis est opinio purgatorij. Tot verò ac talia de visionibus & reuelationibus, vel ab hominibus confi-

*Lances Damasceni.**Trid. Synodus de purgatorio.*

conficta, vel à Satanæ illusionibus in Pontificia Ecclesia obiecta sunt, vt ipsa Tridentina synodus fateri cogatur, multa in illis esse incerta, curiosa, superstitiosa, specie falsi laborantia, & turpe lucrum redolentia. Quæ verò illæ sint non explicant, si enim talia essent remouenda, tunc in tota purgatorij structura, nihil salui aut residui maneret. Ex iis igitur, quæ apud ipsos authentica habentur, quædam quæ ad continuandam purgatorij historiam facere videbuntur, annotabimus.

Colligitur autem ex consideratione & serie historiarum, Gregorij topicam ex spectris mortuorum, multis in Ecclesia non satisfecisse, cum Scriptura expressè prohibeat à mortuis veritatè quærere, Deut. 18. Esa. 8. Obseruetur itaq; in ordine historiæ, quomodo ex aliis reuelationibus & visionibus, subsidia & supplementa spectris mortuorù, ad stabiliendum purgatoriũ succenturiarunt, Ita de mortuis quibusdam resuscitatis cõsixerunt reuelationes, in suppositiua & prorsus commentitia quadam epistola, sub nomine Cyrilli Episcopi Hierosolymitani, vbi homo Græcus latinè scribit de miraculis Hieronymi defuncti, cùm Hieronymus viuens Cyrilli istius vità describeret. Causam autem figmenti, actores fabulæ non dissimulant, fuisse scilicet sectam inter Græcos, quæ inter cætera asseruerit, nullũ fore purgatorij locum, in quo animæ, quæ nondum de suis peccatis in mundo plenam egissent pœnitentiam, purgarentur. Et sectam illam etiam ad Latinos vsq; venisse. Fictitius igitur ille Cyrillus, scribit hac de re ad commentitium Augustinum. Notabit autem Lector, quia Augustinus de purgatorio dubitabat, & Græci illud prorsus negabant, ided commentum illud excogitatum fuisse, vt duo illi scrupuli hominibus eximerentur, & simul contra Augustini dubitationem, & contra Græcorum negationem, purgatorium stabiliretur. Fingit itaque personatus iste Cyrillus, Hieronymum post mortem apparuisse Eusebio cuidam, & mandasse, vt sacco suum tribus defunctorũ cadaueribus imponeret, fore enim vt tres illi à mortuis resuscitati, hæresin istam negantem purgatorium, suis narrationibus radicitus extirparèt. Et tres illos, sacco Hieronymi resuscitados, per viginti dies inter homines rursus versatos, & narrasse se post mortem ad præsentiam Iudicis deportatos, cumque post accusationè sententia damnationis iam publicanda esset, interuenisse Hieronymum, ac propter reuerentiam ac deuotionè à tribus illis sibi exhibitam obtinuisset, vt sententia suspende-retur, & reuersi ad corpora, pœnitentiam de perpetratis peccatis agerent, ac errorem negantem purgatorium, destruerent, vtq; ed efficacius illud facere possent, Hieronymũ deduxisse ipsos ad purgatorium, & ad infernum, vt non tantum viderent, sed experientiam pœnarum probarent, ac de illis testificarentur apud superstites. Ab illis igitur Cyrillus, qui fatetur se antea incertum fuisse de pœnis purgatorij, narrat se multa de altero seculo didicisse. Et vnum ex illis dixisse, si omnes, quæ in hoc mundo excogitari possunt pœnæ, comparentur minino tormento purgatorij, solatia esse. Debere enim quenq; potius omnibus illis pœnis, quas vniuersi homines ab Adam hucusque singulatim pertule-

runt, simul ad finem mundi vsque, sine vllò remedio velle cruciari, quam vno die in purgatorio, minima, quæ ibi habetur pœna, torqueri. Narrat etiam Cyrillus, se interrogasse ex resuscitatis illis vnum, in quo differant tormenta purgatorij & inferni? Et respondisse illum: Eisdem esse magnitudine pœnas purgatorij & inferni, in hoc tantum differre, quod infernales pœnæ non finem expectent, sed augmentum, in die vniuersalis iudicij, purgatorij verò pœnæ sint cum fine. Nam post expletam pœnitentiam, inde exempti, gaudiis beatissimis perfuerunt. Ita Apologus ille. Et in Scriptura quidem multi leguntur ex mortuis resuscitati, nullas tamen nouum articulum fidei attulisse, aut de purgatorio oracula protulisse legitur. Similes fabulas Pontificij multas habent, de iis, qui ex purgatorio post mortem ad corpus reuersi singuntur.

Secundò sixerunt viuentes quosdam in extasi raptos, vidisse pœnas purgatorij, vt in speculo exemplorum, distin. 3. exemplo 3. Presbyter quidam in extasi, apertis oculis vidit animas variis subditas pœnis, discursu reciproco longè lateq; vagari, hinc inde in mundo, & quosdam ex illis ocyus, quosdã verò tardius liberãdas. Vidit etiam animam Constantini iudicis Turritani, quæ per nouè annos in stillicidio domus suæ, ventis, pluuiis & algoribus exposita, excessuum suorum pœnas luerat, per columnam quandam fulgidam, porrectam, de cœlo vsq; ad terram, ad cœlum scandere. Ibidè exemplo 60. Monachus quidam in extasi vidit in purgatorio animas, verubus & contis acuminatis infixas, ad rogam maximum torreri & assari in modum anserum, vbi ex tortoribus quidam ignem flabellis exustabant: alij adipem ex ardentibus defluentem, & eundem rursus bullientem refundebãt. Postea vidit locum refrigerij, vbi animæ quasi post graues labores quiescebant. Et quis iam dubitare audebit de purgatorio, cum eodem prorsus modo probetur, sicut Virgilius Platonis purgatorium confirmaturus, Aeneam viuum ad loca illa pœnarum deducit.

Tertiò sixerunt viuos quosdam, sine extasi vidisse & audiuisse pœnas purgatorij, & liberationem ex illis. Ita in Lombardica aurea legenda, de commemoratione defunctorum, cùm Episcopus Theobaldus magnum frustum glaciei propter refrigerium pedibus supposuisset, audiuit ex glacie illa vocem hominis dicentem. Sum quædam anima, quæ in hoc gelicidio pro peccatis meis affligor, & liberari possem, si triginta Missas sine interuallo triginta diebus continuis pro me diceres. Ibidem legenda 185. Conradus & Vdalricus apud castrum Louffen viderunt in ipso turbine aquæ, procellis hinc inde spumantibus, duas aues introeuntes & exeuntes mergi. Intellexerunt igitur in Spiritu duas animas fore sub specie illarũ auium, quæ ibidem ob scelerum multitudinem purgatorium suum sustinerent. Ambo igitur Missam pro defunctis celebrarunt, & illarum auium species amplius ibi non viderunt. Est ergo purgatorium nõ in igne tantum, sed & in thermis, in balneis, in vmbra arborum apud Gregorium, in vagis discursionibus, in ventis, algoribus, pluuiis, stillicidiis, fluctibus, glacie, &c. Si quis igitur infirmus in fide, non posset credere ignem purgatorium, nõ sta-

Differentia tormentorum inferni & purgatorij.

Extasis Constantini.

Constantinus Turritanus.

Monachus Visio.

Episcopus Theobaldus.

Conradus & Vdalricus.

Purgatorium nõ tantum in igne.

Nota reuelationes post Gregorij, ad purgatorij comprobationem.

Cyrillus Hierosolymitanus suppositus.

Hieronymus post mortem apparere purgatorio probando sudes. Miraculum trium resuscitatorum ab Eusebio.

tim esset hæreticus, si modo crederet, thermas esse purgatorias, balneum esse purgatorium, pluuias purgatorias, aquam purgatoriam, ventos purgatorios, glaciem purgatoriam, &c.

*Patritium.
Purgatorium
in puteo Hy-
bernia.*

Quartò, in Lombardica historia 49. Patritio reuelatum fuit, in puteo quodam maximo & profundissimo in Hybernia esse locum quendam purgatorij, in quem quisquis viuus descendere vellet, alia sibi pœnitentia non restaret nec aliud pro peccatis purgatorium sentiret, sed post vnius diei naturalis moram inde rediret in vitam. Et ne quis de fide fabulæ dubitet, clavis ad purgatorium illud Patritij, in Abbatia quadam asseruata fuit. Et nobilis quidam, Nicolaus nomine, cum pro peccatis suis in hac vita vellet Patricij purgatorium sustinere, clauem postulauit, & aperto ostio in puteum illum descendit. Mox verò in puteo sub terra inuenit oratorium quoddam, vbi Monachi albis induti officium celebrabant, & ab illis instructus, vt constans esset, à Dæmonibus arreptus, varias purgatorij pœnas non tantum vidit, sed expertus etiam est diuersarum scilicet ferarum terribiles voces, ignem maximum, vbi viui cremabantur, & laminis ferreis candentibus vsq; ad viscera flagellabantur. Vidit etiam serpentes & bufones ignitis aculeis, quorundam viscera extrahentes, quosdam vidit in sartagine frigeri, quosdam in rota vncinis ignitis, suspensos circumuolui, vidit & foueas metallis bullientibus plenas, in quibus alij vnum pedem, alij duos habebant, alij ibi erant vsq; ad genua, alij vsq; ad ventrem, alij vsq; ad pectus, alij vsque ad collum, alij vsq; ad oculos. Et reliqua ad imitationem Æneidos Virgilij non infeliciter conficta, quæ Tridentini Patres rejicere nō possunt. Est enim legenda authentica, imò aurea, & festum Patricij quotannis apud ipsos celebratur. Tantum igitur decreuerunt Tridentini, talia in popularibus concionibus non esse euulganda & tractanda, ne homines existiment se Homeri Odissæam, vel Virgilij Æneida, vel veras narrationes Luciani audire. Atq; hæc sunt fulera & firmamenta, quibus tota purgatorij domus inclinata recumbit, quorum ipsos Pontificios iam pudere aliquantulum incipit.

*Angelorum
reuelationes.*

Quintò, ex Angelorum etiam reuelationibus purgatorium stabilitum esse fabulantur in Aurea legenda de omnibus Sanctis. 157. Romæ enim custos Ecclesiæ sancti Petri, in extasi ab Angelo ductus fuit ad locum purgatorij, vbi vidit vtriusq; sexus homines alios in stratis aureis, alios in mensis gaudentes diuersis delitiis, alios nudos & inopes auxilium mendicantes. Angelus verò dixit, hunc locum esse purgatorium, & abundantes animas illas esse, quibus ab amicis per multa suffragia copiosè subuenitur, egentes verò esse, quarum cura nulla habebatur. Iussit igitur Angelus omnia illa summo Pontifici significari, vt post festum omnium Sanctorum, institueret diem animarum, &c. Hoc verò bonum est purgatorium, vbi animæ non igni torrentur, sed in lectis aureis quiescunt, & in mensis eburneis, omnibus delitiis affluunt. Sed quia additur, hæc illis contingere, quorum amici copiosè præbent sacerdotibus, quæ ad suffragia requiruntur, posset quis cogitare, sicut Bernhardinus inquit, presbyteros fecisse hanc adinventionem vt caprent eleemosynas, nisi ædituo Romano ab

Angelo hoc esset reuelatum. Quis verò nunc dubitet de illo, nisi totus mundus? Brigitta verò in suis reuelationibus, cap. 34. fingit, Christum ipsum sibi & pœnas purgatorij, & modum liberationis inde per orationes, per eleemosynas, & per sacrificium missæ reuelasse.

Sextò, vt omnis generis testibus, ex loco à sufficienti enumeratione, purgatorij veritas comprobaretur, ipsi etiam Diaboli, testes scilicet omni exceptione maiores, suum addiderunt calculum. Ait enim Petrus Damiani in Lombardica historia 158. quod S. Odilio comperiens, quod apud Vuleaniam Sicilia, crebro voces & ululatus Dæmonum audirentur plangentium, quod animæ defunctorum per eleemosynas & orationes de manibus ipsorum eriperentur, ordinauerit festum commemorationis defunctorum. Et quid iam requiritur amplius, nisi vt fidem nostram, & sensum Scripturæ captiuemus in obsequium Spirituum erroris, in hypocriti loquentium mendacium, si non à mortuis tantum, sed ab ipsis etiam Diabolis querenda est veritas. Et hoc loco venit mihi in mentem, quod Bernhardinus, serm. 13. de Indulgentiis scribit. Ibi enim Monachus quidam ad ipsam dicit: Ego non credo, quod per istas indulgentias, homo euadat pœnas purgatorij. Bernhardinus verò respondet: Tibi non proderunt, quia in eis non habes fidem, sed bene mihi, quia firmiter hoc credo. Et addit: In signum huius dicitur, sicut credidisti, fiat tibi. Item, o mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Hæc iste.

*Diabolorum
testimonia.*

S. Odilio.

Bernhardin.

Postremò, omnia quæ ad purgatorium pertinent, vt peccata promerentia purgatorium, locum, ignem, pœnas, durationem, liberationes, &c. Ex talibus reuelationibus certa prorsus & definita habent Pontificij: Ita soror Damiani, quia aliquando fistulam dulce canentem cum delectatione quadam audierat, propterea per 15. dies in purgatorio tormentis subiecta fuit, id quod ipsa post mortem fratri suo Damiano retulit in sermonibus discipuli suo. Et Monachus quidam, qui ob conciliandum somnum aliquando vinum non mixtum biberat, in purgatorio miserabiliter cruciatus fuerat, apud eundem serm. 160. O beatos igitur caupones, qui dum vinum aqua adulterant, multas animas à purgatorio præseruant. Ibidem Monachus quidam in purgatorio conuicitur idem, quod in agone amicos laicos ad se admiserit. In speculo exemplorum, distinctione 8. exemp. 65. Magister quidam scholarem suum rogauit, vt post mortem ad se rediret, & statum suum renunciaret. Is igitur apparuit ei cum Cappa ex Pergamento intus flamma ignis contacta, & dixit: Hæc Cappa plus me premit, quam si vnam turrim super me haberem. Et cum Magister pœnam illam facilem iudicaret, dixit ei defunctus, vt manum extenderet. Ibi ille guttam vnam sui sudoris dimisit, quæ magistri manum statim, vt sagitta perforauit, vnde cruciatum mirabilem sensit, distinct. 5. exemplo 115. Quidam vno die fuerat in purgatorio, & propter ineffabilem torturam, putabat se multis annorum circulis ibi fuisse, distinctio. 9. exemplo 183. Quidam Monachus absente Abbate, sine absolutione & sine iniuncta pœnitentia mortuus fuerat. Orante autè postea Abbate, defunctus apparuit petens absolutionem. Ab-

*Soror Dami-
ani.*

*Monachus
vinum non
dilutū quæ
bibens.*

*Speculum ex-
emplorum.
De scholari.*

*De Monacho
quodam.*

his vero nesciens, quæ poenitentia iniungenda esset defuncto, dixit, vt pro poenitentia saltem tamdiu staret in purgatorio, donec corpus eius esset sepultum. Ibi defunctus horribiliter exclamauit, quod tamdiu in purgatorio morari deberet. Bernhardinus in suo Rosario fabulatur, tres Marchiones post mortem, Mantuæ in quodam pulchro palatio fecisse poenitentiam, qui Sorori dixerunt, si promitteret ire pro eis quibusdam vicibus ad quandam Ecclesiam sanctæ Mariæ campestrem, & hoc nudis pedibus, quod statim intrarent gloriam Paradyfi. Item, alius quidam mortuus apparuit, & dixit, vt curaretur fieri anniuersarium pro anima, quæ eo indigeret. Alibi cum spectrum quoddam valde tumultuaretur, dixerunt presentes, noli amplius huc reuerti, & cras curabimus fieri missas pro te, & eleemosynas dari, vt à pœnis eruaris. Et tunc spectrum illud amplius non rediit. Apparuit etiam maritus quidam defunctus vxori suæ, gestans candelam in manu, cum que vxor interrogaret, respondit ille: Hæc est candela, quam posuisti ante imaginem Mariæ pro anima mea, fac aliquid boni pro me. Sum enim in purgatorio. Et quia non faciebam eleemosynas pro patre meo, Deus omnia bona, quæ feceram pro me reputauit pro anima patris mei, ideo ille est iam liberatus: Ego vero remaneo in purgatorio. Dicas ergo filiis meis, vt benefaciant pro me, alias Deus faciet eis, sicut mihi fecit. Item, mortuus quidam surgens ex sepulchro, pulsauit ad ianuam sacerdotis, dicens: O domine, surgite, & præparate vos ad faciendum meum trigessimum, & dicite vxori meæ, vt faciat eleemosynas pro anima mea. Monachus etiam quidam, cum in die mortuorum missam celebraret pro eis, vidit quasi infinitas animas de purgatorio exeuntes, & in Paradysum euolantes, tanquam scintillas de ardenti fornaci exeuntes, & in aëre transuolantes. Et concludit tandem Bernhardinus. Si quis poneret aurem ad foramen purgatorij, quales ille lamentationes audiret! Misere mini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Et inter ipsos Monachorum ordines de hac re fuerunt mirificæ contentiones. Franciscani enim concionabantur Franciscum quotannis descendere in purgatorium, & cultorum suorum animas in delibere. Dominicum dicebant, singulis mensibus hoc facere: Prædicatores clamabant, Mariam cultores suos non tamdiu relinquere in tormentis purgatorij, sed singulis Sabbathis eo descendere, & deuotos suos in delibere. Illis omnibus Augustinianus contradixit, monstrans ex scriptura eos, qui in Christum credunt, non venire in iudicium, sed à morte transire ad vitam, sicut latroni Christus dicit: Hodie mecum eris in Paradyso.

Tales fabulæ infinitæ extant in istorum libris, ex quibus aliquas breuiter excerpere volui, quæ ostendunt, ex qualibus illusionibus, constitutum, stabilitum & confirmatum sit purgatorium apud Pontificios. Nō enim ex verbo Dei, sed ex huiusmodi spectrorum illusionibus habet, quæcunq; in tota doctrina de purgatorio tradunt. Et quamquam fons meretricis Babylonicæ, iuxta Prophetæ dictum, perfricta, imo plus quam aenea est, vnde cōfusione non cōfunduntur & erubescere

nesciunt: Singulari tamen iudicio Dei impletum iam est aliud Prophetæ dictum: Ostendam Gentibus turpitudinem tuam, & regnis ignominiam tuam. Et ne ficulneis perizomatis illam rursus, quod strenue conantur, obuelare possint, ad hoc prodest talis repetitio fabularum purgatorij.

Ex hisce vero spectris, & non ex Scriptura, constituerunt Pontificij totam structuram sui purgatorij, quam in principio huius locis ipsorum verbis delineauimus. Præcipue vero quod viuorum suffragiis animæ defunctorum in purgatorio possint adiuuari, releuari & liberari, & quomodo hoc fiat, definite & determinate prorsus sciunt ex spectrorum narrationibus. Ex illis postquam omnia hæc iam constituerunt, deinde honoris (quod dicitur) gratia, quæritur prætextus quidam ex Scriptura. Quia scilicet multi vnum corpus simos, & alter alterius membra, vbi vnum membrum sollicitum est de altero, Rom. 12. 1. Corinth. 10. & 12. Sicut igitur cibus aut medicina sumpta pro vno membro, adiuuat aliquo modo omnia mēbra, & prodest toti corpori: Ita, quia suffragia Ecclesiæ sunt cibaria & medicamina spiritualia, profunt omnibus membris & viuis & defunctis, qui etiam post mortem sunt & manent membra eius corporis, cuius caput Christus est: Ita illi. Sed Paulus hanc similitudinem, de iis, qui in hac vita, siue in hoc seculo sunt, expresse intelligit & explicat. In hac vero controuersia, ex Scriptura probandum erat, viuentes suis suffragiis posse satisfacere pro peccatis defunctorum, & quæ viuentes in hoc seculo agunt, ea prodesse defunctis in altero seculo, vt per ea à pœnis liberentur. His ex scriptura liquido probatis, tunc postea similitudo illa recte accommodaretur. Ex solis vero similitudinibus sine manifestis & expressis Scripturæ testimoniis, non possunt dogmata constitui. Sed quid opus est de locis Scripturæ multa disputare, cum ipsi non diffiteantur, totam nundinationem suffragiorum pro mortuis, ex spectrorum reuelationibus ortam, auctam, confirmatam & stabilitam esse, ad quam præsumptionem scriptura postea detorta fuit.

Dux vero quæstiones sunt, quas magna contentione, & quidem operose disputant Scholastici, quia faciunt *oēs τὰ ἀδύνα*, vt scilicet sacerdotes suffragia sua vendibilia facere, & eo carius extrudere possint. Vea quæstio hæc est: An suffragia tantum valeant si fiant pro pluribus, ac si pro vno fierent? Item, an suffragia facta specialiter pro vno, præsint æqualiter omnibus in purgatorio existentibus? Et Præpositius quidē disputauit, quod sic: sumpta similitudine à candela, quæ accensa pro vno, reddit lumen omnibus existentibus in iilo conclaui. Item, Sicut lectio pro vno, prodest omnibus cum illo existentibus, quia vox vna omnibus communicatur. Sed quia hac ratione, tota nundinatio suffragiorum, septimi, trigesimi, anniuersariorum, & memoriarum perpetuarum, magno cum detrimento culinarum, mox prorsus concideret: Tota igitur factio Scholasticorum & Monachorum, contra Præpositiui sententiam insurgit, & contrarium defendit, quod scilicet ille citius exhibit de purgatorio, pro quo fiant plura suffragia in specie, vt si duo æqualibus pœnis obligati, simul intrent purgatorium, vt maneat ibi per centum

Bernhardinus de tribus Marchionibus.

De spectro in muliere.

De marito apud parentem post obitū coniugi.

De mortuo surgente ex sepulchro.

De suffragiis.

Multis sumis vnum corpus.

Refutatio.

Dux quæstiones Pontificiorum de suffragiis, quæ sunt defunctorum. Prima quæstio.

tum annos, possunt pro vno tot suffragia specialia fieri, vt intra horam à pœnis illis liberetur, cum alteri, pro quo nulla particularia suffragia fiunt, per multos annos in pœnis illis permanendum sit. Et hoc Bernhardinus in suo Rosario concludit hoc Epiphonemate. Valde itaque vtile est habere heredes deuotos, qui scilicet magnis impensis multas & sumptuosas exerceant nundinationes suffragiorum cum sacerdotibus. Et quis neget multum hoc prodesse, si non animabus defunctorum, at certe sacrificulis, qui Curios simulant & Bachanalia viuunt: Si non ad purgatorij ignem refrigerandum, at certe ad hoc, vt in sacrificulorum culinis, assiduo luceat igne focus.

*Bernhardini
Epiphonema.*

*Secunda qua-
estio.*

Altera quaestio est, vtrum suffragia facta pro defunctis, ab illis, qui sunt in peccato mortali, profint eis? De hac vero quaestione postquam in vtranq; partem disputarunt, tandem inclinant in hanc sententiam. Cum pauci sine crimine uiuant, tutius & melius esse, vt suffragia pro defunctis per sacerdotes fiant, quam per priuatos. Quia Sacerdos, aiunt, est quasi syndicus Ecclesiae, & minister generalis, cuius opera Sacramentalia non aestimantur ex ipsius dignitate, sed ex merito vniuersalis Ecclesiae. Atque hæc disputationes admodum felicem & copiosam fecerunt Pontificiorum nundinationem, confluentibus totius ferme mundi opibus, in baratrum purgatorij, cuius ignis siue sub terra luceat, siue non, Pontificiorum certe culinas laute & opipare illustrauit.

*Contentio Ca-
nonistarum
& Scholasti-
corum de Vir-
tute suffra-
giorum.*

Est etiam contentio inter Canonistas & Scholasticos. Illi enim, 12. q. 2. cap. Tempus autem, &c. faciunt ex Augustino quadrimembrem diuisionem. I. Quosdam esse valde bonos in Paradiso, qui suffragiis non indigeant. II. Quosdam esse valde malos in inferno, quibus suffragia nihil profint. III. Quosdam mediocriter esse bonos, qui ex purgatorio per suffragia liberentur. IIII. Quosdam in inferno esse non extreme malos, illi licet per suffragia non possint à damnatione liberari, tamen damnationem eorum per suffragia vel mitiorem & tolerabiliorem reddi, vel vsque ad iudicium suspendi posse. Sed hoc quartum membrum Scholastici prorsus negant. Contenti enim nemini in inferno prodesse suffragia nec quo ad liberationem, nec quo ad mitigationem, nec quo ad suspensionem pœnæ, nec quo ad fortificationem tolerantia.

*Scholastici
dissent ab
Augustino
& Gregorio.*

*Purgatorium
contradictio-
nibus constat.*

*Vigilia mor-
tuo-
rum non
meminerunt
purgatorij.*

Illud etiam quod Augustinus & Gregorius disputant, per suffragia viuorum posse defunctis impetrari remissionem culpæ venialis, Scholastici non concedunt, qui volunt omnem culpæ remissionem in hac vita fieri, & suffragia valere tantum ad pœnæ vel diminutionem, vel solutionem. Ita ergo tantum ex dissentientibus opinionibus constat purgatorium.

Illud etiam obseruatione dignum est, quod in vstitatis vigiliis mortuorum, nulla prorsus mentio fit, vel purgatorij vel ignis ipsius. Et lectioes cum Psalmis, ex scriptura sumptæ, nullum prorsus verbū habent, quod vel doceat, vel mandet, vel promittat, vel oret, vel quod vllam mentionem faciat, animas defunctorum post hanc vitam, suffragiis viuentium vel releuari, vel liberari ex purgatorio. Sed loquuntur de miseris huius vitæ, de pœnitentiâ & reconciliatione cum

Deo in hac vita, de beatitudine fidelium, post hanc vitam in Christo, & de resurrectione mortuorum, quæ viuorum instructiones & consolationes fuerunt. Et quia antiquitus statim post emissum defuncti spiritum presbyteri aduocabatur, qui cum amicis defuncti pernoctabant, ex verbo Dei philosophantes, sicut Chrysostomus inquit, Vnde appellatio vigiliarum, quæ in media die iam celebrantur, reliqua est. Antiphonæ igitur, versiculi & responsoria in vigiliis illis, animam defuncti recens emissam Deo commendant, vt dimissis peccatis, ab inferno & à morte æterna custodiatur & liberetur, ne in die extremi iudicij, secundum peccata iudicetur & condemnetur, sed vt in resurrectionis gloria inter electos respiret. Nulla igitur ne in vigiliis quidem mentio fit purgatorij, adeo vt Ingoistadienses cogantur preces illas in vigiliis per auxesin & catabresin eludere, nisi velint purgatorium amittere. Posteriores vero quidam Pontifices, orationes quasdam de tormentis purgatorij addiderunt vigiliis.

Porro Græca Ecclesia hac in re semper à Latinis dissentit, nec purgatorium vnquam recipere voluit. Tandem vero circa annum Domini 1430. cum à Turcis Græci infestarentur, spe consequendi auxilij, Palæologus Constantinopolitanus Imperator, tentauit facere vnionem cum Latinis. Et in Basiliensi quidem Concilio Græci, scripta Apologia, quæ extat, purgatorium Romanorum improbarunt & reiecerunt. Postea vero, cum Eugenius schismaticus Basiliense Concilium dissipasset, Ferrariæ & Florentiæ diu multumq; cum Græcis actum fuit. Et controuersia quidem de processione Spiritus sancti rite fuit declarata & composita. Pontifex vero vehementer vsit, vt in reliquis etiam controuersis articulis, de purgatorio scilicet igne, de Romani Pontificis primatu seu principatu, de pane azymo, & diuina panis transmutatione in Eucharistia, Græci ad Latinorum sententiam accederent. Græci vero responderunt, se tantum in mandatis habere, vt de processione Spiritus sancti tractent. De reliquis igitur quaestionibus non posse se ex Orientalis Ecclesiae autoritate, aliquid constituere. Cum vero Pontifex vrgeret, & Palæologus Imperator spe auxilij concedendum aliquid existimaret, cœperunt Græci, excepto Ephesino, de illis quaestionibus generaliter & ambigue respondere, & tamen cū protestatione, ne in literis vnionis illorum articulorum mentio fieret. Extorsit tamen Eugenius & hoc à Palæologo, cum Bessarionem & alios Græcos variis artificijs sibi obnoxios fecisset (acriter tamen contradicente Ephesino) vt in literis vnionis purgatorium etiam, quasi à Græcis receptum & approbatum, poneretur. Factum hoc fuit, anno 1439. sed vix anni 14. ab illa vnione exierat. Cum Mahometus Turcarum Imperator, capta Constantinopoli, totum Orientis Imperium abstulit anno scilicet 1453. quod multi Græci interpretati fuerunt propter simulatam illam cum Latinis vnionem factum esse. Atque ideo vnionem illam resciderunt, & purgatorium Latinorum, sicut antea, ad hunc vsque diem constanter improbarunt & negarunt.

*De Ecclesia
Græca.*

*Basiliense
Concilium.*

*In quibus
Græca Eccle-
sia à Romana
dissideat.*

Vvaldenses etiam cum aliis circa annum 1200. Vvaldenses de purgatorio Pontificium negarunt. Docuerunt

runt autem verum purgatorium esse in hac vita, iuxta hæc Scripturæ dicta Ebræ. 1. Facta purgatione peccatorum, &c. 1. Ioannis 1. Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato. 2. Timoth. 2. Si quis se expurgarit ab istis, erit vas in honorem. VVesselus circa annum 1480. disputavit, animas solutas à corporibus, non supplicio aliquo purgari, sed quia imperfectæ in agnitione & in charitate hinc discedunt. Dicitur igitur in altero seculo, ante iudicium, illas crescere & perfici, sub disciplina Dei patris, & sub doctore Iesu, & illo profectu sentit eas purgari. Et dicit Augustinum de verbis Domini, appellare hoc intellectualem disciplinæ ignem. Allegat etiam Nazianzenum, qui duplicem ignem fecit, purgatorium, de quo Christus dicit: Veni ignem mittere in terram, & quam velim illum iam ardere. Punitorium vero qui paratus est Diabolo & angelis eius.

Inter posteriores etiam Græcos quidam disputare cœperunt, posse fieri, ut animæ quædam post hanc vitam purgentur, nō quidem igni, sed vel carcere, vel tenebris, vel turbine. Et ab hac sententia Lutherus in principio in suis articulis non abhorruit, scilicet turbationem, pauperem, horrorem esse purgatorium. Alij vero Græci, sine intermedia pœnali purgatione, sentiunt credentium animas transire ad Paradysum, Deo ex *ελεησπονία* condonante ipsis peccata. Et quomodo Lutherus postea, re diligentius ad normam Scripturæ examinata, purgatorium gladio Spiritus subuerterit, & ignem illum extinxerit, historia recens est, & plagam illam totum regnum pontificium sentit & dolet, ac omnis generis flabella ad resuscitandum illum ignem conquirunt, sed nequicquam.

Hanc purgatorij historiam mediocri diligentia collectam, in principio huius loci ponere volui, monstrat enim fontes & fundamenta explanationum & refutationum in tota hac cōtrouersia, atque ideo reliqua capita huius loci, breuius iam expediri poterunt.

COMMENTVM PONTIFICIORVM DE PVRGATORIO,

alienum esse à Scriptura & cum Scriptura pugnare.

ACTENVS de structura purgatorij diximus, quomodo ex Philosophorum rationibus, ex Poëtarum fabulis, ex Iudaicis præsumptionibus, ex Apocryphoꝝ commentis, ex Origenicis allegoriis, ex humanis traditionibus & consuetudinibus, atque ex dubitandis disputationibus fuerit sensim coagmentata, & subinde accedentibus nouis architectis variata & mutata, iuxta dictum: Diruit, & edificat, mutat quadrata rotundis, donec tandem ex spectris mortuorum, & ex illusoriis visionibus ac reuelationibus, in Pontificia Ecclesia inter articulos fidei locum meruit. Iam vero opiniones illas Pontificij purgatorij, ad regulam seu Canonem verbi Dei exigemus, an illi consentaneæ sint vel repugnantes. Ideo enim constitutus est Canon librorum Canonicorum, inquit Augustinus cōtra Cresconium, ut secundum illos de cæ-

teris libris & disputationibus, vel fidelium, vel infidelium libere iudicemus, & quod in eis diuinarum Scripturarū authoritati congruit, accipiamus, quod non congruit, ea libertate, ad quam nos vocauit Dominus, respuamus. Sacra enim Scriptura doctrinæ nostræ regulam figit, inquit idem: Ne audeamus sapere plus quam oportet, ut docere in Ecclesia nihil aliud sit, quam vocem doctoris Spiritus Sancti ex Scriptura repetere & recitare. Nam iuxta Basilium, manifesta *ἐκπλῶσις* est à fide, aut reprobare quid ex his quæ scripta sunt, aut superinducere quid ex non scriptis.

Quicquid autem attulerint, & vndeunque recitauerint, audiamus nos potius, si oues eius sumus, vocem pastoris nostri. Ergo in Scripturis sanctis Canonicis, sicut Augustinus Ecclesiam, ita nos purgatorium requiramus. Hoc enim quod de sacris voluminibus sumitur, inquit Origenes, firmum & solidum est, quod qui sequitur securus ingreditur. Quando vero absque Scriptura aliquid dicitur, auditorum cogitatio, inquit Chrysostomus, claudicat. Suspecta igitur secundum Gersonis consilium debet esse omnis reuelatio, quam non confirmat lex & Prophetæ cum Euangelio. Sensus quippe nostri & enarrationes, sine sacris Scripturis testibus non habent fidem, inquit Orig. Sequamur itaq; hoc etiam loco Chrysost. consiliū, ut non multorū opiniones habeamus, nec respiciamus quid huic vel illi videatur, sed hæc omnia in Scripturis inquiramus. Non enim humanis documentis, sed diuinis oraculis dogmata demonstranda sunt, inquit Augustinus. Legant itaq; Pontificij nobis, ut Augustini verbis utar, purgatorium suum ex Lege, ex Prophetis, ex Psalmis, legant ex Euangelio, & Apostolicis literis, & credemus. Sin minus, dicemus cum Tertullia. Adoramus Scripturæ plenitudinem: Aut Scriptum doceat purgatorij officina, aut si scriptū nō est, timeat vā illud adicientibus aut detrahentibus destinatum. Et quod Augustinus contra Petilianum de Ecclesia, idem nos rectissime de purgatorio dicimus. Purgatorium suum, si possunt, demonstrant non in sermonibus & rumoribus Latinorū, non in Conciliis Episcoporū suorum, non in literis quorumlibet disputatorum, nō in signis & prodigiis fallacibus, quia etiam contra ista verbo Domini præpariti & cauti redditi sumus, sed in præscripto legis, in Prophetarum prædictis, in Psalmorū cantibus, in ipsius pastoris vocibus, in Euangelistarum prædicationibus, & laboribus. hoc est, in omnibus Canonibus sanctorum librorum autoritatibus. Hæc sunt causæ nostræ documenta, hæc fundamenta, hæc firmamenta, inquit August. Item, non dicat ideo verum est, quia illa & illa mirabilia fecit, vel iste, vel ille, aut quia illa, & illa ibi contingunt, aut quia ille vel illa, tale visum, vel vigilans vidit, vel dormiens somniavit, remoueatur ista, vel signamenta mendacium hominū, vel portenta fallacium spirituum. Exigite ab istis, ut ostendant aliqua manifesta, de Canonicis libris testimonia: Memento quod Domini dictum sit, habent Moysen & Prophetas, audiant illos. Hæc Augustinus.

Nos equidem non sumus tam feri, barbari, aut inhumane stupidi, quin fratres nostros ex hac vita discedentes, charitatis vinculo, tanquam membra corporis Christi complectamur, eorum memoriam fraterna beneuolentia retineamus,

de

Vesselus.

Lutherus.

Basilium.

Augustinum.

Origenes.

Chrysostomus.

Gerson.

Augustinus.

Tertullianus.

Vsus Canonica Scriptura.

de ipsorum statu cogitemus, felicitati eorum faueamus, & beatissima quæq; ipsis optemus. Singuli certe in timore Domini de fine nostro cogitamus, precantes cum Dauide: Notum mihi fac Domine finem meum, & numerum dierum meorum. Quod enim viuimus in carne, in fide viuimus filij Dei, qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, Gal. 3. Vt siue viuamus siue moriamur, Domini simus. Roman. 14. Qui mortuus est pro nobis, ut siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum ipso viuamus. 1. Theff. 5. Vnice enim optamus singuli in hoc elogium includi, Beati mortui qui in Domino moriuntur, Apoc. 14. Ita enim cupimus dissolui, ut non veniamus in locum tormentorum. Luc. 16. Sed ut simus & viuamus cum Christo, Phil. 1. 1. Theff. 5. Si itaq; ex solidis & manifestis Scripturæ Canonice fundamentis liquido constaret, doctrinam de purgatorio, sicut à Pontificiis traditur, veram, certam & firmam esse, omnino suffragia illa, quæ animas ex tormentis purgatorij possent liberare, pro defunctis nostris, à sacerdotibus quantiscunq; impensis licitaremur, & viui curaremur, ut post mortem nostram liberaliter illa redimerentur. Quis enim sibi ipsi & suis non optaret, post mortem refrigerium, requiem & beatitudinem æternam? Sed frustra hæc omnia vel crederentur, vel timerentur, vel sperarentur, vel susciperentur, si non Deus ipse in verbo suo hæc patefecisset, instituisset, & promissionibus suis confirmasset? Ex Dei enim ordinatione & voluntate, non ex hominum imaginationibus & præsumptionibus, talia æstimanda sunt, quia solus Deus potestatem animarum habet, Matth. decimo. Quod si scriptura Canonica Pontificiorum purgatorium non crediderit, iniuste pro articulo fidei credendum nobis obrudatur. Fides enim ex qua iustus uiuit, & per quam sine dubitatione ambulamus, ex Scripturis Canonicis iuxta August. concipitur. Quod si præterea à Scriptura dissentire dogma purgatorij, & cum ea pugnare monstratum fuerit, recte, merito, & quidem necessario illud nobis improbandum & abiiciendum erit.

Purgatorij dogma dissidet totum à Scriptura.

Qua complete datur doctrina Pontificij purgatorij. Primum cap.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Quando autem purgatorium nominamus, intelligimus hæc omnia, quæ supra in structura & historia purgatorij explicata sunt. I. Quod præter locum damnatorum & beatorum, tertius quidam locus medius post hanc vitam constituitur. II. Quod animæ quorundam, qui in vera fide, qua membra Christi & hæredes Dei sunt, hinc excedunt, ex Christo & regno eius aliquandiu excludunt, igni post hanc vitam excruciantur & torqueantur, priusquam ad requiem & beatitudinem transferantur. III. Opera pietatis viuentium, loco satisfactionum suffragari defunctis, ut per ea & propter ea, post mortem à tormentis purgatorij liberentur. IIII. Quod post hanc vitam defunctis restet locus aliquis veniæ, indulgentiæ, remissionis peccatorum & reconciliationis cum Deo, quam, dum viuerent, non acceperunt. V. Fide propter Christum tantum culpam peccati remitti, pœnam vero æternam ex gratia, potestate clauium, mutari in temporariam, pro qua nobis ipsis sit satisfaciendum, siue in hac, siue in futura vita, vel per nos, vel per alios. Durandus addit, etiam sacerdotibus errorem, si non sufficientem satisfactionem imposuerint contentibus, in purgatorio luendum esse. VI. Nisi quis inhærentem

iustitiam perfectam, & sine omni macula, integram & prorsus mundam habuerit, non posse ingredi regnum Dei, sed tam diu igne torrendum, donec maculæ peccati excoquantur. VII. Peccata venalia, hoc est, ut ipsi interpretantur, quæ non sunt contra legem Dei, tam atrocibus suppliciis post hanc vitam expiari in credentibus. Hæc igitur in Scriptura Canonica quæramus, an ibi ita tradantur, an vero à perpetua Scripturæ sententia dissentiant, & cum ea pugnent.

Et in Scriptura quidem extant descriptiones, qua fide & qua spe, credentes mortui sint. De statu etiam seu conditione defunctorum, post hanc vitam ante iudicium, Scriptura loquitur. Viuentium etiam pietas erga mortuos, in Scriptura Canonica celebratur & describitur: Sed nullibi vlla sit mentio, vel ignis purgatorij post hanc vitam, vel suffragiorum pro mortuis. Iacob moriturus testamentum suum condidit. Ioseph quid post mortem suam fieri velit mandat. Patriarchæ defunctorum exequias diligenter & religiose celebrarunt, sed nulla prorsus mentio fit eorum quæ ad purgatorij camerinam pertinent. Per Moysen Deus varia sacrificia pro omni generis necessitatibus instituit, sed de sacrificio pro mortuis verbum nullum. Nec Prophetæ qui sunt interpretes legis diuinæ, quicquam de purgatorio habent. Variæ extant in Scriptura comminationes, multæ promissiones, mysteria etiam non pauca diuinitus reuelata, de iis, quæ rationi ignota sunt, sed de purgatorio ubiq; silentium. Res petendæ, quæ sunt secundum voluntatem Dei, in Scriptura explicantur. Formulæ etiam piarum preceationum multæ & variæ descriptæ extant, sed de oratione pro mortuis in purgatorio nihil. Officia charitatis proximo exhibenda diligenter in specie describuntur, sed inter hæc suffragia pro mortuis non leguntur. Et quidem cum Paulus ex professo præscribat consolationem proponendam viuus in lectu mortuorum, 1. Theffalon. 4. nulla syllaba ad purgatorij opiniones alludit, cum quidem antithesis hoc postulasset, ubi dicit: Ne contristemini sicut reliqui. Gentes enim de mortuis suis solliciti erant, non simpliciter, quod eos prorsus interiisse existimarent: Hæc enim quorundam tantum opinio fuit: sed quod iuxta Philosophorum & Poëtarum figmenta, eos purgatoriis quibusdam pœnis torqueri putabant, sicut ex Platone & Virgilio, supra ostendimus. Hic certe locus postulasset, de purgatorio & de suffragiis pro mortuis dicere, si Apostolica hæc esset traditio, alias enim Paulus & viuos sefellisset in Ecclesia Theffalonicensium, & mortuos defraudasset, dicens: Consolemini vos mutuo sermonibus istis: Tacens vero de tormentis piorum in purgatorio, ex quibus per viuorum suffragia potuissent liberari, si dogma Pontificiorum de purgatorio esset Apostolicum. Paulus vero simpliciter dicit: Mortuos in Christo, dormire per Christum, & expectare beatam spem resurrectionis. Cumq; Ioanni in Apocalypsi fidelium status seu conditio post hanc vitam, non tantum qualis post extremum iudicium futurus est: Sed qualis etiam nunc sit post mortem ante carnis resurrectionem, multis & variis visionibus & reuelationibus ostendatur, ibi certe & tempus & locus fuisset reuelationis purgatorij, sed nulla prorsus ibi, vel oratio, vel dictio, vel syllaba, vel

Septimum.

Scriptura nihil habet de purgatorio.

Patriarcha.

Moses.

Propheta.

Paulus.

Ioannis Apocalypsis.

litera

litera extat, vel de purgatoriis pœnis, vel de suffragiis satisfactoriis & liberatoriis post hanc vitam. Eodem modo doctrina pœnitentiæ, iustificationis, remissionis peccatorum, reconciliationis cum Deo, & saluationis, in Scriptura crebris repetitionibus inculcatur, per dogmata, per pmissiões, exhortationes, exempla & consolationes. Et in hac vita esse tempus acceptabile, quo per Dei gratiam possimus salutarem pœnitentiam agere, iustificari, redemptionem, salutem, & vitam æternam consequi, Scriptura manifestè tradit, Post mortem verò hæc, si neglecta fuerint, vel ex parte, vel in solidum effici & præstari posse, & quidem per aliorum vicariam pietatem, à Scriptura profus alienum est. Ita Scriptura etiam ignorat, quòd animæ post exitum ex hac vita, tormentis igneis & possint & cogantur pro peccatis in hac vita non expiatis, satisfacere. Sicut & hoc Scripturæ ignotum est, quòd peccata non remittantur per gratuitam condonationem misericordiæ & bonitatis Dei ppter Christum, sed quòd ignitis tormentis, post hanc vitam, per modum satisfactionis & solutionis, eluantur & excoquantur, quòdque credentes purificentur & emundentur à peccatis, non sanguine Christi in hac vita, sed flammis purgatorii post mortem. Hæc in scriptura non tradi, & inde ostendi & probari non posse, aded manifestam est, vt ipsi Pontificii hoc fateri & concedere cogantur. Ided enim visiones & reuelationes spectrorum in subsidium aduocarunt, quia viderunt ex Scriptura Canonica illa probari non posse. Quæ verò audacia est, pro articulo fidei obtrudere, & quæ temeritas esset, pro articulo fidei accipere, de quo nulla certa & manifesta vel documenta, vel testimonia in scriptura extant? Dicamus itaque cum Augustino: Si quis de quacunq; re, quæ pertinet ad fidem vitamque nostram, non dicam, si nos, sed quod Paulus adiecit, si Angelus de cœlo vobis annunciauerit, præterquam quod in Scripturis legalibus & Evangelicis accepistis, anathema sit, aut legat mihi hoc in Scripturis sanctis, & non sit anathema. Ita enim Augustinus loquitur.

Neque verò hoc tantum in Pontificiorum purgatorio desideratur, quod Scripturæ Canonice fundamentis, testimoniis & documentis destituitur, quod tamen solum sufficeret, ne pro dogmate Ecclesiastico, aut pro articulo fidei reciperetur: Sed præter ea, contra perpetuam Scripturæ sententiam pugnat, & præcipuos doctrinæ cœlestis articulos labefactat, depiauat & euertit. Quod vt in re plana paucis, & liquido ostendi potest, facta tantum antithesi sententiarum Scripturæ, & opinionum purgatorii, quas paulò antè ideo per capita assignauimus, vt antithesis ed facilius & certius institui possit. Quod igitur attinet ad medium illum ordinem, statum seu locum, Scriptura tantum duos facit ordines seu status hominum post hanc vitam. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Marc. decimo sexto. Qui credit in filium, non iudicatur, qui verò non credit, iam iudicatus est. Item, qui credit in filium, habet vitam æternam, qui verò non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum, Iohan. 3. Ita Luc. 16. animabus à corpore exeuntibus, ante extremum iudicium,

duo tantum loca assignantur, locus consolationis & locus tormentorum. Et quidem Chasma ita confirmatur statim post mortem, vt ex loco tormentorum nemo possit, ad locum consolationis transferri. Dauid etiam bimembrem tantum facit distinctionem, mortem scilicet Sanctorum preciosam, & mortem peccatoris pessimam, Psalm. 34. & 116. Et vtitata est in Scriptura immediata illa diuisio, vel vita, vel mors, vel benedictio, vel maledictio. Deut. 30. vel saluus vel condemnatus, Marc. 16. vel perire vel habere vitam æternam, Iohan. 3. vel habere hæreditatem regni Dei, vel non habere, Rom. 8. Galat. 5. vel esse in regno Dei, vel extra, Matth. 8. vel habere sortem Sanctorum in lumine, Colos. 1. vel esse in tenebris exterioribus. Contra has verò Scripturæ sententias, Pontificiorum purgatorium fingit medium statum, vbi animæ nec in luce sint, nec in tenebris exterioribus, nec vitam, nec mortem habeant, nec benedictæ sint, nec maledictæ, nec damnatæ, nec saluæ, nec cum Christo, nec cum Diabolo. Quòd verò docent, animas post mortem, ex loco tormentorum posse transire ad locum refrigerii, hoc disertè & expressè pugnat contra manifestam Christi sententiam, Luc. 16.

Eodem modo instituatur antithesis istius opinionis purgatorii, quæ fingit, quorundam fidelium animas, post hanc vitam cruciatibus ignis torqueri, priusquam ad requiem & beatitudinem transferantur: Christus certè, Ioan. 5. affirmat: Amen, Amen dico vobis, qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet, sed transibit à morte in vitam. Purgatorium verò contradicit: Transibit non à morte in vitam, sed in tormenta ignis purgatorii, & ibi horribiliter iudicabitur, ac postea demum vitam habebit, cum Christus dicat, non iudicatur, sed habet vitam æternam, Ioan. 3. Iudicari enim & saluari in Iohanne opponuntur. Eodem modo, si tantum annotentur reliquæ Scripturæ sententiæ, primo intuitu sine prolixa & operosa explicatione manifestum erit, quòd purgatorii opinio de tormentis fidelium post hanc vitam, quasi aduersa fronte illis repugnet, Rom. 4. Quorum peccata sunt remissa, beati sunt, Ezechielis 18. iniquitatum eius non recordabor. Rom. 8. Nihil condemnationis his, qui in Christo sunt. Colos. 2. Chirographum sublatum est. Rom. 5. Iustificati habemus pacem cum Deo. Roman. 8. Quis accufabit, &c. Ioan. 8. Non gustabit mortem. Ezech. 18. vita viuet, non morietur. Ioan. 11. Etiam si mortuus fuerit, viuet. Quod non de duratione vitali, qualis etiam in damnatis in æternum erit, sed de vita beata intelligitur. 1. Thes. 5. vt siue vigilemus, siue dormiamus simul cum Christo viuamus. Et Esai. 57. Iustus moriens venit in pacem, & requiescit in cubili suo. Luc. 2. Nunc dimittis seruum tuum Domine in pace. Genes. 15. Ibis ad patres tuos in pace, Psal. 5. In pace in id ipsum dormiam & requiescam. Apocalypsi decimo quarto. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modo iam dicit, Spiritus vt requiescant à laboribus suis. Manifesta certè hæc sententia est eos, qui in Domino moriuntur, non tormentis ignis primum subiici, sed statim venire ad requiem.

David.

II. De eo, quod dicunt, animas quasdam torqueri igni purgat. antequam ad requiem perueniant.

Doctrina de pœnitentiã non admittit dogma de purgatorio.

Augustinus.

Dogma de purgatorio, pugnat cum perpetua sententiã Scripturæ.

Antithesis sententiarum Scripturæ & opinionum purgatorii, I. De medio loco inter beatos & damnatos.

Significat autem ἀπαρτή deinceps, iam inde confestim, iam iam ab hac hora omnino planè, Et græcus textus particulam illam ἀπαρτή, refert ad præcedentia, vt sensus sit, mortui qui in Domino moriuntur, confestim ab illa hora omnino beati sunt. Et Spiritus respõdens, vtitur particula asseueratiua, *valè*, ita prorsus. Et additur ratio, Ita modo beati sunt, vt requiescant à laboribus suis. Nec de illis loquitur, qui propria satisfactione & mundicie ad cælum euolat, sicut inquit, cap. 7. qui lauarunt & dealbauerunt stolas suas in sanguine agni, illos postquam hinc exarserunt, nullus æstus tangeret, sed absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et Esa. 35. Gaudium & lætitiã obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. Quod dictum etiam Chrysostomus de fidelibus defunctis in futuro seculo interpretatur. Ita Christus in cruce traditur Spiritum patri, vtitur verbis, non peculiariter suis, sed quæ Dauid antea vsurpauerat. Psalmo 31. In manus tuas Domine, commendo spiritum meum. vt ostendat, propter capitis consummationem, etiam membra illam cõsolationem habere in ipsa morte, quod Spiritus emissus, tanquã depositum, suscipiatur à Deo. Sicut & Stephanus, Act. 7. hac fiducia obdormit: Domine Iesu suscipe Spiritum meum. Et ne excipiat, Martyrũ tantum hoc priuilegium esse, Petrus dicit: Omnes iustos, qui in hac vita affliguntur, animas suas tanquam apud fidelem creatorẽ deponere. 1. Pet. 4. Iustorum enim animæ in manu Dei sunt. Sapien. 3. hoc est, sicut Christus interpretatur. Ioannis 10. Oues, quæ audiunt vocem meam, in manu mea sunt. Non verò ita, sicut omnia sunt in manu Dei, potentia ipsius subiecta, sed quia redemisti me, Domine Deus veritatis. Psal. 31. quia non tangit eos tormentum. Sapien. 3. & quia nemo eos de manu mea rapiet, sed vitam æternam do ouibus meis, Ioannis 10. Ita Paulus hac fiducia dicit, mortem sibi lucrum esse, quia cupio, inquit, dissolui & esse cum Christo, Phil. 1. Et ne quis contendat peculiare hoc Apostolorum priuilegium esse, 2. Cor. 5. in genere loquitur, quando per depositionem terreni tabernaculi peregrinamur à corpore, tunc præsentem adsumus apud Dominum, atq; ideo confidimus, & bonam voluntatem habemus deponendi hoc tabernaculum. Ita 2. Timoth. 4. cum de se Paulus dixisset, tempus resolutionis meæ instat, in reliquo reposita mihi est (non tortura purgatorij) sed corona iustitiæ. Addit, non mihi tantum, sed & omnibus qui diligunt aduentum ipsius. Et quidem Rom. 14. expressè de infirmis in fide dicit, siue viuimus, siue morimur, Domini sumus. Non sicut ratione creationis omnia sunt Domini, sed peculium eius sumus, acquisiti sanguine ipsius, vt det nobis vitam æternam, & de manu eius nemo nos rapiet. Ioannis 10. Id quod Christus illustri exemplo in latrone, qui in ipso vitæ exitu conuersus est, probauit. Hunc enim Pontificij simpliciter tormentis purgatorij acerbis & diuturnis subiecissent, sed Christus inquit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradyso. Quod exemplum cum sit valde illastre, Pontificij variis modis conantur eludere. Quidam ex latrone conantur Martyrem facere: Alij dicunt, Priuilegium hoc singulare fuisse, quod disertè Athanasius negat. Monachus verò quidam hac

deprauatione sibi multum placet: Amen, hodie dico tibi, eris mecum in Paradyso, scilicet post expleta tormenta purgatorij. Vsq; adèd ergo cum Scriptura Canonica pugnat Pontificium purgatorium, vt consistere non possit, nisi sceleratè distorqueantur & depraudentur clarissima Scripturæ dicta. Eò magis verò detestanda nobis sunt cõmentã istius purgatorij, quia, & cum Scriptura, sicut manifestum est, pugnant, & dulcissimam atque adèd necessariam consolationem, in media morte nobis eripiunt.

Similiter etiam contra Scripturam pugnat, quod fingunt, post hanc vitam impetrari posse indulgentiam seu remissionem peccatorum, & reconciliationem cum Deo, vel per propria tormenta, vel per aliorum viuientium opera. Et ea, quæ viui pro mortuis faciunt, in rationem venire apud Deum, corã iudicio ipsius. Paulus enim 2. Corint. 5. docens quomodo Deus nos sibi reconciliet per Christum, nõ imputans nobis peccata vt efficiamur iustitia Dei in ipso, dicit Deũ ad hoc instituisse ministerium reconciliationis, tanquam ordinarium organon. Et Apostolos nomine Christi exhortari & obsecrare, reconciliemini Deo. Num verò in altero etiam seculo, erit ministerium verbi & Sacramentorum? Paulus certè mox capite sequenti addit admonitionem, ne gratiam illam in vacuum acceperitis. Nunc enim est tempus acceptum, nunc est dies salutis. Sententia manifesta est, tempus reconciliationis cum Deo & iustificationis, esse nunc in hac vita, & qui in hac vita non iustificantur, seu Deo reconciliantur, eos in vacuum recepisse gratiam. Per mortem enim Chasma confirmatur, vt non pateat amplius aditus ad pœnitentiam, reconciliationem cum Deo, & saluationẽ, Luc. 16. Et Heb. 3. & 4. Si volumus ingredi requiem Domini, festinemus ne quis frustretur. Adhortemur igitur nos inuicem per singulos dies, donec dies appellatur hodie, qui enim hodie obdurant corda, illis iurauit in ira sua, non ingressuros in requiem suam: Qui verò credunt, illi ingrediuntur, non in tormenta, sed in requiem. Quid posset manifestius contra purgatorium dici? Clauis etiam regni cælorum Christus ita instituit, quod disertè affirmat, quæ in terris soluuntur, ea soluta esse in cælo. Ergo, quæ in terris non soluuntur, sed ligata manent, ea postea non soluuntur, Matth. 16. & 18. Sicut enim in libris, secundum ea, quæ dum in corpore fuimus, acta sunt, inuenitur, ita iudicabimur, 2. Corinth. 5. Apocalypsis 20. Hac pertinent omnes Scripturæ sententiæ, vt vsq; in finẽ custodiamur & perseueremus. Matth. 13. 1. Corinth. 1. Hebræorum 3. Apocalyp. 2. Ideo etiã Dauid petit, Psal. 39. Notum fac mihi finem meum. Et Moyses Psal. 90. Doce nos de fine nostro, vt adducamus cor in sapientiam. Et tota Scriptura ad pœnitentiam & reconciliationem cum Deo in hac vita nos exhortatur. Venit nox quando nemo poterit operari, Ioan. 9. Dum tempus habetis, Galat. 6. Quod reliquum est in carne temporis, 1. Petri 4. Incolatus vestri tempore, 1. Pet. 1. Redimentes tempus, Ephes. 5. Tempus breue est, 1. Corinth. 7. Piè viuamus in hoc seculo, Tit. 2. Sciens tempus, quia iam hora est à somno surgere, Rom. 13. Qui enim hoc tempus negligunt, illi postea frustra cum fatuis virginibus pul-

III. De eo, quod post hanc vitam remiss. pecc. possit impetrari.

Clauis regni.

Chrysostomus
vni.

Exemplum
latronis.

Deprauatio
Papistica ex-
empli latro-
nis.

pulsabunt ianuam clausam. Matthæi 25. Quærite Dominum dum inueniri potest. Esaiæ 55. Nec mortui laudabunt te Domine, sed nos qui uiuimus. Psal. 115. Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo, quamdiu superstes ero. Psal. 146. Syrach. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, subitò enim venit ira illius, & in tempore vindicta disperdet te, Syr. 18. Iustificationem non differas vsq; ad mortem. Eccles. 9. Mortui non habent vltra mercedem, nec habent partem in hoc seculo, & in opere, quod sub sole geritur. 11. In quemcunq; locum ceciderit arbor, in eo permanebit. cap. 9. Instanter operare, quia nec opus, nec ratio erunt apud inferos quò properas. Syr. 14. Ante obitum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Has sententias Pontificij ita eludunt, initium oportere in hac vita fieri, & ita nos dum uiuimus promereri, vt si quid desit, illud post mortem suppleri possit, vel à nobis ipsis per cruciatum purgatorij, vel à superstitibus per opera pietatis, & hæc simul venire in rationem coram iudicio Dei. Sed hæc dicuntur non tantum sine Scriptura, sed & contra Scripturam. Nam 2. Corinth. 5. Paulus dicit, coram tribunali DEI vnusquisq; referet, prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Galat. 6. Vnusquisque propriam sarcinam portabit. Quicquid enim seminauerit homo, hoc & metet. Itaq; dum tempus habemus operemur bonum. Apocal. 14. Opera eorum sequuntur eos. Et Matth. 25. In iudicio recensentur, non quæ post mortem vel ipsi in purgatorio passi sunt, vel alij uiuentes pro ipsis satisfactionis loco fecerunt, sed quæ ipsi in hac vita fecerunt. Quomodo verò contra has Scripturæ sententias, opiniones illæ de remissione & satisfactione post mortem, ac de suffragiis uiuorum pro mortuis, pugnent, manifestum est. Statutum enim hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, secundum ea scilicet, quæ in corpore quisq; gessit. Hebr. 9. 2. Corinth. 5. Augustini verò effugia seu elusiones potius, de quibus supra diximus, prorsus nulla in Scriptura fundamenta habent.

Elusiones quibus Pontificij hac dicta deprauiant.

IV. De satisfactionibus Pontificis in purgatorio pro peccatis.

Quod attinet ad plenam persolutionem satisfactionum pro peccatis exoluendam, vel in hac vita, vel post mortem, per tormenta purgatorij, aut per uiuorum suffragia, quæ sunt propiciationes & redemptiones: Illa non tantum sine Scriptura dicuntur, sed articulum iustificationis nostræ coram Deo, quæ est summa & finis totius Scripturæ, simpliciter à fundamentis evertunt, & contumeliosa sunt in satisfactionem filij Dei. Omnino enim peccatum non dimittitur sine satisfactione, qua plenariè, integrè, perfectè & absolutè, legi Dei satisfiat. Sed talis satisfactio, quia nobis impossibilis est, ideo Deus filium suum misit in similitudine carnis peccati, vt factus hostia pro peccato, damnaret peccatum, vt iustificatio legis impleretur, non à nobis, sed in nobis, qui sumus in Christo Iesu. Roman. 8. Is enim factus est nobis à Deo iustitia. 1. Corint. 1. & per fidem nobis illud imputatur, quòd Christus traditus est propter peccata nostra. Rom. 4. vt obedientia ipsius iusti constituamur. Rom. 5. factus enim est pro nobis peccatum, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso, 2. Corinth. 5. Et hæc iustitia Christi nobis imputata, perfecta, integra, abso-

luta, & vndiq; sine macula, pura & munda est. Nosq; in ipso sumus consummati. Col. 1. Et quia in sanguine Agni dealbamus stolas nostras, puri & mundi sumus in ipso. Apocalyp. 7. Sanguis enim filij Dei emundat nos ab omni peccato. 1. Ioan. 1. & Roman. 3. Iustificati per redemptionem, quæ est in Christo, quem proposuit Deus propiciatorium in sanguine ipsius, &c. Alias igitur propiciationes & redemptiones in purgatorio fingere, per eleemosynas, & alia suffragia uiuentium, vel per passiones purgandorum, contumelia est in sanguinem Christi. Nam 1. Pet. 1. expressè scriptum est: Non corruptilibus, velut auro & argento, redempti sumus, sed precioso sanguine Christi. Et applicationem fieri fide, tota Scriptura clamitat. Falsum ergo impium & absurdum est, quod Ingolstadienses disputant, virtutem meriti Christi post hanc vitam in purgatorio comunicari & applicari credentibus per cruciatum, & tormenta ignis. Purgatorij igitur opinio, assuens nostras, & aliorum etiam redemptiones, propiciationes & satisfactiones pro peccatis, & propriam mundiciem, ac perfectionem, per chymicam quandam sublimationem & depurationem, in purgatorio instituens, iustitiam fidei evertit, & in absolutissimam Christi satisfactionem, fide nobis imputatam, blasphema est, quasi qui eius fide uiuit & moritur, postea cogatur acerbissimos cruciatum purgatorij subire, propterea quod non habeat plenam pro peccatis satisfactionem, sed eius supplementum cogatur quærere, vel in proprijs suis cruciatibus, vel in aliorum suffragiis. Si enim alia post mortem quæranda est propiciatio & redemptio ex purgatorio: Ergo Christi propiciatio & redemptio non est plena. Si alia purificatione post mortem opus est per ignem, vt saluemur: Ergo sanguis Christi non ad plenum purificat credentes: Frustra ergo Christus mortuus est, si alijs propiciationibus, satisfactionibus & purificationibus saluamur, Gal. 3.

Non minus illa etiam purgatorij opinio, ita partiens remissionem peccati, vt Christi merito tantum remissio culpæ tribuatur, pœnæ verò pro peccatis debitæ remissio, à nostris exolutionibus & satisfactionibus pendeat, Christi redemptionis officio & merito derogat & detrahit, quasi culpam tantum, & non pœnam etiam peccatorum nostrorum in se suscepisset, & non pro vtroq; satisfecisset, cum Scriptura manifestè affirmet factum ipsum pro nobis esse & peccatum. 2. Corinth. 5. & maledictum. Gal. 3. vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra, multa pacis nostræ super eum, & propter transgressionem populi plaga illi. Esaiæ 53. Et Scriptura testatur simul fieri remissionem culpæ & pœnæ. Matt. 18. & debitum remittitur, & debitor dimittitur, ne venundetur, aut in carcerem conijciatur. Luc. 15. Acolastus reuersus non torturæ subiicitur, sed statim cum gaudio recipitur. Ouis inuenta non mulctatur, sed humeris imponitur. De pœnis verò temporarijs, quæ aliquando in hac vita conuersis imponuntur, item de remissione peccatorum venialium dicemus in refutatione. Cumque actio Cœnæ Dominicæ instituta sit pro uiuentibus, qui in vnum conueniunt, manducant & bibunt, & mortem Domini annunciant, &

V. De eo, quod dicunt, Christum satisfecisse pro culpa peccati, & non pro pœnis æternis.

VI. De Missa pro mortuis.

hoc faciunt in commemorationem Christi. Horribilis certè prophanatio Cœnæ Dominicæ est, ex opere illo viuentium, facere propiciationem pro mortuis in purgatorio, sicut in loco de Missa hæc plenius explicata sunt.

Cauda purgatorij.

Ex hac igitur antithesi sententiarum Scripturæ & opinionum purgatorij, manifestum est, commentum purgatorij Pontificij, non tantum destitui documentis & testimoniis Scripturæ, sed tale esse, quod perpetuæ Scripturæ sententiæ, & præcipuis eius locis, ex diametro repugnet, articulum iustificationis euertat, salutis scopum transferat, Verbum, Sacramenta & Claves regni cœlorum deprauet, veram pœnitentiam labefacet, obedientiam, mortem & satisfactionem Christi irritam reddat, falsam iustitiam & satisfactionem supponat, bonitati Dei deroget, somnum & quietem in Christo obdormientium, in acerbissima tormenta peruertat, conscientias certam consolationem eripiat, impœnitentiam & securitatē in illis, qui post mortem larga suffragia coemere possunt, alat & confirmet. Et breuiter purgatorium mater, fons & origo est omnium imposturarum totius Papatus. Hac enim quasi basi nituntur satisfactiones, merita, opera supererogationis, indulgentiæ, prophanatio Cœnæ Dominicæ, vigiliæ, oblationes, missæ, suffragia, orationes, peregrinationes, balnea pro defunctis, & quæ his affinia sunt innumera: Præcipuè verò fraternitates. Scribunt enim in speculo Rosariorum, quod puella quædam, quæ iuxta sententiam iudicis, septingentis annis in purgatorio cruciari debuisset, post quindecim dies liberata fuerit meritis participationis fraternitatis Rosarij Mariæ. Eadem puella ex purgatorio liberata, habuerat legationem à reliquis animabus, quæ adhuc detinebantur in purgatorio, vt amici ipsorum viuentes curarent se inscribi in fraternitatem illam, vt participatione meritorum fraternitatis illius, defuncti ex purgatorio liberentur, &c.

Rosarium de fraternitatibus.

Quo igitur loco habendum sit Pontificium purgatorium, amantibus simplicem & solidam veritatem manifestum est. Doctrina verò, quæ purgatorio illi opponitur, certa & manifesta habet Scripturæ testimonia, tradit verum vsum Verbi, Sacramentorum & clauium cœlestium, obedientiæ, morti, redemptioni, propiciationi, & satisfactioni Christi debitum & solidum tribuit honorem, misericordiam Dei iuxta Scripturam celebrat, veram iustificationem & saluationem monstrat, firmas & dulces consolationes in ipsa morte præbet, mortem fidelium ostendit, somnum, dormitionem & quietem esse, pœnitentiam excitat, fidem confirmat, & pietatis exercitia in hac vita accendit. Vera igitur utilis & salutaris est.

Porro cum manifestissimis hisce Scripturæ sententiis, quas recitauimus, etiam patrum dicta consentiunt, quæ adiicimus, non quod patrum sententiis tanquam Canonica autoritate nitamur, sed sicut August. inquit, vt admoneantur ij, qui putant sanctos patres aliquid dicere, quomodo, ante & extra præsumptiones purgatorias, iuxta diuina eloquia his de rebus & senserint & locuti sint. Ipsius verò sententiæ clarissima & plenissima autoritas, non in Patrum scri-

ptis, sed in sanctis Canonice libris viget. Ita enim Augustinus loquitur.

Patres igitur cum Scriptura & ex Scriptura, duo constituunt loca post hanc vitam, regnum scilicet cœlorum & gehennam. Et quædam sanè Patrum dicta Pontificij ita eludunt, quod loquatur de tempore post resurrectionem & extremū iudiciū, vbi & ipsi concedunt tantum duo loca esse. Sed extant quædam Patrum dicta, quæ manifestè testantur, ipsis animabus separatis seu corpore solutis, etiam ante resurrectionē, duo tantum loca iuxta Scripturam assignari. Augustinus enim disputans contra Pelagianos constituentes, p̄ paruulis, qui sine baptismo moriuntur, tertium & medium quendam locum inter gehennam & regnum cœlorum, sumit generale illud axioma, quod Scriptura tantum duo loca animabus separatis post hanc vitam tribuat. Ita generaliter loquitur de peccatorū meritis, lib. 1. cap. 28. Nec est vllus vlli medius locus, vt posset esse nisi cum Diabolo, qui non est cum Christo. Hinc & ipse Dominus volēs auferre de cordibus male credentium, istam nescio quam medietatem, definitiuam protulit ad hæc ora obstruenda, sententiam, vbi ait: Qui mecum non est, contra me est. Et hoc generale axioma Augustinus accommodat ad paruulos, qui sine baptismo moriuntur. Quod similiter etiam hypognosticon, lib. 5. facit. Primum inquit, locum, fides Catholicorum diuina autoritate regnum credit esse cœlorum, secundum gehennam, tertium penitus ignoramus, imò nec esse in Scripturis sanctis inuenimus. Et hoc generale axioma, accommodat ad disputationem de infantibus non baptizatis. At de animabus separatis, ante resurrectionem carnis, manifestissimè loquitur de Ciuit. Dei, lib. 13. cap. 8. In requie sunt animæ piorum à corpore separatæ, impiorum autem pœnas luunt, donec istarum ad æternam vitam, illarum verò ad æternam mortem, quæ secunda dicitur, corpora reuiuiscant. In variis quæstionibus quæ Athanasij titulo feruntur, q. 19. Animæ à nobis profectæ, vbi aut quomodo sint, aliena & horribilis quæstio est, & hominibus abscondita, non enim permittit Deus redire quenquam inde, qui annunciat: tamen ex Scripturis discimus, quod peccatorum animæ inferius omni terra & mari existunt, vbi non est videre, neq; lumen, neq; vitam hominum. Animæ autem iustorum post Christi aduentum & mortem, in Paradyso sunt: Non enim propter solam latronis animam, Christus Deus noster Paradysum aperuit, sed etiā ob reliquas omnes sanctorum animas, &c. Et in præcedentibus cum historiam purgatorij contexeremus, plura testimonia veterum annotauimus, quod duos tantum defunctorum ordines faciant, quodque iustorum animæ statim post mortem veniant ad requiem & refrigerium. Ita Hieronym. in Epitaphio Paulæ: Quicquid ad Dominum reuertitur, in familiæ numero computatur, illius amissio cœlestis domus habitatio est, quæ quamdiu in corpore fuit, peregrinata est à Domino, quæsta, heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est, &c. Idem super obitu Blefillæ ad Paulam: Postquam anima sarcina carnis abiecta, ad suum reuolauit autorem, & in antiquam possessionem diu peregrinata conscendit. Item, lugeatur mortuus,

Testimonia Patrum contra vtriusque opinionis in purgatorio.

1. De locis defunctorum post hanc vitam.

Augustinus.

Athanasij.

Hieronymus.

mortuus, sed ille quem gehenna suscipit, nos quorum exitum Angelorum turba comitatur, quibus obuiam Christus occurrit, grauemur, magis si diutius in tabernaculo illo mortis habitemus. Idem in Epitaphio Lucinij non mors sed dormitio & somnus appellatur. Et hoc pulchrè explicat Chrysostronus Sermo. 17. ad Hebr. Illa reuera mors est, quando is qui moritur, nõ permittitur ad vitam transire, sed post mortem viuere, & quidem ζωὴ βελτίονα, vitam meliorem, ἢ θάνατος τὸ τόσον, ἀλλὰ κόμισις, non mors est illa sed dormitio: Similia extant in Epitaphiis Basilij & Nazianzeni.

Chrysostronus.

In hac tantum vita locus est penitentiae & remissionis peccatorum. Iustinus.

Cyprianus.

Constanter etiam docent Patres cum Scriptura: In hac tantum vita locum esse penitentiae & reconciliationis cum Deo, post hanc vitam vero vnumquemque iudicari secundum ea, quae gessit in corpore, vt Iustinus in Tryphone dicit: Sententiam doctrinae Christi esse ἐν οἷς ἀνὴρας καταλάβω, ἐν τοῖς καὶ χριῶ, in quibus vos deprehendero, in illis & iudicabo. Quam sententiam Cyprianus sermone de mortalitate ita reddidit: Qualem te inuenit Deus, cum de hoc mundo te euocat & accersit, talem pariter & iudicat. Idem contra Demetrianum: Respicite dum tempus est ad aeternam salutem, securitati & vitae, dum licet prouidere, hortamur dum adhuc aliquid de seculo superest, Deo satisfacere. Non celamus beneficia diuina pro odiis vestris, salutis iter vobis demonstramus. Quando istinc excessum fuerit, nullus iam locus penitentiae est, nullus satisfactionis effectus. Hic vita aut amittitur, aut tenetur, hic saluti aeternae, cultu Dei & fructu fidei prouidetur. Nec quisque aut peccatis retardetur, aut annis quo minus veniat ad consequendam salutem. In isto adhuc mundo manenti, nulla penitentia sera est, patet ad indulgentiam aditus, & quaerentibus atque intelligentibus veritatem facilis accessus est. Tu sub ipso licet exitu, & vitae temporalis occasu pro delictis roges Deum, confessionem & fidem eius agnitionis implores, venia confitenti datur, & credenti indulgentia salutaris, de diuina pietate conceditur, & ad immortalitatem sub ipsa morte transitur. Hanc gratiam Christus impartit, redimendo credentem precio sanguinis sui, &c. Talem certe Pontificij simpliciter in purgatorium detruderent, ob non persolutam pro peccatis satisfactionem. Sed Cyprianus dicit: Hanc gratiam esse redemptionis per sanguinem Christi.

Ambrosius.

Hieronymus.

Ambrosius de bono mortis, cap. 2. David ideo tanquam peregrinus, ad illam Sanctorum communem omnium patriam festinabat, petens pro huius commorationis inquinamento, remitti sibi peccata, priusquam discederet de vita. Qui enim hic non acceperit remissionem peccatorum, illic non erit: Non erit autem, quia ad vitam aeternam non poterit peruenire, quia vita aeterna remissio peccatorum est, ideoque dicit: Remitte mihi vt refrigerer priusquam eam, & amplius non ero. Hier. in 6. cap. ad Galatas super illa verba, vnusquisque onus suum portabit, inquit: In hac vita nos sustentemus, & in praesenti seculo alterutrum auxilio sumus. Et mox: Per hanc Apostoli sententiam docemur, dum in praesenti seculo sumus, siue orationibus, siue consiliis inuicem posse adiuuari, cum autem ad tribunal Christi venerimus, non Iob, non Daniel, non

Noe, rogare posse, pro quoquam, sed vnumquemque portare suum onus. Ibidem: Tempus sementis tempus praesens est, & vita quam currimus. In hac licet nobis quod volumus seminare, cum ista vita transierit, operandi tempus aufertur. Idem in 9. Eccles. repetit Salomon, donec viuunt homines, eos posse fieri iustos, post mortem vero nullam boni operis occasionem dari. Item mortui nihil valent ad id adiciere, quod semel secum tulerunt de vita, nec iuste quippe possunt agere, nec peccare, nec virtutes adiciere, nec vitia. Et in 11. cap. Mortis tempestate subuersus, quasi lignum, vbi cumque cecideris, ibi iugiter manebis, siue te rigidum & trucem, siue clementem & misericordem, vltimum inuenit tempus. Idem in Psal. 106. Dum estis in hoc seculo, hortor vos agere penitentiam. Confitemini ergo Domino, quoniam in isto tantum seculo misericors est. Hic misereri potest penitentis, quia illic iudex est, non misericors, hic misericors, illic iudex est. Idem in Psal. 65. Ignosce mihi vt refrigerer priusquam abeam, & vltra non subsistam. Qui enim dum in hoc viuunt corpore, veniam peccatorum non fuerit consecutus, & sic de vita excefferit, Deo perit & esse desistit, licet sibi subsistat in poenis.

Iustinus.

Iustinus, quest. 75. Post animam a corpore excessum, statim fit bonorum & malorum distinctio. Ducuntur enim ad loca quae eis digna sunt ab Angelis, bonorum quidem in Paradysum: Improborum vero ad inferorum loca, vbi custodiuntur vsque ad resurrectionem. In libello qui Augustino ascribitur de vanitate Seculi: Scitote quia cum anima a corpore auellitur, statim aut in Paradyso pro meritis bonis collocatur, aut certe pro peccatis in inferni tartara praecipitatur. Eligite modo quod vultis, & hoc iam in vita vestra disponite, aut perpetuallyter gaudere cum Sanctis, aut sine fine cruciari cum impiis.

Augustinus.

Augustinus de fide ad Petrum, cap. 3. Tempus acquirendi vitam aeternam, in ista tantum vita Deus hominibus dedit, vbi voluit penitentiam etiam esse fructuosam, quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem penitentiam in futuro seculo de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Dei non inueniet. Idem Epist. 54. Post hanc vitam quisque id habebit, quod in hac sibi met conquisierit. Sermo. 66. In hoc seculo penitentiam facientibus misericordia Dei subuenit: In futuro autem in penitentia non proficit, sed rationem nostrorum operum reddituri sumus, Lib. 2. quae. Euan. cap. 38. Quod apud Lucam Abraham dixit dicit, ad ea loca, in quibus torquentur impij, iustos, etiam si velint non posse transire, quid aliud significat, nisi post hanc vitam ita receptos in carcere, vt inde non exeant donec reddant nouissimum quadrantem, propter incommutabilitatem diuinae sententiae, nullum auxilium misericordiae posse praebere a iustis, etiam si velint praebere? quod admonet, scilicet, vt in hac vita homines subueniant quibus possunt, ne postea etiam si optimè recepti fuerint, eis, quos diligunt, opitulari non valeant.

Chrysostronus. Homil. 55. in Ioan. Donec dies est, dum licet hominibus in me credere, dum haec durat vita, laborandum est, venit nox, hoc est, futurum tempus, quando nemo operari potest. Noctem enim futurum tempus appellat, quando peccatores nihil operari poterunt. Ita & Orig.

Chrysostronus.

Origenes.

in Psal. 35. dictum illud Iohan. 9. exponit de illo tempore, quod erit post hoc seculum, tunc dicit noctem illam futuram, cum iam nemo potest operari aliquid, sed unusquisque tunc pascitur ex operibus suis, quæ hic positus operatus est.

Chrysof. de Lazaro concione 2. Omnia hic dissolue, ut citra molestiã illuc videas tribunal: Donec hic fuerimus, spes habemus præclaras, simulac verò discesserimus illuc, non est postea in nobis situm pœnitere, neque commissã diluere. Idem Homilia 22. ad populum Antiochenum: Post finem vitæ nec meritorũ sunt occasiones, sicut nec athletis post transacta certamina, coronas adipiscendi. Idem alibi: Neque enim qui in præsentis vita peccata non abluerit, postea consolationem aliquam inuenturus est. Item: Neque putemus nobis cum illuc venerimus, misericordiam tribuendam esse, qui non agimus ut veniam mereamur accipere, etsi Abraham pro nobis roget, etsi Noe, etsi Iob, etsi Daniel. Dum igitur tempus est in manibus, plurimam apud Deum fiduciam nobis præparemus.

De deprauationibus Pontificiorum, quibus hæc Patrum dicta elidunt.

Hæc patrum dicta Pontificij ita elidunt, quod propriæ pœnitentiæ & propriis meritis post hæc vitam non sit locus, interim tamen viuentium operibus, meritis, satisfactionibus & suffragiis, mortuos in altera vita posse iuari. Sed quæ Scriptura hoc dicit? Imo quæ Scriptura nõ contradicit? quando docet iustum sua fide victurũ, iustitiam iusti super ipsum futuram. De alieno oleo nihil posse communicari. Dicunt igitur, sed sine Scriptura, quia Deus videat, quod animæ in purgatorio grauitè puniantur, quodque tempus iam præterierit, ut se iuuare non possunt, ideo ipsum viuorum suffragia, tanquam satisfactiones & propiciationes, p̄ mortuis acceptare. Sed quare non potius Christi satisfactionem & propiciationem pro ipsis acceptat, si omnino post hanc vitam reconciliatio fieri potest? Aut si in altero seculo, animæ defunctorũ aliorum orationibus & suffragiis possunt iuari & expiari: rectius certè & efficacius illud fieret, per animas sanctorum, qui sunt in Paradiso. Sed hoc Abraham disertè negat. Luc. 16. Ita Scholastici obliuunt sibi ex patribus quod mortui in altero seculo nõ sint in statu merendi. Respondent autem: Esse tamen ipsos in statu soluendi quod debent, & ideo quamuis ab aliis non possint iuari in merito, posse tamen iuari in solutione: Christi ergo solutio pro nobis, quantum audio, non sufficit, sed solutio debiti nostri vbiuis potius, quam apud Christum quærenda docetur. Atqui Scriptura docet: Si debita propter Christum in hac vita non fuerint remissa, tunc vnumquemque suũ onus portaturum. Gal. 6. Filius enim non portabit iniquitatem patris, sed anima quæ peccauerit, ipsa luat. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super ipsum. Ezech. 18. Et unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo, Rom. 14.

Scholastici.

Perpicuè itaque ostendimus opiniones Pontificij purgatorij & Scripturæ, & Catholicis antiquitatis sententiis repugnare. Quod si Pontificij obiecerint, Veteres aliquando in aliis locis aliter sensisse & locutos esse, non nego hoc, sed semper videndum est, quæ Patrum sententiæ Scripturæ Canonice sint consentaneæ. Quando verò, ut in hisce disputationibus, & Scripturæ & sibi ipsis repugnat & contradicunt Patres,

manifestum est, quanta hæc in re complectente animarum salutem, ipsorum debeat esse auctoritas in ecclesia, quæ non debet audire: Hæc dicit ille vel ille, sed hæc dicit Dominus.

ARGUMENTA PONTIFICIORVM, QVIBVS PURGATORIVM suum stabilire conantur, explicata & refutata.



Icut nullum vnquam falsum dogma in Ecclesia sparsum fuit, quod nõ specie aliqua plausibili propositum fuit: Vestimenta enim ouium, species sunt simulatæ religioni, inquit Chrysofostomus: Imò quò magis languida & ruinosa causa est, eò pluribus argumentis, vnde cunq; & quomocunq; conquisitis, tanquam coloribus, quibus incrustetur, & quasi medicamentis, quibus obligetur, indiget. Nam ἐν ὄνυμον ἐς δὴλυτρία ἕπεα διαπέσει, inquit Pindarus: Ita ad stabilendum purgatorium, varia & valde multa argumenta congerunt Pontificij. In Rhetorum enim scholis didicerunt, argumenta quæ per se imbecillia sunt, mutuo auxilio fulcienda esse, ut si non possint valere, quia magna sunt, valeant quia multa sunt. In tres verò classes seu ordines, multitudo & varietas illa argumentorum, cõmodioris explicationis gratia distribui potest. Præcipua enim quæ habent argumenta, ex spectris mortuorum, ex eorum visionibus & reuelationibus sumpta sunt. Secundò, ex Patrum traditionibus seu sententiis, & ex longa consuetudine ac obseruatione, multa ad purgatorium suum conducunt argumenta. Tertio, postquã ex spectris mortuorum, & ex humanis consuetudinis purgatorium construxerunt, tũ demum ex Scriptura quædam loca conquirunt, ut vel speciem saltem & prætextum aliquem, ex verbo Dei purgatorium habeat. De singulis igitur breuiter quædam annotabimus, pleraque enim in præcedentibus explicata sunt.

Certum est, Pontificios non ex Patribus, multò minus verò ex Scriptura, sed ex spectris mortuorum, ex visionibus & reuelationibus assenerationem illam habere, quod certò sit locus aliquis punitorius fidelium post hanc vitam, vbi sit, qualis ignis ibi sit, quæ pœnæ, quæta duratio purgationis, quomodo animæ per suffragia & satisfactiones viuorum inde liberentur, & ex quibus visionibus ac reuelationibus illa extracta sint, suprã ostendimus. Iam quæstio est, quantum Pythonica illa Topica, in Ecclesia valeat, hoc est, an ex mortuorum spectris, visionibus & reuelationibus, citra & contra Scripturam, dogmata facienda, & noui articuli fidei recipiendi sint. Et pleraque sanè tales fabellas, veris narrationibus Luciani nõ dissimiles, à Monachis confictas esse nõ est dubium, sicut de Cyrilli Epistola constat. Sed fingamus illa sicut à Monachis describuntur ita facta esse: Scriptura certè expressè cõsequentiã quam Pontificij inde texunt negat, imò prohibet & damnat, Leui. 26. & Dent. 18. Non inueniatur in te qui Pythones consulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Abominatur enim Dominus quicumque ista facit, Esa. 8. Quod si dixerint: Quærite à Pythonibus & diuinis, nõ quid non populus à Deo suo requirit? Num pro viuus ad mor-

Chrysofostomus.

Genera argumentorum, quibus purgatorium defenditur.

I. Ex Visionibus.

II. Ex traditionibus & consuetudinibus.

III. Ex Scripturis.

Primum genus argumentorum ex spectris mortuorum, Visionibus & reuelationibus.

Scriptura de mortuorum responsis.

ad mortuos? Ad legē magis & ad testimonium, quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. Cumq; hæc sententia sit manifestissima, Pontificios tamen non pudet eam deprauare, & ad purgatoriū suum detorquere. Ingolstadiēses enim in publica disputatione inter argumenta pro purgatorio hanc Esaiaē sententiam, sed manifesto crimine falsi, ita citāt: Nunquid non populus à Deo suo requirit visionem pro viuis & mortuis? Item Luc. 16. Rogāte Epulone, vt anima Lazari mitteretur in domum patris ipsius. Abraham responderet: Habent Moſen & Prophetas, audiāt illos. Cumq; diues exciperet: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiā agent. Abraham cōcludit: si Moſen & Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. 1. Ioh. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex Deo sint, quoniam multi Pseudoprophetae exierunt in mundum. Gal. 1. Si vel Angelus de cœlo Euangelizauerit vobis præter id, quod Euangelizauimus vobis, anathema sit.

Ita Augustinus de vnitae Ecclesiæ, c. 16. Non dicant, ideo verum est, quia ille vel illa tale visum, vel vigilans vidit vel dormiens somniavit. Remoueat̄ur ista vel figmenta mendacium hominum, vel portenta fallacium spirituum. De visis fallacibus legant, quia Sathanas transfiguratur se in Angelū lucis. Audiant quæ Paganī narrant de Diis suis, mirabiliter vel facta vel visa, & tamen Diū Gentium Dæmonia. Et in præcedentibus: Ecclesiam suam si possunt demonstrent, non in sermonibus & rumoribus Afrorum, non in conciliis Episcoporum suorum, non in literis quorumlibet disputatorum, nō in signis & prodigiis fallacibus, quia etiam cōtra ista verbo Domini præparati & cauti redditi sumus (scilicet Deut. 13. Matth. 24. 2. Theſſ. 2.) sed demonstrent in Canonicis Sanctorū librorum autoritatibus.

Athanafius quæst. 11. quærir, quare Deus non permiserit animas defunctorum redire, & enarrare quis status apud inferos, & qualis ibi necessitas? Respondet autem: Multi inde errores orientur, Dæmones enim formas humanas induere possent, & dicere à mortuis se resurrexisse, & inde multas res ementitas, & falsa dogmata de iis, quæ ibi fiunt, spargere, idque ad seducendum nos & perdendum: Videt Lector in illa responsione, imposturas Papisticas viuis coloribus depictas esse.

Chrysoſtomus Homilia 29. in Matth. disputans contra illos qui fingebant, defunctorū animas Dæmones fieri, refutationem sumit ex generali axiomate, Clamant: Anima talis ego sum: Verūm hæc oratio à fraude & deceptione Diabolica est, vetularum hæc verba, imò desipientium dicenda sunt, & puerorum ludibria. Nec enim potest anima à corpore separata, apud nos hic errare. Item multis elocis Scripturæ comprobari potest, non errare hic post mortem hominum animas, nec iustorum, nec peccatorum. Idem coucione 4. de Lazaro: Si nouisset Deus, quod mortui excitati viuētibus essent profuturi, nequaquam omiſisset. Ad hæc si assidue essent excitandi mortui, nobis que quæ illic geruntur, renunciaturi, Diabolus facile perueria dogmata inuexisset. Potuisset enim frequenter ostendere simulachra, & per illa quæcunque veller,

persuadere delusis. Item, Innumerabiles sceleratus ille Dæmon dolos texuisset, multamque fraudem in vitam hominum induxisset. Eoque Deus occlusit fores, nec permittit aliquem defunctorum huc reuersum narrare, quid illic fiat, ne illa accepta occasione technas suas omnes inuehat. Item, Deus Diabolo præclausit viam ad has insidias, nobis que parcens non permittit, vt quisquam vnquā illinc huc reuersus, de iis, quæ ibi sunt, narraret viuētibus hominibus, docens nos, vt Scripturis potius credendum existimemus, quàm cæteris omnibus.

Gerſon de examine doctrinarum citat Glosam super illud: Apparuit Moſes & Helias cum ipſo: Suspecta est omnis reuelatio, quā non confirmat Lex & Prophetæ cum Euangelio.

Hæc Scripturæ testimonia, & antiquitatis sententiæ fundamentum purgatorij Pontificij, quod in mortuorum visionibus & reuelationibus cōsistit, simpliciter prosternunt & euertūt.

Quod enim de Samuele per Pythonissam excitato, 1. Reg. 28. scriptū est, non cōfirmat Deum velle veritatē quæri à mortuis, vel mortuos apparere, & homines docere. Saul enim expressè fatetur: Dominus recessit à me, nec vltra respondet mihi, nec per Prophetas, nec per somnia, ideo ad Diabolum per mortuorum spectra respondentem se conuertit. Cumque contra expressam prohibitionem diuinam Saul Pythonissam cōsulat, quis dixerit sanctam Samuelis animam, impio Sauli contra Dei mandatum obsequi: Et si verus fuisset Samuel, sequeretur iustorum animas non in manu Domini, sed in potestate diaboli esse, & ne in Abraham quidem sinu à magicis artibus tutas esse. Accedit quod Samuel ante illud tempus, plus minus biennio mortuus fuerat, corpus itaque ipsius in terram reuersum fuerat. Nec diabolus ex terra potest corpora resuscitare, quod solius Dei est. Rectè igitur Hebræi & Augustinus sentiunt, spectrum diabolicum fuisse, Dæmone simulachrum Samuelis effingente. Quod & illa verba ostendunt, eum inquit: Cras mecum eris. Saul enim qui ex desperatione seipsum interfecit, non collectus est ad populum electorū, nec delatus in sinum Abraham, vbi Samuelis anima fuit. Quis igitur personatus ille Samuel à Pythonissa excitatus fuerit, non obscurum est. Quod verò ex circumstantiis futura prædicit, hoc diabolo familiare est, sicut & illud, quod prætextu nominis & verbi diuini abutitur. Quod verò Syracides cap. 46. videtur vero Samueli hæc tribuere, nihil probat: liber enim est Apocryphus. Moſes quidē & Elias apparuerunt in clarificatione Christi, Luc 9. Sed specialis hæc visio fuit, & peculiaris dispensatio Dei, vnde nequaquam regula generalis faciēda est. Ideo enim Eliam igneo curru abstulerat, & Moſen Deus ipse sepeliuit, ita vt sepulchrū eius nemo cognouerit, significans se ipsorū corporibus & spiritibus, ad peculiarem aliquando dispensationem vsurum. Nec noui aliquid duo illi, extra aut præter Scripturam attulerunt, sed locuti sunt de excessu Christi complendo in Ierusalem. Et duos illos ideo Deus ad peculiarem illam dispensationem sumpsit, vt ostēderet, veritatem omnē ex Lege & Prophetis, & ex doctrina Christi petendam esse. Illa igitur visio profus nihil patrocinator Pontificiis spectris, purgatorij

Gerſon.

De Samuele per Pythonissam excitato.

Augustinus.

Secundū genus argumtorum, quæ texuntur ex dictis patribus, & consuetudine orandi pro mortuis.

rium citra & contra Scripturam extruuntibus.

Secundò, Argumenta quæ pro stabiliendo purgatorio, ex patrum quibusdam sententiis, & ex consuetudine Ecclesiæ orandi pro mortuis, à Pontificiis formantur, supra in historia purgatorij cōmemorata sunt, & monstrati fontes explicationum, quarum hæc summa est. I. Patrum opiniones & disputationes, sine expressa & manifesta Scripturæ Canonice autoritate, non faciunt articulos fidei sicut in prima parte huius examinis, multis ipsorum patrum sententiis ostensum est, quarum quædam etiam recitantur, distinct. 9. Et ad argumenta de consuetudine, respōdet Gratianus distinct. 8. Christus non dixit, Ego sum consuetudo, sed ego sum veritas. Quælibet igitur cōsuetudo quantumvis vetusta & vulgata, veritati omnino est postponenda, cumq; Christus veritas sit, magis veritatē, quàm cōsuetudinem sequi debemus. Consuetudinem enim ratio & veritas semper excludunt. Et consuetudo sine veritate vetustas erroris est. Nō igitur hominum cōsuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. Et quæ præterea aliæ sententiæ, distinct. 8. extant. II. Ostendimus supra quosdam veterum, ex Apocryphis fabulis, cœpisse ad purgatorium alludere. III. Origenes suum peculiare purgatorium excogitavit, cuius sententiæ alicubi Ambrosius & Hieron. transcripserunt, sicut ostendimus. Sed Origenicum illud purgatorium in quinta Synodo publicè damnatū est. Et tamen illas sententiæ Pontificij pro suo purgatorio allegare non verentur. IIII. Augustinus cœpit quidem de alio purgatorio disputare, nihil autem vel affirmavit vel asseueravit, sed vt opinionem dubiam & incertam in medio reliquit. V. Veteres longè alio sensu & sine pro mortuis orarunt, quàm Pontificij, sicut monstrauimus. VI. Græca Ecclesia commentum de igne purgatorij nunquam recepit. VII. Præcipua fundamenta, quæ Pontificij purgatorio suo præstruunt à patribus disertè rejiciuntur. VIII. Quæ Monachi in purgatorio suo ex spectris mortuorum effinxerunt, vetustioribus ignota sunt. Hæc omnia in præcedentibus liquidò sunt explicata & demonstrata, vt superuacuum esset ea hoc loco repetere. Inde verò manifestum est, Pontificium purgatorium ex vetustioribus patribus probari nequaquam posse.

DE SCRIPTURÆ SENTENTIIS, QUÆ A PONTIFICIIS ad stabiliendum purgatorium detorquentur.

Pontificij factentur purgatorij ex Scripturis probari non posse.

Perionius.

Roffensis.

ANtea aliquoties diximus, Pontificios opinionē purgatorij ad Scripturam adferre, non inde referre, sed cogere hoc videri in Scriptura dictum, quod ante lectionem præsumperunt credendum, vt Hilarij verbis vtar. Perionius dicit, se solum illum locum, qui extat in Apocrypho libro Macchabæorum, de promere posse ex Scripturis diuinis, qui apertè doceat preces & sacrificia prodesse mortuis. Roffensis disertè ponit hæc verba: Tametsi ex Scripturis non possit probari purgatorium, veritas eius nihilominus Christianis cunctis credenda est. Et postea addit: Quanquam forassis vnam

aliquam Scripturam, quæ proteruentem adigat, vt rem velit, nolit, confiteatur, in promptu non sit adducere, potest esse nihilominus illic aliqua, tametsi diligentissimos hæctenus inquisitores ipsa latuerit. Petrus à Soto, inquit, licet in Scriptura sacra nihil perspicuè de purgatorio tradatur, tamen multa credenda esse, quæ scripta non sunt, ideo in quibusdam locis Scripturæ purgatorium non quidem demonstrari, sed insinuari. Hæ confessiones aduersariorum ideo diligenter sunt notandæ: Ostendūt enim ipsos sine Scriptura purgatorium credere. Quod verò multas solent Scripturæ sententiæ pro purgatorio allegare, illud pro formatantum, quod aiunt, ab ipsis fieri. Operæ precium autem est considerare, quàm alienæ, peregrinæ, ineptæ, & frigidæ sint probationes: Nam iuxta versiculum:

Causa, patrocinio, non bona, peior erit.

Origenes igitur & post ipsum Pontificij, vbicunq; in Scriptura inueniūt metaphoras plumbi, argenti, ignis, purificationis, leberum, cōflatorij, &c. Inde statim per allegoriam purgatorium extruunt, sicut de Origenis sententiis supra quædam annotauimus: sed regula certa & Catholica est, quam Hieronymus ita tradit. Ex locis Scripturæ obscuris, dubiis, ænigmaticis & allegoricis, non posse constitui dogmata. In illis enim, quæ in Scripturis apertè posita sunt, inueniuntur illa omnia, quæ continent fidem moresq; viuendi, inquit Augustinus. Idem contra Petilianus literas cap. 5. inquit: Illa interim sepōnēda sunt, quæ obscure sunt posita & figurarum velaminibus inuoluta, deligamus aperta & manifesta, quæ si in sacris Scripturis nō inuenirentur, nullo modo esset, vnde illustrarentur obscura. Et cap. 16. inquit, proferte aliquid, quod non egeat interprete, non quod alium sensum probare potest.

Vsitatissimum Monachis post Origenem fuit illud testimonium ex Psal. 66. Transiimus per aquam & ignem, & eduxisti nos in refrigerium. Addunt autem sententiam Iob 24. Ad nimium calorem transeunt ab aquis niuium. Hinc fingunt in purgatorio esse, & ignem & aquam, & animas ex igne feruentissimo projici in aquam gelidissimam, & econtra. Sunt verò qui existimant imprudenter fecisse eos, qui igni purgatorij aquam, licet per interstitiū adiunxerunt. Putant enim interstitium illud ab igne progressu temporis exustum & destructum iam esse, & aquas illas quasi diluuium quodam in purgatorium effusas ignem ibi iam fermè extinxisse. Sed Iob hoc tantum dicit in sua lingua, sicut calor & terra horrida absunt aquas niuales, ita infernum eos, qui peccauerunt. Dauid verò loquitur non de futuris cruciatibus purgatorij, sed de afflictionibus & liberationibus præteritis, pro quibus gratias agit, sicut in contextu Psalmi manifestissimum est. Et hoc ad spem liberationis ex calamitatibus, vel presentibus, vel futuris in hac vita rectè accommodatur. Vsitata enim in tota sacra Scriptura est metaphora aquæ & ignis pro tribulationibus in hac vita. Augustinus in eo loco per ignem intelligit infelicitates in hoc mundo, per aquam res prosperas, & nullibi in hac vita verum esse refrigerium, sed tantum in altero seculo.

Pet. à Soto.

Orig. argumentum.

Regula Hieronymi.

Augustinus.

Argumentum Monachorum post Origo.

Aqua & ignis metaphoricè significat tribulationes huius vite.

Eccius

*Eccij argu-
mentum.*

Ecclus ad purgatorium ineptissime torfit il-
lud Eccl.4. De carcere catenisq; interdum quis
egreditur ad regnum, &c. Sed Salomon vices &
fluctus rerum, in vanitate huius seculi confide-
randa proponit, quod qui rex est, aliquando ex
throno deicitur, & ex seruo & captiuo sapè fit
Rex, sicut Iosepho contigit. Egregia verò hæc
est purgatorij probatio.

*Scapuleus
argumentū.*

Stapuleus ad stabiliendum purgatoriu, tor-
quet locum Zach.9. In sanguine Testamenti tui
emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est a-
qua. Si enim vincti sunt, & in lacu, & tamen e-
mittuntur inde, quod in inferno non fit. Ergo
de purgatorio existimat intelligendum esse. Sed
Spiritus sanctus, Matth.21. locum illum explicat
de primo aduentu Christi, & de redemptione,
quæ fit per sanguinem Christi, de qua Paulus ex
Osæa concionatur 1. Cor.15. Roman.3. Ephes.1.
Colof.1. Et Hieronymus lacum illum interpre-
tatur de inferno, vbi nulla est misericordia, qui
cum nobis omnibus præparatus esset, merito
sanguinis Christi ex eo redempti sumus. Qui-
dam de limbo patrum locum illum exponere
conati fuerunt, sed de purgatorio ex veteribus
nemo illum intellexit. Nec potest cum purga-
torio Pontificiorum conuenire, aliàs enim non
propriis satisfactionibus, nec aliorum suffragiis,
sed solius Christi sanguine animæ ex purgatorio
liberarentur.

*Mart. Eifin-
greinius v-
de purgatori-
um astruat.
Mich.7.*

Recens Martinus quidam Eifingreinius co-
natus fuit ostentare, se, vltra omnes, purgatoriu
posse ex veteri Testamento probare. Audiamus
igitur quodnam palmarium nouus ille logodæ-
dalus inuenerit. Dicit Mich. 7. extare manife-
stam purgatorij probationem in his verbis: Ne
læteris inimica mea super me, quia cecidi, resur-
gam cum sedero in tenebris, Dominus lux mea
est. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei,
donec causam meam iudicet, &c. Sed Hierony-
mus dicit id, quod contextus ipse ostendit, iuxta
literam esse querelam 7 Hierusalem contra Ba-
bylonem, & cæteras Gentes. Per anagogen verò
illud (cecidi resurgam) posse intelligi de cōuer-
sione, iuxta dictum, Nolo mortem peccatoris,
&c. Reliqua rectè intelligi de afflictionibus hu-
ius vitæ. Omnis enim correptio ad præfens non
videtur gaudij, vt sensus sit, si nie despicias, quia
tormenta sustineo, disce ab Ezechiele, pœnas
primum sanctoribus irrogari. Et addit idem es-
se quod Esa. inquit cap.9. habitantibus in regio-
ne vmbre mortis, lux orta est eis. Quem locum
Matthæus non de purgatorio in altero seculo,
sed de cōuersione & illuminatione peccatorum
in hac vita exponit ca.4. Et metaphora de tene-
bris, vmbra mortis & luce, vsitatissima est in
Scriptura, sicut Luc.1. beneficium redemptionis
Christi hac metaphora describitur, illucescere
his, qui in tenebris & in vmbra mortis sedēt.
Quod si ita potest purgatorium suum probare
Eifingreinius, quiduis ex quouis potest facere.
Nihil igitur obstat, quod minus purgatorium su-
um dicat creatum esse, quando Gen.1. scribitur:
Et tenebræ erāt super faciem abyssi, & dixit Do-
minus, fiat lux.

*Aliud argu-
mentum Eif-
ingreini pro
purgatorio.*

Idem eodem acumine purgatorium inuenit
in Psal.48. Deus redimet animam meam de ma-
nu inferi, cum acceperit me. Quem locum Au-
gustinus rectè, iuxta vsitatam Scripturæ meta-

phoram, exponit de laboribus, tribulationibus,
pressuris & tentationibus in hoc mundo. Acu-
tius verò est, quod conductitius ille Rhetor ex
Psalm.106. probat purgatoriu: Clamauerunt
ad Dominum, cum tribularentur, & de necessi-
tatibus eorum liberauit eos, & eduxit eos de te-
nebris & vmbra mortis, & vincula eorum diru-
pit. Manifestissimum est, esse gratiarum actio-
nem, pro beneficiis & liberationibus populo Is-
rael exhibitis, quæq; quotidie in hac vita mor-
talibus à Deo exhibentur. Et tamen impudens
illa bestia non veretur purgatorium suū inde ef-
fingere. Quod si illo loco fundati essent nerui
purgatorij Pontificij, simpliciter incisi essent.
Dicit enim, Nec fuit qui adiuuaret, & peccata
mortalia purgatorio post hanc vitam elueren-
tur. Dicit enim: Exacerbauerunt eloquia Dei,
& consilium altissimi irritauerunt. Ingolsta-
dienses addunt hæc argumenta pro purgatorio,
Matth.3. Christus baptizabit Spiritu sancto &
igni. Acto.2. Quem Deus suscitauit solum do-
loribus inferni, 1. Reg.1. Deus deducit ad inferos
& reducit, Iob.4. In inferno protegas me, 1. Co-
rinth.15. Baptizantur pro mortuis. Afflictiones
enim significantur vocabulo Baptismi. Lucae 12.
Item qui in Scriptura à mortuis excitati legun-
tur, non sunt reuocati nec ex Paradyso, nec ex
inferno. Ergo fuerunt in purgatorio. Num ve-
rò existimas hominibus istis aliquid, non dico
conscientiæ, sed frontis esse, qui nec alia, nec
certiora causæ suæ habent, & tamen proferre
audent documenta.

Quidam de purgatorio interpretatur locum
Malach.3. Erit quasi ignis conflans, & sedebit
conflans, colans, emundans, purgans, &c. Quæ
sententia loquitur de beneficio Christi vocan-
tis, illuminantis, conuertentis, purgantis & e-
mundantis Ecclesiam suam per verbum & cru-
cem in hac vita. De primo enim eius aduentu lo-
quitur. Erunt offerentes Domino sacrificia ius-
titia, sicut Hieronymus & Theodoretus etiam
exponunt.

Alij vt multitudine allegatorum, causam pur-
gatorij, si non probent, at saltem obruant addu-
cunt hæc dicta, vt quod Iob. cap.19. de ærumnis
in hac vita dicit: Misere mini mei vos amici mei,
quia manus Domini tetigit me. Et Esa.54. In mo-
mento indignationis abscondi faciem meam à
te, & in misericordia sempiterna misertus sum
tui. Quod de cruce Ecclesiæ in hac vita dicitur.
Leuit.12. quod de puerpera statuitur, hoc Pon-
tificij ad purgatorium suum detorquent. Non
ingredietur in sanctuarium, donec impleantur
dies purgationis suæ.

Exnuda hac recitatione sententiarum, quas
ex veteri Testamento Pontificij pro purgatorio
suo adducunt, manifestum est, quale dogma sit.
Nihil enim aliud inductione taliū argumentor-
um efficiunt, quàm quod rem per se incertam
argumentando prorsus dubiam faciunt, vt Le-
ctor verè dicere possit, incertior iam sum mul-
tò, quàm dudum. Imò dicat potius, si nō alia ha-
betis fundamēta & documēta purgatorij vestri,
prorsus illud non credo. Atque ideo prudentius
faciunt illi, qui absq; probationibus & testimo-
niis scripturæ, postulant simpliciter credi purga-
torium fide implicita. Vnus verò locus ex veteri
Testamēto, speciem aliquam habet. 2. Mach.12.

*Psal.48.
Augustinus.
Aliud eiusdē
argumentum
ex Psal.106.*

*Argumentū
ex Malach.3.*

*Alia argu-
menta.
Iob.18.
Esa.54.*

Leuit.12.

2. Mach.12.

Scd

Sed liber iste non est Canonicus. Et de loco illo prolixam & solidam ostendimus explicationem in historia purgatorij.

*Argumenta
& confirma-
tiones noui
Testamenti,
pro purgato-
rio Pontificio.*

Porro cum nouum Testamentum lux sit veteris, audiamus qualia, quam certa, quam firma, & perspicua, pro purgatorio suo, ex nouo Testamento testimonia proferant Pontificij. Peculiari enim iudicio Dei fieri non dubito, quod Pontificia Synagoga pro purgatorio suo, ex Scriptura corradit, qualiacunque dicta, modò multa sint, & ea quomodocunque in purgatorium suum pertrahere possint. Nam eo ipso suo se iudicio produnt, quod dogma purgatorij comentitium & falsum sit, cum patroni eius etiam qui doctissimi videri volunt, ex Scriptura nulla, nisi obscura, allegorica, incerta, aliena, frigida, & inepta testimonia proferre possint. Veritas enim, certitudo, & firmitas dogmatum, ex qualitate testimoniorum Scripturæ, quibus probantur, æstimanda est.

*Primum
argumentum
ex epistola ad
Phil. 2.*

Producent igitur in primis locum Phil. cap. 2. In nomine Iesu omne genu flectetur, cœlestiū, terrestrium, & inferorū seu subterraneorum. Iam damnati apud inferos non exhibent Christo cultum adorationis seu pietatis, quin potius ipsum extremè oderunt, & blasphemant. Ergo præter beatos in cœlo seu Paradyso, & præter damnatos in inferno, necesse erit sub terra esse tertium quendam locum, vbi animæ quædã laudent & colant Christum, hoc est, in purgatorio.

Responsio.

Respondeo: Expendamus, an locus ille Pauli certò perspicuè & firmiter, reddat & cõfirmet Pontificiorum dogma de purgatorio. Ante Bedam & Aquinatem certè non fuerunt certi, an purgatorium esset sub terra, supra terram, aut in aere. Nam Gregorius animas purgat in thermis, in glacie, in vmbra arborum. Alcuinus collocat purgatorium in aere, inter cœlum & terram. Apud Bedam postea spectrum quoddam retulit, purgatorium sub terra esse, & confine inferno.

Bedam.

Aquinat.

*Gregorius.
Alcuinus.*

Bedam.

*Geniculatio
Pauli est o-
mnium sub-
iectio, data
Christo.*

Quomodo ergo ex subterraneis Pauli, probari poterit, vel Gregorij vel Alcuini purgatorium, quod non sub terra, sed supra terram fuit? Et geniculationem Paulus in illo loco intelligit, non tantum cultū pietatis: Sed in genere subiectionem omnium, sub summa illa potestate, quæ Christo super omnia data est. Exponit enim gloriam, in quam Christus post humiliationem exaltatus est, vt sit Dominus & iudex vniuersorum. Rom. 14. Non autem piorum seu electorū tantum Dominus & iudex est, sed omnia, quæcunque sunt, siue in cœlo, siue in terra, siue sub terra, Christo vt Domino subiecta sunt, Psal. 8. Cuius maiestatem seu gloriã agnoscere & vereri cogentur ipsi etiã damnati in inferno, imò Diaboli ipsi. Lucæ 8. Omnes enim iudicabit & pios & impios, & ipsos etiam Diabolos. Atq; hoc modo geniculationem de subiectione & iudicio explicat Paulus Roma. 14. Et quia Esaia cap. 45. dicit omne genu ipsi flectendum, si geniculatio simpliciter tantum de cultu pietatis intelligenda esset, sequeretur, illud ipsos Diabolos & damnatos etiam aliquando facturos. Manifestissima verò refutatio est, quod Paulus Roma. 14. illam genuflexionem disertè exponit de extremo iudicio, tunc enim manifestè ostenditur, omnia Christo esse subiecta. Falsò ergo ad purgatoriū detorquetur. Sed excipiunt Apoc. 5. scriptum

Absurditas.

esse, Omnem creaturam, quæ in cœlo est, & super terram, & sub terra, & in mari, & quæ in eis sunt, audiui dicentes, Agno honor, benedictio & gloria & imperium. Responsio autem manifestata est, quod pro more Scripturæ per Protopopeiam, omnes creaturas etiã irrationabiles, faciat suo modo Deum celebrare, sicut montes, colles, ligna, Dracones, bestia, volucres, ignis, grando, Sol, Luna, & stellæ dicuntur Deum laudare, Psal. 145. Et quomodo hoc intelligendum sit, exponit, cum inquit: Quia ipse mandauit & creata sunt. Præceptum posuit, quod non prætereunt, sed faciunt verbum eius. Celebratio igitur Dei est, quod creaturæ etiam inanimatæ & irrationales, manent in sua statione. Atque ita intelligendum esse locum in Apocalypsi, inde manifestum est, quòd annumerat etiam creaturas in mari. Et si maximè vterque locus de rationali cultu pietatis & celebrationis intelligeretur, quomodo quæso inde consequeretur, Sub terra sunt, qui colunt & celebrant Deum. Ergo necesse est ipsos ignibus excruciarī, flāmis torqueri, & per satisfactiones viuorum inde redimī? Cultus certè & celebratio Dei, non definitur flammæ torturis, & alienis, præter Christi redemptionem, satisfactionibus pro peccatis. Si itaque dogma purgatorij Pontificij nõ est certius, quàm ex illis locis probatur, necesse est fictitium atque aded nullum adesse.

*Obiectio em
Apoc. 5.*

Responsio.

II. Ex loco Apocal. 21. ita extruunt purgatorium: In cœlestem ciuitatem non intrabit aliquid co inquinatum. Sed multæ animæ ex hoc seculo migrant, non vsq; aded pure, vt in cœlum recipi mereantur, neq; aded imunde, vt in gehennã sint conijciendæ. Ergo necesse est locum medium esse, vbi ignibus purgantur, vt possint aliquando intrare Paradysum. Hæc argumentatio simpliciter procedit ex ignorãtia iustitiæ Euangelij, & ex iudicio rationis de iustificatione, quam constituunt in propria, seu in hærente in nobis iustitia, puritate & perfectione. Sed Scriptura clamat, inter omnes Sanctos neminem in hac vita posse dicere. Prouerb. 20. Purum est cor meum, & mundus sum à peccato. & communis omnium Sanctorum in hac vita querela est. Esa. 64. Facti sumus velut immundum omnes nos, & quasi pannus menstruata vniuersæ iustitiæ nostræ. Ideo Deus dedit nobis Pontificem impollutum, Ebr. 7. sanctum sanctorum. Daniel. 9. qui per semetipsum fecit purgationem peccatorum nostrorum, Ebræ. 1. Sanguis enim Christi purgat conscientiam ab operibus mortuis, Ebræ. 9. & emundat à peccatis. 1. Ioh. 1. qui dedit semetipsum, vt mundaret sibi populum peculiarem, Tit. 2. Et Ecclesiam emundat lauacro aquæ in verbo, Ephe. 5. Mundi estis propter verbum meum, Ioh. 15. Fide purificas corda eorum, Actor. 15. Ita credentes habent mundiciẽ coram Deo, qua Paradysum ingredi possunt, sed illa nõ consistit in propria in hærente mundicie. illa quidem in hac vita per Spiritum sanctum inchoatur. 1. Cor. 5. 2. Cor. 7. 2. Timo. 2. Sed non est sine macula & perfecta: Nam si dixerimus, nos peccatum non habere, veritas in nobis non est, sed si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt emudet nos ab omni peccato. Quomodo verò? Remittes nobis peccata: Quia sanguis Christi emundat nos ab omni peccato, 1. Ioh. 1.

*Secundum
argumentum
Apoc. 21.*

Solutio.

Hinc

Hinc sancti in altero seculo nitent, quia stolas suas lauerunt in sanguine agni, Apocal. 7. & 22. Verè igitur nihil immundi intrat in cœlestem illam ciuitatem, sed credentes, licet cum Esaia fateantur se immundos, tamen in Christo habent perfectissimam mundiciem. Pontificij verò eos, qui emundationem illam Christi fide habent, flammis torrentibus subiiciunt, quasi non verè, rectè, aut satis in Christo purgatos. Et aliam tanquam præstantiorem purgationem, per proprias scilicet satisfactiones, vel per aliorum suffragia, comminiscuntur, quod in perfectissimam Christi purgationem contumeliosum est, & homines seducit, ac Paradyso excludit. Qui enim dicunt, mundi sumus, hoc est, peccatum non habemus, seducunt seipfos, & veritas non est in eis. Prouerb. 20. 1. Ioh. 1. Et locus Apoca. 21. dicit, Eos, qui mendacium faciunt non intrare ad cœlestem ciuitatem. Ex dicto igitur illo Iohannis, nihil minus quàm Pontificiorum purgatorium probatur. Idem enim Ioannes, cum in Apocalypsi sua videret, & gloriam beatorum, & pœnas damnatorum, de tertio loco seu statu purgatorij, nihil vel vidit, vel audiuit, vel somniauit. Et Phrasis ipsa Apocalyp. 21. ostendit, quòd non de venialibus peccatis, quæ Pontificij igne purgari fingunt, loquatur. Inquit enim *καὶ οὐκ ἔστιν ἐκεῖ*, quicquid coinquinat, non intrabit in eam: Quæ verò sint, quæ hominem coinquent, Christus explicat Matth. 15. Et Ioannes ipse addit explicationem: Quod abominationem facit & mendacium. Loquitur ergo de peccatis, quæ à regno Dei excludunt. Quæ verò Scriptura tradit, per tormenta ignis purgandos esse eos, qui cupiunt ingredi Paradysum?

III. Ex tormentis diuitis Epulonis, Lucæ 16. quidam contendunt probare purgatorij pœnas, sed singulis partibus dogmatis Pontificij de purgatorio, historia illa repugnat. Ex legatione enim, quam cupit ad fratres mitti, colligitur ipsum absq; pœnitentia decessisse. Et Abraham dicit, Chaos ita confirmatum esse, vt ex loco illo tormentorum, nemo possit transire ad locum solarij. Omne etiam refrigerium loco illi denegat. Quod si Epuloni isti nota fuissent Pontificiorum spectra & suffragia, petiisset ipse mitti ad fratres, vt missas, vigilias, anniuersaria, memorias, balnea, peregrinationes, indulgentias, & quæ præterea ad suffragiorum nundinationem pertinent, sibi procurarent, multam enim substantiam reliquerat. Adeo igitur ex illa historia Pontificiorum purgatorium non probatur, vt ad refutationem eius vel sola sufficeret.

IIII. Nec verentur quidam etiam Ioanni Baptistæ affingere purgatorij, in illis verbis, Matr. 3. In cuius manu ventilabrum est, & permundabit aream suam, congregabitq; triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Fingunt enim ventilabrum significare mortem, aream Purgatorium, horreum Paradysum. Sed Baptista concionatur de pœnitentia, & de purgatione peccatorum, quæ fit in hac vita, sicut & veteres aream interpretantur, de Ecclesia in hac vita, in qua simul mixta sunt, & triticum & paleæ.

V. Faceta prorsus probatio purgatorij est, quam conflagunt ex cap. 13. Marci, Homo peregrinatus, significat animam, quæ per mor-

tem ex hoc mundo migrat, Ille seruus reliquit suam potestatem, hoc est, testamentariis suis mandauit, vt ex relictis bonis redimant suffragia, quibus ex purgatorio liberetur. Ianitori verò præcepit, vt vigilet, hoc est, pastori suo legauit partem bonorum, vt vigilanter pro ipso sacrificet. Et post tam prægnantem probationem, quis amplius dubitabit de purgatorio, nisi totus mundus? Nam & ex Psalmo 8. egregiam & verè magistralem habent purgatorij probationem: Omnia subiecisti sub pedibus eius, volucres cœli, hoc est, Angelos & Sanctos in cœlo, pecora campi, hoc est, pios in hac vita, pisces maris, hoc est, animas in purgatorio. Ex huiusmodi certè non argumentis, sed nugis, æstimari potest, quale dogma sit purgatorium Pontificiorum.

VI. Matth. 5. Conijcietis in carcerem, Amen dico tibi, non exibis inde donec persolueris extremum quadrantem. Hic dicunt Purgatorium apertè probari, quia fit mentio carceris, vnde vinciti possunt aliquando exire, quod de inferno non potest intelligi: Inde enim nulla redemptio est. Et persolutionem debiti vsque ad extremum quadrantem, posse fieri in altero seculo, ex particula (donec) putant probari. Videndum autem nobis est, an certò, euidenter & firmiter ex hoc dicto Christi, Pontificiorum purgatorium probetur. Si enim Christus purgatorium docuit, necessariò illud credere tenemur, ad huius enim vocem cœlitus alligati sumus: Hunc audite. Primus autem Origenes fuit, qui locum illum de purgatorio exposuit. Nam Homilia 35, in Lucam illud (Mitteris in carcerem) ita explicat: Exigeris debitum per labores & opera, siue per pœnas & supplicia, & non inde exhibis, nisi reddideris. Ex Origene Am-

brosius interpretationem suam, sicut plerumque solet, Lucæ 12. mutuatus est. Et magnus quidem vir fuit Ambrosius, sed considera quæso, quàm puerilliter ineptiat, extructurus ex illo loco purgatorium. Hæc enim sunt ipsius verba: Quia olim quadrans in Balneis solebat dari, cuius oblatione quisque accipiebat facultatem illic lauandi: Ideo dicit in purgatorio solutione quadrantis elui peccata, si tam diu noxius exerceatur pœnis, vt commissi supplicia erroris expendat. Sed quia Origenicum purgatorium meritò reiectum fuit, suspecta igitur est Ambrosij interpretatio, quam Origenicam esse inde constat. Quod enim reus traditur iudici, & à iudice exactori, à quo in carcerem conijcitur, hoc Ambrosius aliquoties repetit fieri in extremo iudicio. Purgatorium igitur suum Ambrosius cum Origene ponit post extremum iudicium. Atque ita ne Ambrosij quidem interpretatio patrocinatur Pontificiorum purgatorio. Contextus autem illius loci ad literam, manifestè loquitur de studio concordia, vt is, qui fratrem offendit, petat veniam, & qui lapsus est, non sit nimium durus ad reconciliationem. Ac à studio litigandi in foro deterret, à periculis, incommodis & damnis, quæ sequi solent. Et hanc esse simplicem & genuinam huius loci sententiam, Chrysostronus expresse affirmat, quam sententiam etiam Hieronymus probat. Atque hoc diligenter notetur, simplicem, propriam, genuinam & literalem (vt dicitur) sententiam huius loci, prorsus nihil de purgatorio loqui.

Quod

Psalm.

Sextum.
Matth. 5.

Donet.

Solutio.
Origenes.

Ambrosius.

Solutio ex cō-
textu oratio-
nis petita.

Chrysostronus
Hieronymus.

Tertium.
Luc. 16.

Quartum.
Matth. 3.

Quintum.
Marc. 13.

Quod verò per allegoriam eò detorquetur, notum est, dogmata ex locis Scripturæ propriis, non autem ex allegoricis detorsionibus, extruenda & probanda esse. Sequitur itaque locum Matth. 5. non posse fundamentum, documentum aut firmamentum purgatorij esse. Et de allegoria illius loci inter interpretes non convenit. Ambrosius enim per aduersariū allegoricè intelligit Diabolum, sed hoc & Hieronymus & Chrylostomus disertè reprobant. Hilarius & Hieronymus illorū etiam allegoriam reiiciunt, qui locum illum interpretantur de concordia vel carnis & animæ, vel animæ & spiritus. Chrylostomus in opere imperfecto dicit: Per carcerem intelligi posse angustias & tribulationes huius mundi. Augustinus per carcerem intelligit infernum seu gehennam. Quæ verò *πληροφεια*, ex allegoria tam incertū dogma purgatorij, quòd aliàs nulla manifesta in Scriptura testimonia habet, constitui aut confirmari poterit? Nec particula (donec) euincit, eos qui sine condonatione fraterna hinc excedunt, vel exituros aliquando ex carcere, vel in altero seculo persolvere posse debitum. Est enim peccatum mortale, excludens à regno Dei in ipsam gehennam. Notum etiam est, particulam donec non semper significare terminum, sed sæpius continuationem & perpetuitatem: vt, non cognouit eam donec peperit, Matth. 1. Et Beda ex Augustino dicit, donec, Matth. 5. ponit pro infinito, sicut a libi: Donec ponam inimicos. Et Luc. 12. hanc Augustini interpretationē adducit. Quia semper solvere pœnas patiēdo, sed nunquam persolvere veniam cōtequendo poteris, neq; enim ibi veniæ locus erit: Nunquam exibis inde, vbi perpetuas peccatorum pœnas lues. Et quidem de 8. quæstionib. Dulcitij, vbi ex professio quæstionem purgatorij tractat, non audeo ex isto loco purgatorij stabilire, sed dicit. Locum illum (Non exibis inde donec, &c.) intelligendum esse sicut illud: Non cognouit eam donec peperit. Theophylactus etiam Luc. 12. tractans allegoriam huius loci, inquit: Punit nos donec mensuram pœnæ impleamus. Nunquam autem impletur mensura pœnæ, semper ergo puniemur. Si enim in carcere manebimus donec extremū minutum reddamus, & nunquam reddituri sumus, manifestum est, quòd æternum futurum sit supplicium: Ita etiam Hieronymus in Threnis Ieremiæ exponit sententiā illam Christi de pœnis æterni ignis. Et quid opus est Patrum interpretationes sollicitè conquirere, cum habeamus ipsius Christi interpretationem? Quod enim Matth. 6. dicit: Si non remiseritis hominibus, nec pater vester remittet vobis peccata vestra. Illud Matth. 18. in parabola ita dicit: Tradidit eū tortoribus, quoad vsq; redderet vniuersum debitum. At qui paulò antè dixerat: Seruum illum non potuisse dimitti, nisi gratuita condonatione debitum remitteretur, quæ remissio illi in carcere negata est. Manifestum igitur est, ex illo loco Matthæi purgatorium non posse probari, sed sententiā eius Pontificiorum purgatorio prorsus repugnare. Literalis enim sensus loquitur de iudiciis forensibus in hac vita. Allegoria verò, iuxta Christi & veterum etiam interpretationem, ad fraternam reconciliationem, dum in hac vita sumus, hortatur, similitudine

petita à ciuilibus iudiciis, ostendens, sine spe salutis in æternum damnandos illos, qui vel reconciliationem petere nolunt, vel offensam remittere negant, sed in inimicitias moriuntur.

VII. Multos mouit locus Matth. 12. vbi Christus de peccato in Spiritū sanctum inquit: Non remittetur, nec in præsentis seculo, nec in futuro. August. enim de Ciuitat. libro 21. cap. 24. ita ex hoc loco argumentatur: Neq; enim veraciter de quibusdam diceretur, quòd non eis remittatur, neq; in hoc seculo, neq; in futuro, nisi esset, quibus etsi nō in isto, tamen remitteretur in futuro. Gregorius etiam cū loco Pauli 1. Cor. 3. non multum fidat: dicit enim de tribulationibus huius vitæ intelligi posse: ex illa Matth. sententia sola, conatur purgatorium probare. Ita enim inquit 4. Dialog. cap. 39. de quibusdam leuibusculpīs, esse ante iudiciū purgatorius ignis, credendus est, pro eo, quòd veritas dicit: Si quis in Spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo dimittetur, neque in futuro, in qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam verò in futuro relaxari, quòd enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Et Bernhardus super Cantica, Serm. 67. cōtra eos, qui suo tempore purgatorium negabāt, hoc solum Scripturæ testimonium profert. Quærant, inquit, ab eo, qui dixit, quoddam peccatum esse, quòd neque in hoc seculo, neque in futuro remittetur, cur hoc dixerit, si nulla manet in futuro remissio, purgatione peccati? Sed cogitetur quis sit status controuersiz de purgatorio, An scilicet animæ fidelium à corporib. solutæ, igne corporali torreantur, vt acerbissimis suppliciis pro peccatis non remissis satisfaciatur, aut viuorum suffragiis ex igne illo liberentur. Num verò ex dicto illo Matth. etiam si iuxta Augustini interpretationem accipiatur, illud probari poterit? Certè remissio peccatorum non definitur tormentis flammarum, & suppliciorum satisfactionibus. Neq; enim sensus est quando Scriptura dicit: Christum meruisse nobis remissionem peccatorum, quòd promeruit nobis tormenta flammarum, & acerbissima supplicia, quibus nobis ipsis pro peccatis satisfaciendum sit, sed ex misericordia Dei propter satisfactionem Christi, scriptura tradit peccata remitti, hoc est, gratuito condonari & regi, ne imputentur & exquirantur. Etiam si igitur Augustin. concederetur, quædam peccata in altero seculo remitti, purgatorium tamen Pontificiorum inde probari & stabiliri prorsus non posset. Cum remissione enim peccatorum (sicut Scriptura de ea loquitur) ex diametro prorsus pugnant ea, quæ Pontificij de pœnis purgatorij tradunt. Et hoc Lector diligenter cōsideret, quòd ex illo dicto, quo præcipuè nituntur, purgatorij nullo prorsus modo probetur. Vt autem de vero sensu huius dicti aliquid dicamus, magna & ardua quæstio est, vbi fiat remissio peccati, in hoc ne, an verò etiam in futuro seculo? Origenem enim certum est ex hoc fundamento, quòd statuebat tempus pœnitentiæ, reconciliationis & remissionis, etiam in altero seculo esse, finem pœnarum etiam damnatis, imò ipsis quoq; Diabolis promississe. Extant autem in Scriptura multa clarissima dicta, quæ paulò antè recitata sunt, quòd

Allegoria loci Matth. 5. Ambrosius. Aduersariū quis.

Hilarius & Hieronymus. Chrylostomus Carcer.

Augustinus.

De particula, Donec.

Beda.

Augustinus.

Theophyl.

Hieronymus.

Solutio ex Christi interpretatione.

Literalis sensus loci Matth. 5. Allegoria eius loci.

Septimum. Matth. 12.

Augustinus.

Gregorius.

Bernhardus.

Responsio ad locum Matth. 12.

De vera sententia huius dicti Matth. 12. Origenis lapsus ex huius loci abusu.

quod in hac tantum vita sit tempus fructuosae poenitentiae, reconciliationis & remissionis. Hoc enim in caelo solutum erit, quicquid in terra solutum fuerit. Quicquid vero in terra ligatum fuerit, erit etiam in caelo ligatum. Nec medium fingi debet inter peccatum ligatum, & inter peccatum quod solutum non est. Contra illa clarissima Scripturae dicta, alicui, qui sine remissione peccatorum moritur, promittere remissionem in altero seculo, nemo sine expresso verbi Dei testimonio, vel debet vel potest. Nullibi autem Scriptura manifeste & expresse hoc dicit, sed per modum consequentiae ex dicto illo Matthaei, opinio ea textitur. Nec vero res tanta contra clarissima Scripturae dicta, nudis aut solis consequentis, sine aperto verbi Dei testimonio committenda est. Nam & Augustinus contra eos disputat, qui ex illo loco consequens esse contendebant, excepta vna illa sola specie peccati in Spiritum sanctum, reliqua peccata omnia in altero seculo remitti posse. Et certe si solis consequentis credendum esset, Augustinus non posset elabi. Nam reliqua peccata omnia, vni illi speciei in dicto Christi opponuntur, Marci 3. Sed Augustinus videns, consequentiam illam repugnare aliis manifestis Scripturae dictis, recte eam reiecit & refutat. Et ipse constituere non audeat, quod aut quale peccatum illud sit, quod in altero seculo remitti dicendum sit, cum nullum habeat manifestum Scripturae testimonium.

Rectius igitur, tutius & certius est, iuxta clarissima Scripturae dicta hortari homines, ut in hac vita quaerant, & accipiant remissionem peccatorum, proposita dulcissima illa promissione: Qui credit in filium non venit in iudicium, sed a morte transit in vitam: Non autem laetare aut potius seducere homines, dubia, vana & falsa spe, acquirendae remissionis peccatorum post hanc vitam. Qui enim sine fide & sine remissione peccatorum hinc discedunt, illos Scriptura pronunciat condemnatos esse, & iram Dei manere super ipsos. Et ante Augustinum, talis interpretatio dicti Christi non fuit in Ecclesia, vel nota vel usitata. Nam nec Hilarius, nec Hieronymus, nec Chrysostomus, nec Theophylactus, dictum illud ita exposuerunt. Athanasius etiam, qui peculiarem tractatum de dicto illo conscripsit, nihil tale vel dicit, vel inde extruit.

Et quid opus est de interpretatione & sensu illius phraeos apud Matthaeum, multis disputare, cum habeamus interpretem certissimum, & omni exceptione maiorem. Marcus enim, qui est quasi interpres Matthaei, phrasin illam (Neque in hoc seculo, neque in futuro remittetur) non ita interpretatur, quasi quorundam peccatorum remissio post hanc vitam impetrari possit: Sed partitione illam de praesenti & de futuro seculo simpliciter ita interpretatur, quod blasphemia in Spiritum sanctum non habeat remissionem in aeternum, sed rea sit aeterni iudicii, Marc. 3. Partitione vero illa Matthaeus ideo vitur, ut ostendat tam horribile esse peccatum in Spiritum sanctum, ut iudicium irae diuinae, & in hac vita exagitationibus conscientiae, illi qui peccati huius rei sunt, sentiant, & fore, ut in altero seculo grauius eod premantur & exagitentur, quando in resurrectione mortuorum, iudicium de peccatis palam fatetur. Et hoc est, non remitti nec in hoc

seculo, nec in futuro, id est, reatum iudicii diuini, & in hoc seculo & futuro sustinere, Marc. 3. Beatitudo enim hominis est, cui remissa sunt peccata, Roman. 4. & iustificati fide, pacem habent cum Deo, Rom. 5.

Ita Chrysostomus hanc partitionem Matthaei explicat: Viuerforum (inquit) hominum, alij & hic & ibi supplicia dabunt, ut Sodomitae: Alij in praesenti solummodo vita, ut fornicator Corinthiacus: Alij in futura tantum vita, ut diues ille Epulo: Alij nec in praesenti, nec in futura, ut Prophetae & Apostoli. Sensum igitur dicit esse, cum peccatum illud vobis non sit veniale, poenas tam in praesenti vita quam in futura luetis ingentes. Ita Chrysostomus. Praeterea tempus futuri seculi, de tempore post resurrectionem mortuorum in Scriptura accipitur. Aduentus enim Christi ad iudicium, faciet finem huic seculo. Matth. 13. & 24. Et quando qui bona egerunt, ibunt post resurrectionem in vitam aeternam, Iohan. 6. Illud tempus vocatur futurum seculum, Marc. 10. Et Luc. 20. Tempus resurrectionis expresse vocatur tempus futuri seculi. Quando igitur Matthaeus nominat futurum seculum, intelligit extremum iudicium post resurrectionem mortuorum. Male ergo de intermedio tempore inter mortem & resurrectionem exponitur. Sed Matthaeus sua partitione coniungit iudicium Dei aduersus peccatum, quod in hoc seculo ex verbo Dei pronunciat, quodque in futuro seculo ipse iudex Christus pronunciat. Quia enim impij non curant, quando peccatum ipsorum in hoc seculo ex verbo arguitur ligatur & condemnatur, & multos habent praetextus, quos etiam in die iudicii proferent, Matth. 7. Dicit igitur Christus: Sicut peccatum in Spiritum sanctum, in hoc seculo non remittitur, sed ligatur: ita in futuro etiam seculo in die iudicii, illi, qui Spiritum blasphemauerunt, non pronunciantur iusti, sed ligati & condemnati, hoc enim est peccatum non remitti, nec in hoc nec in futuro seculo. Porro ipsi etiam Scholastici sentiunt, nullam culpam post hanc vitam remitti, sed eius remissionem in tantummodo vita fieri. Cumque Pontificij de satisfactione poenae in purgatorio agant, sententia vero Matth. de remissione peccati seu culpae loquatur, manifestum est alienum profus & peregrinum esse, locum illum ad purgatorium velle detorquere. Et cum aliis doceant, venialia peccata tam leuiter dimitti, asperione scilicet aequae benedictae, benedictione Episcopali, tuncione pectoris, recitatione orationis Dominicae, &c. cur in purgatorio illa tam inclementer & acerbè torquerent, etiam in illis, quibus in agone, aquam suam execratam largiter cum multis indulgentis aspergunt, nisi esset de pane lucrando?

IX. Inter praecipua purgatorij documenta Pontificij censent locum Pauli, 1. Corinth. 3. Si quis superaedificat super fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum fiet: Dies enim declarabit, quia in igne reuelatur, & cuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superaedificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

Et quia in hac sententia Pauli mentio fit ignis non danantis, sed per quem salui fiunt illi, quorum

Tempus futuri seculi significat iudicium extremum.

Scholasticorum sententia de hac quaestione.

Octauum 1. Cor. 3.

In hac vita locus est poenitentiae, & remissionis peccatorum.

Augustinus locum hunc in medio relinquit.

Veteribus ignota fuit huius dicti interpretatio, quam eius posteriores asseruerunt. Athanasius.

Vera huius dicti interpretatio e Marco 3.

Cur tali loquendi forma Mat. & sus sit.

rum opera exuruntur. Existimant igitur, ignem purgatorium inde satis manifestè, certò & firmiter probari. Sed videamus, an res ita se habeat. Omnino enim probationes & confirmationes dogmatum, oportet non dubias, obscuras & incertas, sed manifestas, certas & firmas esse. Extra controuersiam autem est, quod negari à nemine potest, totam illam Pauli orationē, & singula eius vocabula esse tropica seu metaphorica, vt sunt fundamentum, architectus, superædificare, aurum, argentum, gemmæ, ligna, fœnum, stipulæ, opus seu ædificium. Et in oratione, quæ tota est metaphorica, vocabulum ignis materialiter accipere, nihil aliud esset, quàm humano capiti ceruicem pictor equinam addere si tentet. Qualia enim sunt aurum, argentum, gemmæ, fœnum, ligna, stipulæ, talem oportet etiam esse ignem. Et metaphora vocabuli ignis, multo frequentior & vñtior in Scriptura est, quam auri, argenti, ligni, gemmarum, &c. Imò Paulus ipse quasi præuidens deprauationem istam suæ sententiæ, cum reliquis vocabulis nihil addat, quando ad vocabulum ignis venit, adicit talem circumcriptionem, quæ quasi intento digito, metaphoram in vocabulo ignis monstret. Dicit enim: Ipse saluus erit, sed sic tamē quasi per ignē. Hoc manifestissimum est, quod etiam à pueris intelligi potest. Ignis igitur Pontificij purgatorij, ex illo loco Pauli, probari nequaquã potest.

Secundò, Ipse etiam Augustinus, Academicus seu scepticus purgatorij disputator, aduertit, verba Pauli ita posita esse, vt necesse sit talem ignem intelligi, per quem vtrique transeant, & qui aurum, & qui lignum superædificant. Hinc Origenes omnes etiam Sanctissimos, postquam ex hac vita discessissent, in ignem purgatorij cruciandos coniecit. Quæ opinio meritò damnata est. Alij cum nodum illum aliter soluere non possent, ignem purgatorij in aère collocarunt, per quem omnibus sanctis, quando ad cælum euolant, transeundum sit. Et eos, qui aurum superædificauerunt, Alcuinus dicit, magna facilitate ignem illum peruolare: Reliquos cum ligno, fœno, & stipula diutius in illo hædere: sed Pontificij hoc non concedunt. Fingunt enim multos hinc excedere, ad eò vel mundos & perfectos, vel plenariis Pontificiis indulgentiis ita munitos, vt à flammis purgatorij prorsus immunes, è vestigio in cælum euolent. Ignem igitur sui purgatorij, Pontificij ex illo loco Pauli, probare non possunt: Quia ignis de quo Paulus loquitur, communis est omnibus fidelibus, tam qui aurum, quam qui stipulam superædificant. Pontificiorum verò ignis tantum illos purgat, qui ligna, fœnum & stipulas superædificauerunt. Et Pauli ignis probat opera ædificantium. Pontificiorum verò ignis punit, torquet, cruciat & excarnificat animas fidelium. Non idem itaque ignis est Paulinus & Pontificius.

Tertid, Cum loca illa Scripturæ, in quibus articuli fidei, suam quasi propriam sedem habent, necesse sit, aperta, plana & manifesta esse: Augustinus disertè fatetur, locum illum Pauli obscurum & difficilem esse. Et ponit eum inter illa, de quibus Petrus dicit: In Epistolis Pauli quædam esse difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauent, sicut & cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem, id quod diuersè huius lo-

ci explicationes à veteribus traditæ ostendunt. Chrysostomus enim interpretatur de igne gehennæ, & de pœnis æternis. Et quod Paulus dicit: Ipse saluabitur per ignem, hoc Chrysostomus ita exponit: Non in nihilū redigetur flammis inferni, sed quò ad substantiam, in æternum perdurabit, & ad pœnam seruabitur. Quæ explicatio, licet Pauli sententiæ non conueniat, à Theophyl. tamen, & in Græcorū scholiis reperitur. Theodoretus, & Oecumenius intelligunt locū illum Pauli de aduentu Domini, de igni quo mundus conflagrabit, & de die extremi iudicij. Et interpretationem sumunt ex alio loco Pauli, 2. Thessalon. 1. Quia in die iudicij Iesus reuelabitur in flammis ignis, daturus vindictam iis, qui non nouerunt Deum, & non obediuerunt Evangelio, 2. Thess. 1. Theodoretus dicit: Auditores esse opus doctorum, quod si auditorum vita præceptorū doctrinæ in die iudicij non responderit, comburentur illi in aduentu Domini, doctor verò saluabitur, examinatus per ignem illum, qui in die iudicij præcedet faciem iudicis, si vita doctrinæ responderit. Ignis enim ille tunc in die iudicij, iustos non comburet, inquit, sed reddet splendidiore. Alcuinus etiã de Trinitate lib. 3. cap. 21. dicit eos, qui ligna, fœnum, stipulas superædificauerunt, ardore illius ignis, quo Christus in extremo iudicio veniet, purgandos, & completo illo extremi iudicij die, statuendos ad dextrã. Illis verò qui aurum, argentum, & gemmas superædificauerunt, ignem illum diei iudicij fore, sicut tribus pueris in Caminis Babylonicæ fornacis fuerat. Et Glossa ordinaria, 1. Co. 3. duos ignes futuros legimus, vnum æternum, quo punietur reprobis: alterū, quo exuret facies huius mundi, qui emundabit eos, qui superædificauerunt fœnum, lignum, stipulam. Et sanè si vocabulum ignis, in illa Pauli sententiã, 1. Cor. 3. propriè accipi vel deberet, vel posset, nõ posset alia cõuenientior interpretatio esse, quàm quæ ex alio loco, 2. Thessal. 1. sumitur: Sed illa cum Pontificiorum purgatorio prorsus nihil haberet commune, id quod manifestum est. Ambrosius ex Origenes suo interpretatur de igne post iudicium, in quo opinatur prauos doctores, qui malam doctrinam professi sunt, pœnas quidem duros, non autem in perpetuū igne æterno, sicut infideles puniendos, sed saluos aliquando futuros. Et rationem addit, vt ex aliqua parte operæ precium sit credidisse in Christum. Augustin. verò, quando hunc locū ex professo tractat, in Enchiridio, cap. 69. De fide & operibus, cap. 15. De ciuitate, li. 3. De 8. quæstion. ad Dulcitium, quæst. 1. Origenicas explicationes reicit, & vbiq; eandem fermè repetit interpretationem. Ignem scilicet illum Pauli, intelligendum esse de tribulationibus huius vitæ, & exterioribus & interioribus. Et metaphoram illam ex scriptura probat: vas figuli probat fornax, at animas iustorum tentatio tribulationis. An verò post hanc vitam talis aliquis ignis sit, dubitat, & in medio relinquit, sicut in præcedentibus ostensum est. Ipse etiam Gregorius architectus purgatorij, 4. Dialog. capite 39. non audet locum illum Pauli simpliciter, propriè & certò de igne purgatorij interpretari. Inquit enim, quamuis de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito, possit intelligi, tamen si quis de igne futuræ purgationis accipiat,

Solutio argumenti.

Ignis metaphora.

Augustinus.

Origines summum de suo purgatorio.

Alcuinus.

Augustinus locum obscurum esse fatetur.

Diversa & dissidentes interpretationes huius loci Chrysostomi.

Theophyl.

Theodoret. Oecumenius.

Alcuinus.

Ambrosius.

Augustinus.

Gregorius.

accipiat pensandum est, &c. Sunt etiam, qui ignem & diem Pauli interpretantur de examine particularis iudicij, quod statim in morte cuiusque exercetur, ut anima à corpore separata deportetur vel in Paradisum, vel ad infernum. Hęc recitavi, ut ostenderem Pontificiorum purgatorium, ex illo loco Pauli, cum obscurus & allegoricus sit, ac varias interpretationes recipere possit, probari & demonstrari non posse.

De vera sententia huius loci Pauli.

*Fundamentum.
Ædificium seu opus.*

Aurum, argentum & gemma.

Lignum, fœnum, stipula.

Quæ verò sit simplex vera & genuina sententia in illo loco Pauli, nō potest certius, quàm ex contextu totius loci colligi & constitui. Loquitur enī de Doctoribus in Ecclesia, & de dogmatibus. Et fundamentum quidem dicit esse veram doctrinam de persona, de officio, & beneficiis Christi, opus verò seu ædificium esse reliqua dogmata. Iam q̄ vel aliud fundamentū ponunt, vel fundamentum illud peruertunt & euertunt, vel qui falsa, praua & impia dogmata, à fundamento aliena, vel pugnancia contra fundamentum ædificant, eos postea dicit, prophanare templū Domini. Et addit, disperdet illum Deus. Qui verò fundamentum saluum retinent, & super fundamentum illud ædificant, eos dicit in duplici esse differentia. Quosdam enim solidum, purum & preciosum opus seu ædificium superædificare, dogmata scilicet, quæ sunt analogia fidei, hoc est, quæ habent perspicua, certa & firma Scripturæ testimonia, quæ conscientis necessaria, vtilia & necessaria sunt. Illa comparat auro, argento & gemmis, metaphora Scripturis familiari & vtitata. Mandata enim Domini desiderabilia sunt super aurum, argentum & lapidem preciosum multum, Psalm. 19. & Psalm. 119. Et sapientia diuina inquit, Prouerbi. octauo: Melior est fructus meus auro & lapide precioso, & prouentus meus argento electo. Prou. 16. Posside sapientiam, quia auro melior est, & acquire intelligentiam, quia preciosior est argento. Alios verò dicit retinere quidem Christum fundamentum, sed ad superædificium congerere materiam infirmam, superuacantem, ociosam, & inutilem, ut sunt ligna, fœnum, stipulæ, hoc est, opiniones bonæ intentionis, quæ speciē aliquā habent, sed non sunt expressæ & solidè in Scriptura fundatæ vel sunt superuacaneæ, ociosæ & inutiles disputationes, quæ ad verā pœnitentiæ, fidei & charitatis ædificationem, nō sunt vel necessariae vel vtilis. Talia si non opponantur fundamento, sed si fiducia iustitiæ, gratiæ & salutis soli Christo inhæreat, dicuntur fundamento superstrui, tanquam ligna, fœnum & stipulæ: Scriptura enim ea, quæ coram mundo speciē quandam habent, sed non nituntur verbo Dei, vocat fœnum, Esaiæ 40. Vbi fœnum verbo Dei opponitur. Omnis caro fœnum, exiccatum est fœnū, quia Spiritus Domini sufflauit in eo. Verbum autem Domini manet in æternum. Ita Esaiæ 1. Opiniones populi extra verbum Dei, quibus plurimum tribuebant, vocantur stipulæ: Erit fortitudo vestra ut stipula, & ea, quæ non vtilis fructus ferunt, vocantur ligna arida, Esaiæ 58. Sicut & vasa lignea in domo Domini opponuntur aureis & argenteis, 2. Tim. 2. Hęc idē observanda sunt, quia ostendunt Paulum non nouis aut insolitis vti metaphoris, sed eas sumptas esse ex Scripturis, & Scripturam ipsam ostendere earum interpretationem.

Ita de doctoribus & de dogmatis propriè & simpliciter locus ille Pauli intelligitur. Quia verò ex doctrina & secundum doctrinam sequuntur opera, de iis etiam secundario potest exponi. Non autem de prauis operibus, quæ verbo Dei prohibita & damnata sunt: ea enim non superstruuntur fundamento Christo. Nam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt, sed quæ habent verbum & mandatum Dei: illa quia Deo placent, si in fide fiant, intelliguntur per aurum, argentum & gemmas. Quæ verò non habent verbum & mandatum Dei, sed vel cordis humani aut bonæ intentionis cogitationes, vel Patrū traditiones sunt, & propter prætextum vetustatis, longinquitatem consuetudinis, præscriptionem temporis, multitudinem adherentium, & externam speciem pietatis, arrident, ita ut infirmiores in fide non possint ex illis se expedire: illa dicuntur ligna, fœnum, stipulæ. Et si fiducia in solo Christo hæreat, dicuntur super fundamentum superædificari. Si verò vel præferantur mandatis Dei, vel fiduciam sibi vendicent, non amplius sunt in fundamento, sed succendentur, & non erit, qui extinguat, Esa. 1.

Secundaria huius loci interpretatio de operibus hominum.

Aurum, argentum & gemma.

Lignum fœnum, stipula.

De particulis dicit, dies declarabit, Ignis probabit.

Porro, dogmata vera & cultus veri, sapius quasi in obscuro latent, ac non magnifunt, sed oppugnantur, improbantur & dānantur, etiam à multis. E contra verò opiniones & cultus lignei, plerumq; magnam speciem coram mundo habent, laudantur, probantur, amantur, defenduntur. Deus igitur ad examen salutare probationis suæ, adducit, & dogmata & cultus, quod ut salutare sit, in hac vita fieri necesse est. Illam verò probationem examinis diuini, afferentem illustrem, stabilem, & solidam cognitionem, Scriptura describit, primū metaphora diei seu lucis. Tenebris enim, hoc est, quando in errore & ignorantia aliquid defendimus, opponitur dies seu lux, hoc est, illustris cognitio, & verum iudicium. Ita 1. Cor. 4. nolim iudicari ab humano die. Et Iere. 17. Diem hominis non desideravi. Significat autem dies hominis; cognitionem, seu iudiciū mundi, seu rationis de rebus sacris. Ita Ioan. 3. Qui veritatem facit, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius. Ephes. 5. Omnia, dum aguntur, à luce manifesta fiunt, nam quod omnia manifestat, lux est. Idem etiam metaphora ignis significari vtitatum est, ut Psalm. 12. Eloquia Domini, eloquia munda, ut argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum. Ipse enim quasi ignis conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, ut offerant Domino sacrificia in iustitia. Malach. 3. Syr. 27. Sap. 3. Quasi vasa figuli, & tanquam aurum, in fornace probantur. Quodq; Esaias dicit, cap. 28. Vexatio dat intellectum. Et Ierem. 31. Castigasti me & eruditus sum. Illud metaphoricè ita dicitur, Threnorum 1. Misit ignem in ossa mea, & erudiuit, 1. Petri 1. Per ignem probatur, 1. Pet. 3. Per ignem exploramini. Hęc verò omnia Scriptura in hac vita fieri affirmat. Manifestum igitur est, quando Paulus dicit, dies declarabit, ignis probabit & reuelabit, non esse nouas metaphoras, sed Scripturæ familiares, ex Scriptura sumptas, & inde etiam sicut exemplis ostendimus, interpretandas.

Immittit autem Deus diem illum declarationis,

L 2 tionis,

Dies declarationis & ignis probationis.

tionis, & ignem probationis, vel per tribulationes exteriores, vel per tentationes conscientiarum, vel per clariorem manifestationem veritatis ex verbo, ne in tenebris errorum & ignorantiarum maneat, qui fundamentum retinent, sed ut expurgetur, si quid talium opinionum, quæ fundamento non satis congruunt, adhæserit. Ita Ambrosius in Psalm. 118. Sermo. 13. veniat verbum Dei, intret in Ecclesiam, fiat ignis consumens, ut exurat fœnū & stipulam, & quicquid est seculare, consumat, graue plumbū iniquitatis est in plebisque, liquefiat igne diuino, meliorentur vasa aurea, argentea, ut sensus & sermo passionum calore recoctus incipiat esse preciosior. Ita Ambrosius. Illud verò ut salutare sit, necesse est fieri, vel in hac vita, vel in hora mortis. Ita ergo iuxta Paulum, opus seu ædificium cuiusque, quale sit, manifestum sit. Si enim solido Scripturæ fundamento nititur, tunc siue aurum igne non absumitur, ita siue tribulationibus, siue tentationibus, siue collatione, seu examine ad Scripturam, talia dogmata seu cultus non euertuntur, sed magis illustrantur & confirmantur, 1. Petr. 1. Audiens enim & faciens verbum Dei fundatus est supra petram, Matth. 7. Et illorum labores habebunt præmia in resurrectione iustorum. Quæ verò extra aut præter verbum Dei præsumuntur, possunt quidem plausibilem prætextum & magnam speciem habere, sed quando in ignem tribulationis seu tentationis conuertiuntur, aut quando ad lucem verbi Dei protrahuntur, tunc sunt sicut ligna, fœnū & stipulæ, quæ non possunt consistere, sed exuruntur. Fœnum enim exiccaur, solum autem verbum Domini, iuxta Esaiam manet. Quando verò ita agnoscit quis, vel opinioniones, quas multum amauit, & acriter defendit, vel cultus in quibus valde laborauit, ita exuri, tunc damnum patitur, videns se frustra in iis laborasse, & cū pudore dolet: Sicut si quis parietem cū fundamento non rectè coagmet, si paries concidat, architectus mercedem non accipit, sed cum pudore & dolore damnum impensæ operæ patitur. Si verò talis Doctor fundamentum teneat, licet in præmiis accidentalibus, ut vocant, damnum patiatur, saluus tamen erit ratione fundamenti, sed non sine igne tentationis in hac vita. Hoc ergo modo Paulus docet, ignem illum tribulationis seu tentationis vtilem & salutarem esse, ne lignis, fœno, aut stipulis addicti maneamus, sed ut purgati, possimus offerre sacrificia iustitiæ, Malach. tertio. Et quos Deus amat, qui scilicet in fundamento sunt, illos per ignem ita examinat, ut si quid vel præsumptionis vel fiduciæ prauæ adhæserit, exuratur & expurgetur, ut iudicium ita rectificetur. Sicut autem exiguus ignis stipulas exurit, ad ligna verò maiori igne opus est: Ita diuersorum diuersæ sunt tentationes. Reliqui verò extra fundamentum, sunt tales stipulæ, quæ cum accendantur, nemo erit, qui extinguat. Esa. 1. Hæc plurimis veterum exemplis declarari possunt. Multas enim & suas & aliorum opiniones retraxerunt, vel tentationibus, vel planiori Scripturæ intelligentia edocti, sicut Augustinus inquit, de Spiritu & litera, capite 36. In multis offendimus omnes, dum putamus Deo, quem diligimus placere, vel non displicere quod facimus, & postea per Scripturam eius, siue certa & per-

De eo, damnum patitur.

Exempla veterum, qui hanc interpretationem comprobant. Augustinus.

spicua ratione cōmoniti, cum didicerimus quod non placeat, pœnitendo deprecamur, ut ignoscat: Plena humana vita est documentis talibus. Hæc Augustinus, qui alibi dicit, Cypriani errorem de rebaptisatione, igne Martyrii expurgatum esse. Ita Bernhardus de operum meritis & fiducia multa disputat: sed quando in tentationibus ad tribunal seu examen diuini iudicii sistitur, agnoscit stipulas esse. Vitam, inquit, meam perdidisti, perdidisti vixi, sufficit mihi ad omnem iustitiam te solum habere propiciū, cui soli peccaui. Imò in ipso Paulo extat exemplum maxime illustre, Phil. 3. Vbi & metaphoras loci, 1. Cor. 3. explicare videtur, certè verbum *ἠμῶν* expressè ponitur. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimentum, veruntamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem sciētiā Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentū feci, &c. Et quot sunt veterum opiniones, quas ipsi acriter defenderunt, quæ postea veritate reuelata ignem sustinuerunt. Architecti verò, si fundamentum tenuerunt salui facti sunt: quia disertè professi sunt, se nolle suis disputationibus Canonicam auctoritatem tribui. Hæc sententia contextui orationis Paulinæ congruit, est analogia fidei, & reliquæ Scripturæ consentanea. Imo Scriptura ipsa, metaphoras illas, quibus Paulus vtitur, ita interpretatur, sicut ostendimus. Nihil minus ergò, quàm Pontificiorum Purgatorium ex loco illo Pauli probatur.

Postremò, ex doctrina sua de satisfactionibus præcipuum habent argumentum. Quia enim in hac vita post remissionem peccatorum, credentibus aliquando temporales pœnæ imponuntur: fingunt Pontificii, in conuersione per fidem propter Christum tantum culpam peccati dimitti, pœnam verò æternam virtute clauium commutari in temporalem seu transitoriam, quam vnumquemque tanquam satisfactionem pro se exoluere necesse sit. Et quia multi ante exolutam illam satisfactionem moriuntur, sentiunt residuum pœnarum, ut iustitiæ Dei satisfiat, post hanc vitam in purgatorio, acerbioribus suppliciis esse vel pertoluendum, vel redimendum. Sed in 2. parte examinis, in titulo de satisfactionibus, fundamenta huius argumenti excussa sunt, & monstratum est, Christum & pro culpa & pro pœna peccatorum satisfecisse, credentes etiam fide propter Christum simul remissionem culpæ & pœnæ accipere. Quod verò post reconciliationem aliquando pœnæ temporales credentibus imponuntur, illud non fieri propter satisfactionem, sed ut reliquæ peccati in carne hærentes, ita mortificentur, & pij in futurum, quasi freno quodam coerceantur, ne acceptam gratiam vel securitatem amittant, vel petulantia excutiant, & ad vomitum reuertantur: Sicut in loco allegato plenius illa explicata sunt. Inde verò planissima sumitur solutio & explicatio huius argumenti. Quia enim reliquæ peccati hærent in carne credentium, quæ ideo in hac vita pœnitentia & cruce mortificatur, crucifigitur, & destruitur, Romanos 6. 7. & 8. Galat. 5. Col. 3. Caro autem per mortem deponitur. Carne ergo peccati deposita, non amplius opus est pœnis illis mortificatoriis & emendatoriis. Corpus enim mortuum est propter peccatum: Spiritus verò

Cyprianus.

Bernhardus.

Argumentum & fundamentum purgatorij, ex doctrina Pontificiorum doctrina de satisfactionibus.

verò vita est propter iustitiam, Roma. 8. Et quod caput est, Scriptura de pœnis temporalibus, quæ propter peccatum in carne habitans, credentibus in hac vita imponuntur, multa & expressè loquitur. Quòd verò spiritibus eorum, qui in Christo moriuntur, pœnæ & quidem atrociores post hanc vitam, quam quæ carni peccatrici in hac vita imponuntur, infligendæ sint, Scriptura prorsus nihil dicit, imò contrarium disertè affirmat: Eos, qui in Domino moriuntur amodo requiescere à laboribus suis, Apocal. 14. Venire in pacem, Esa. 57. Luc. 2. Esse cum Christo in Paradiso, Luc. 23. Philip. 1. 2. Corinth. 5. Vbi nullum tormentum eos tangat. Sapient. 3. Ex fictio igitur fundamento, extra & contra Scripturam, argumentum illud conatur purgatorium construere.

Hæc sunt præcipua argumenta, quæ tanquam fulcra labascenti purgatorio supponuntur. Quòd autem causam purgatorij prorsus nihil vel probent, vel adiuent, ex his, quæ diximus, manifestum est.

DECRETVM, DE INVO- CATIONE ET VENERATIONE SANCTO- rum, publicatum eadem die prima, Sessio- nis nona & vltima Tri- dentina.

Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis, & ceteris docendi munus curamque sustinentibus, Et iuxta Catholica & Apostolica Ecclesia sum, à primævis Christiana religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum consensionem, & sacrorum Conciliorum decreta, in primis de sanctorum intercessione, inuocatione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum usu, fideles diligenter instruant, docentes eos sanctos & cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum atque vtile esse suppliciter eos invocare, & ob beneficia impetranda à Deo, per filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Saluator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugere. Illos verò, qui negant sanctos aeternam felicitate in cælo fruente, invocandos esse, aut qui afferunt vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, Et pro nobis etsiam singulis orare inuocationem esse idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduersarique honori & ius mediatoris Dei & hominum, Iesu Christi, vel stultum esse, in cælo regnantibus, voce vel mente supplicare, impie sentire.

DE VENERATIONE SANCTORVM.

VOD in aliis controuersis, vbi malæ causæ patrocinia, quæ speciem aliquam honestatis præferant quæruntur, fieri solet, idem Pontificij in hoc loco faciunt: vt scilicet à vero negotij statu, & ab eo, quod in controuersia positum est, homines ad alia quædam, quæ aliquantò magis speciosa & plausibilia sunt, abducere conentur. Cùm enim de inuocatione sanctorum, sicut eam publica & priuata praxis Pontificiæ Ecclesiæ hæctenus vsurpauit, controuersia sit, multi inter Patros regni Pontificij, dissimulatis crassis & pu-

dendis istis superstitionibus, varia quærunt ad occultandam illam turpitudinem diuerticula. Andradius fingit nos cum Caianis & Eunomi-
Andradian.
anis docere nephariam contemptionem & sacrilegam despicientiam sanctorum, quorum Spiritus apud Deum viuunt, quasi scilicet negemus sanctos esse honorandos, aut doceamus memoriam ipsorum nulla celebratione aut veneratione esse coonestandam. Colonienfes
Colonienfes.
calumniantur nostros, quando distinguunt inter sanctos, qui adhuc in terris viuunt, & qui iam vita defuncti seu mortui sunt, quasi sentiant, sanctos, qui ex hac vita migrarunt, non esse cum Christo, nec viuere apud Deum, sed esse mortuos, hoc est, prorsus extinctos. Vicelius & alij
Vicelius.
operose disputant, sanctos, qui iam in patria cum Christo sunt, esse nobiscum membra vnus illius corporis, cuius caput Christus est, cumque illi non ignorent, in terris semper colligi filio Dei Ecclesiam, sub cruce & variis persecutionibus, vsque ad finem mundi, non esse dubium, ipsos cum apud Deum viuant, Ecclesiæ, quam sciunt in terris sub cruce militare, à Deo optare omnia bona, quasi à nobis hoc vel negetur, vel damnetur. Hæc igitur, quibus vera momenta huius controuersiæ, vel occultantur, vel inuoluuntur, & obruntur, prius breuiter explicanda sunt. Ita enim rectè constitui poterit, quis sit verus status eius, quod in hoc loco inter nos & Pontificios controuertitur, & quòd dirigenda ac referenda sint omnia argumenta, siue in confirmatione, siue in refutatione.

Quod itaque ad veros sanctorum honores at-
Sanctos esse honorandos.
tinet, eos confessio nostra probat, non propter hominum traditiones, aut cuiuscunque temporis consuetudinem, sed quia fundamenta & testimonia habet in Scriptura. Vulgò allegatur versiculus ille, ex translatione septuaginta, Psalm. 139. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, vbi vocabulum אֱמִי ab Ebræis exponitur, non pro amicis, sed pro cogitationibus seu consiliis Dei, cùm in principio eiusdem Psalmi ita vsurpetur, vt non possit aliter, quam pro cogitatione intelligi. Et in hac significatione, contextus istius versiculi, optimè cum præcedentibus & sequentibus coheret. In formatione scilicet hominis, & gubernatione vitæ humanæ, tam illustria & eximia extare prouidentia diuinæ documeta, vt numero comprehendi non possint. Quia tamen vocabulum illud plerumque amicos significat, Græci sicut & Chaldaeus Paraphrastes, non omnino malè reddiderunt eam sententiam, quæ per se vera & pia est, licet contextui notè admodum benè quadret, Eos scilicet, quos Christus, non seruos, sed amicos suos appellat; Ioan. 15. Quique iam apud Dominum præsentés sunt, 2. Corin. 5. debere in magno apud nos precio haberi. Ita enim verbum אֱמִי vsurpatur, 1. Samuel. cap. 18. Magno in precio fuit nomen Dauidis, Psalm. 72. Preciosus erit sanguis eorum in oculis eius, Psalm. 116. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Citatur etiã ex vulgata versione, Psalm. 150. Laudate Dominum in sanctis eius. Quæ sententia quidem non est mala. Extat enim, Galat. 1. Sed Psalmus tantum dicit: Laudate Dominum in sanctitate seu in sacrario eius, Manifestiores verò sunt illæ senten-

ria, Psalm. 112. In memoria aeterna erit iustus. Et Prouer. 10. Memoria iusti erit in benedictione. Quod repetit Syracides, cap. 45. Cuius memoria in benedictione. Et ca. 46. Sit memoria illorum in benedictione, qua phrasi Iudæi adhuc hodie vtuntur in elogiis & epitaphiis præstantium virorum. Ita Sapient. 4. Immortalis est memoria eius, quoniam & apud Deum nota est & apud homines, Sapient. 8. Relinquant posteris memoriam perpetuam. Et Maria inquit, Luc. 1. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Imò Christus ipse dicit, Marc. 14. Vbi-
cunque prædicabitur Euangelium in vniuerso mundo, etiam hoc, quod fecit hæc mulier, narrabitur in memoriam eius. Cuius contrarium est, Prouer. 10. Nomen impiorum fordescet. Psalm. 109. In generatione altera deleatur nomen eius.

*Exempla ve-
nerationis
seu celebrati-
onis Sanctorum
in Scriptura.*

Et exempla extant in Scriptura illustra, de tali veneratione, seu celebratione Sanctorum. Extrema enim esset impietas, de illis vel leuiter sentire, vel contumeliosè loqui, quos Deus pater honorificat, Ioan. 12. Quos filius agnoscit co-hæredes, Rom. 8. Quos Spiritus sanctus templa sua vocat, 1. Cor. 3. 2. Cor. 6. Qui bonum certamè certarunt, fidem seruarunt, cursum consumma-
runt & iam præsentis sunt apud Dominum. 2. Tim. 4. Phil. 1. 2. Cor. 5. Non autè opus est omnes locos notare, vbi Patriarcharum memoria in veteri Testamento, grata honorificentia celebratur. Plena enim est tota Scriptura. Et in publicis Ecclesiæ conuentibus, celebratas & decantatas fuisse Sanctorum laudes, testantur Psalmi 105. & 106. Christus etiam Patriarcharum memoriam celebrat, Matth. 22. Ioann. 8. Ac memoriam Ioannis Baptistæ, & viuentis & mortui honorificè prædicat, Matth. 11. & Ioan. 5. Et Matt. 21. Populi studium commendatur, quòd de Baptista etiam post mortem honorificè sentiant, fuisse ipsum Prophetam, non humana, sed diuina autoritate missum. Ita Paulus Abrahamum prædicat, Roman. 4. Petrus sanctos Prophetas celebrat, 1. Pet. 1. Stephanus, Actor. 7. texit longum Catalogum Sanctorum veteris Testamenti. Et ad Ebræos 11. verum panegyricum Sanctorum describitur. Apud Syracidem etiam à cap. 44. vsque ad finem describuntur proluxæ celebrationes Sanctorum. Imò gloria Sanctorum, qui ex hac vita in fide Christi discesserunt, ab ipsis Angelis celebratur, Apocal. 7. 14. 20. &c. Hæc recitavi, vt ostenderem, nos non tantum probare veros honores Sanctorum, sed ex firmis & solidis Scripturæ fundamentis eos defendere.

*Sub titulo
Generationis
Sanctorum,
quid occultat
gens Pontifi-
cy.*

Porro sub hoc axioma, quòd Scriptura tradit, memoriam Sanctorum grata celebratione esse venerandam, Pontificij omnes suas superstitiones occultare conantur. Volunt enim consequens esse: Si sancti sunt venerandi: Ergo sunt inuocandi, adorandi. Ergo suffragia, patrocinia, merita, protectiones, auxilia Sanctorum sunt imploranda. Quasi Scriptura tantum genus traderet (Sanctos esse honorandos) nobis verò liberum relinqueret excogitare qualescunq; cultus, & quasi omnia, quæcunque sint, & quomodo-
cunque fiant, modo fingantur in honorem Sanctorum fieri, Deo placeant, etiamsi honor soli Deo debitus, ad Sanctos transferatur. Sed Scriptura non tantum tradit memoriam iustorum esse in benedictione, sed ostendit etiam, in ho-

norandis Sanctis, sæpè & facillè peccari, & à regula pietatis aberrari. Christus enim, Matth. 23. reprehendit Pharissæos, qui sepulchra Prophetarum edificabant, & monumenta iustorum ornabant, cum ipsi interea gladiatorio animo persecutioni Euangelij inhierent. Iudæos etiam reprehendit, Ioan. 8. qui Abrahami memoriã honorificè celebrabant: Fidem verò & opera eius non imitabantur, sed contraria designabant. Ioannes Apocal. 19. Cum Angelum suum, quo reuelante, tam multa abdita mysteria cognouisset, iudicaret honorandum esse, in excessu peccat. Nã ad adorationem Angeli delabatur, sed ab Angelo seriò repellitur. Et tamen, cap. 22. rursus ex loco de veneratione Angeli, conatur consequentiam extruere, de cultu adorationis Angelo exhibendo. Quod idè tam accurata repetitione de seipso Ioannes annotauit, vt in ipsis Sanctorum exemplis videamus, procliuè lapsum esse, ex veneratione Sanctorum ad idololatriam, nisi intra certos terminos à Scriptura præfixos honor Sanctorum contineatur. Ita Cornelius intentione non mala coram Petro procidit, defrensus ipsi adoratione, idè quòd augustius quid de ipso, quàm de homine sentiret, quia Angelus visus fuerat Petrum sibi præferre, cum diceret: Hic dicit tibi, quid te oporteat facere. Sed Petrus illum honorem reculat, quia inquit: Et ego ipse homo sum. Act. 10. Et quod Epistola Iudæ, de altercatione Michaelis & Diaboli, circa corpus Moysis scribit: Interpretes ita exponunt, quòd sepulchrum Moysis, quod Deus volebat ignorari, Diabolus voluerit proferre, vt ea occasione superstitiosus cultus mortui institueretur. Ita liber Sapientie ca. 14. ostendit ex memoriis mortuorum honorificè conseruatis & celebratis, tandem originem sumpsisse idololatriam.

Scriptura igitur primò tradit, memoriã Sanctorum debere in precio esse. Secundo, ostendit etiam in honorandis Sanctis sæpè & facile peccari. Tertio, in probatis exemplis monstrat, qui sint veri Sanctorum honores, Deo grati, & ipsis Sanctis accepti. Non enim quoslibet honores, etiamsi opinione venerationis fiant, Sanctis acceptos esse, Angelus, Apocal. 19. & 22. Petrus, Acto. 10. & Paulus, Acto. 14. ostendunt. Et Moysen, cuius memoriam Iudæi honorificè celebrabant, cum doctrinã eius non sequerentur, Christus dicit accusaturum Iudæos, Ioan. 5. Quia igitur Scriptura idè vocatur Canonica, quia debet norma & regula esse fidei & operum in Ecclesia. Non ergo melius, rectius aut tutius, quam ex Scriptura sacra peti potest aut debet, quæ sit vera & pia ratio honorandi Sanctos. Et qui secundum Scripturæ exemplum Sanctos honorat seu veneratur, is reprehendi nec debet, nec potest, sed lata conscientia certus est, Deo id, quod facit, probari. Et ipsæ Sanctorum animæ absque dubio aliud nec cupiunt nec optant, nec gratum seu acceptum habere possunt, quam sibi id à nobis fiat, quod voluntati Dei, quæ in verbo ipsius est patefacta, conforme est. In Ecclesia enim nõ debemus facere quod nobis rectum videtur, sed quod Dominus noster præscribit, Deut. 12. De electitiis enim cultibus dicit: Quis hæc requisit de manib. vestris? Sit igitur verbu Dei in hac etiam quaestione de veneratione Sanctorum lucerna pedibus nostris, & lumen semitis nostris.

Rede-

Scriptura ostendit in honore Sanctorum facile peccari posse. Pharisæas. Iudas.

Ioannes Euangelista.

Cornelius.

Epistola Iudæ.

Liber Sapientie.

Quid Scriptura de honoribus Sanctorum doceat.

Scriptura canonica dicta.

Exemplum Verum Sanctorum in Scriptura

Reducit autem Apologia Confessionis nostræ, Scripturę sententiam de honoribus Sanctorum, ad tria hæc capita. I. Vt Deus in Sanctis celebretur. II. Vt dona ipsorum amplificentur, & sancti ipsi laudentur, qui donis illis fideliter vsi sunt. III. Vt virtutes ipsorum ad imitationem proponantur. In hisce vero capitibus, Scriptura semper hoc fundamentum ponit, quod veras Sanctorum historias recitat, & inde capita hæc celebrationis ipsorum deducit. Extant autem de capitibus illis illustrata in Scriptura exempla. Vt de primo: Quod Deus in Sanctis sit celebrandus, Paulus, Galat. 1. recitata conuersionis & vocationis suæ historia, addit hoc elogium: Et glorificabant in me Deum. Veræ enim celebrationes sanctorum, debent esse commune factiones, vt Ecclesia in Sanctis agnoscat, & consideret exempla præsentia, gratia, bonitatis, sapientia, veritatis & potentia Dei, vtq; propterea vera gratiarum actione Deum celebret, qui tam illustrata præsentia suę testimonia in Sanctis proponit, quiq; varia dona inter filios hominum distribuit, instruens alios alii, & mirabiliter eos gubernans ac defendens, vt doctrina, confessione, scriptis, miraculis, martyrio, constantia, præclaris factis, & aliarum virtutum exemplis, reliquis præluceant. Omnibus etiam aliquo modo notum esse debet, quomodo & quibus testimoniis Deus Ecclesiam omnibus temporibus colligat, seruet & gubernet, vt Deo gratia agantur, quod se patefecit, quod Ecclesiam colligit & seruat, quod mittit Doctores & alios peculiaribus donis instructos, in quibus testimonia de se ostendit. Matth. 5. Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra, vt homines videntes bona vestra opera, glorificent Deum. Philip. 2. In medio nationis prauæ luceatis, tanquam luminaria in mundo, verbum vitæ præferentes. Ephes. quarto. Sedens ad dexteram Patris, dat dona hominibus, aliis alia, ad ædificationem corporis Christi. 1. Corinth. 12. Diuisiones donorum sunt, sed idem est Deus, efficiens omnia in omnibus, vnicuique vero datur manifestatio spiritus ad id, quod expedit. Psalm. 105. Narrate omnia mirabilia eius. Psalm. 68. Mirabilis Deus in sanctis suis. Galat. 2. Cognouerunt gratiam mihi datam, quod ille, qui efficax fuit in Petro ad Apostolatū circumcisionis, efficax fuit & in me erga Gentes. 2. Cor. 13. An experimentum queritis in me loquentis Christi? Isa. 49. Posuit os meum, quasi gladium acutum, & in umbra manus suæ protexit me. Actor. 9. Organum electum est mihi, vt portet nomen meum coram Gentibus, & filiis Israel, ego enim ostendam illi, quanta oporteat ipsum pro nomine meo pati. Actor. 26. Constituo te ministrum, eripiens te à populo & Gentibus. Ier. 1. Noli dicere, quia puer sum, quia ad omnia, ad quæ te mittam, ibis. Ne timeas à facie eorum, qui a tecum sum, vt eruam te à facie eorum, dicit Dominus. 1. Corinth. 15. Non sum dignus vocari Apostolus, gratia autem Dei, sum id, quod sum. Abundantius omnibus laboravi, non ego tamen, sed gratia, quæ mihi adest. Psalm. 8. Quid est homo, quod memor es eius? minuis eum, mox gloria & honore coronas eum. 1. Corinth. 12. Sufficit tibi gratia mea, virtus enim mea infirmitate perficitur. Et Maria in sua Doxologia, ex professo & pulcherrime hoc caput describit: Magnificat anima mea Dominum, quia

respexit ad miseriam seu paupertatem ancillæ suæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius, & misericordia eius à progenie in progeniem, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos cogitatione cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham & semini eius in secula.

Ita in lapsibus Sanctorum, & in pœnitentiæ eorum, proponitur gratia Dei conspicienda in infirmitatibus, Gal. 1. 1. Tim. 1. Matth. 26. Psalm. 51. In pœnis ostendit, quod iniquitates in virga visitet, misericordiam autem non auferat, Psalm. 89. Quodq; corripiat suos, ne cum mundo damnentur, 1. Cor. 11. In afflictionibus, persecutionibus, mitigationibus, liberationibus, in exercitiis fidei, spei, charitatis, patientia, perseuerantia, consolationis Sanctorum, conspicienda proponitur præsentia, sapientia, veritas, potentia & gratia Dei. Dominus mortificat & viuificat, 1. Regum. 1. Cum ipso sum in tribulatione, Psalm. 119. Fidelis Deus qui dat exitum, 1. Corinth. 10. Ducit velut ouem Ioseph. Psalm. 80. Psalm. 105. & 106. Actor. 7. Ebræ. 11. Dauid Psalm. 115. breui sententia hæc complectitur. Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam, propter misericordiam tuam, & veritatem tuam, ne dicant Gentes, vbi est Deus eorum? Huc pertinet etiam, quod Deus sanctos suos à miseriis huius vitæ liberatos, iam stolis albis decoratos secum habet, expectantes plenam glorificationem, Apocalyp. 4. 6. 7. & 12. Lazarus, qui in vita sua accepit mala, iam solatio fruitur, Luc. 16. Cursum consummaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die, non solum autem mihi sed & omnibus, qui diligunt aduentum eius, 2. Timoth. 4. Preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius, & sanguis ipsorum, Psalm. 72. & 116. Custodit omnia ossa eorum, Psalm. 34.

Secundò, Scriptura dona Dei Sanctis collata magnificat & celebrat, ipsos etiam Sanctos laudat, qui donis illis fideliter vsi sunt. Ita Zacharias Luc. primo. Christus, Matth. 11. Baptistam celebrant, Elizabeth Mariam, Luc. 1. Paulus, 1. Corin. 15. Gratia eius in me vacua non fuit, sed laboravi, Matth. 25. Euge serue bone, & fidelis, in paucis fidelis fuisti, super multa constituam te, intra in gaudium Domini tui, Ebr. 3. Moses fidelis fuit in domo Domini. Apocalyp. 12. Non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Huc pertinent elogia Sanctorum, Actor. 7. Ebræ. 11. & 12. Psalm. 105. 1. Corinth. 12.

Tertiò, Gloriam Sanctorum esse, si doctrinam, fidem, spem, charitatem, patientiam & reliquas virtutes ipsorum imitemur, Paulus expressè dicit, Philip. 2. Sitis irreprehensibiles in medio nationis prauæ, inter quos luceatis tanquam luminaria in mundo, ad gloriam meam in die Christi. 1. Thess. 2. Vos estis gloria nostra, & corona gloriationis nostræ. In veneratione igitur Sanctorum finis esse debet, ita celebrare virtutes Sanctorum, vt sint exempla, ad imitationem & cõfirmationem proposita. Hoc enim

Lapsus Sanctorum, eorum penitentia.

Pœna Sanctorum. Afflictiones Sanctorum.

De donis Sanctorum.

De imitatione virtutum Sanctorum.

Doctrina & confessio Sanctorum.

modo convertuntur corda patrum ad filios, & increduli ad prudentiam iustorum, Lucæ 1. Ita Scriptura recitat veras Sanctorum historias, de doctrina & confessione eorum, vt fides nostra in agnitione & confessione veræ doctrinæ, exemplis ipsorum, quæ verbo Dei consentanea sunt, confirmetur. Hoc modo & in hunc finem Stephanus, Actor. 7. Sanctorum historias prædicat. Paulus, Rom. 4. Christus, Io. 8. Abrahamum. Petrus, 1. Pet. 1. & 2. Pet. 1. Prophetas celebrat. Et Ebræ. 11. Ob fidei confirmationem, prolixus ille Sanctorum catalogus, ex veris ipsorum historiis contextitur, sicut scriptum est, c. 13. Quorum inuidentes exitum cōuersationis, imitemini fidem. Ita fiducia misericordiæ Dei erigitur & confirmatur in nobis, quando audimus Dauidi adulterium, Petro negationem condonari, Psal. 51. Et 1. Timoth. 1. ad exemplum iis, qui credituri essent in Christum. Eadem ratione Scriptura reliquas virtutes Sanctorum celebrat, vt obedientiam ipsorum erga mandata Dei, quæ elucet in exercitiis pœnitentiæ, fidei, spei, charitatis, patientiæ, & reliquarum virtutum, conemur imitatione exprimere, & vestigia ipsorum sequi. Roman. 4. Qui sectantur vestigia Abrahamæ, Philip. 3. 1. Thessal. 1. Imitatores nostri sitis, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut nos haberis pro exemplari, Roman. 15. In nostram doctrinam præscripta sunt, vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. Ebræ. 6. Ne sitis segnes, sed imitatores eorum, qui per fidem & patientiam, hæreditatem accipiunt promissionum, ad Ebræos 12. Cùm tantam copiam testium habeamus, per patientiã curramus in proposito nobis certamine, 2. Timot. 3. Tu assiste tuis doctrinam meam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, afflictiones. 1. Timoth. 4. Esto typus fidelium, in verbo, in conuersatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in castitate. 3. Reg. 19. Non sum melior patribus meis, Psal. 22. Patres nostri clamauerunt ad Deum, & exaudivit eos. Huc pertinent integri Psalms, 105. & 106. Et totum caput ad Ebræos 11. Gloria etiam beatorum, in qua nunc sunt, ideo celebratur, vt nos in hac peregrinatione difficilima, suspiremus ad locietatem & congregationem illorum, sicut Scriptura inquit: Collectus est ad populum suum, vt eò contendamus, & cursum nostrum dirigamus, & hac meditatione, nos in hac lachrymarum valle cōfirmemus & consolemur.

Gloria & beatitudo Sanctorum.

Discrimē imitationis Sanctorum, quoad virtutes cōmunes, & dona singularia.

In hac verò imitatione discrimen est, inter virtutes communes, sicut Paulus vocat, fidem communem, Tit. 1. & inter dona singularia, ac vocationes peculiare. Paulus etiam in hoc genere tradit regulam imitationis, 1. Corinth. 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: Ne scilicet ea Sanctorum opera imitemur, quæ non habent verbum & mandatum Dei. Nam ipsa Scriptura ideo ad præmonitionem, non tantum virtutes, verum etiam lapsus & nœuos Sanctorum describit, vt ostendat, prudentia in accommodandis exemplis opus esse. Ita Paulus pharisaismum suum describit, Actorum 26. Galat. 1. Philip. 3. Petri etiam nœuum in vsu doctrinæ de adia phoris notat, Gal. 2. Et Ioannes suam hallucinationem in cultu Angelorum ipse bis repetit, Apocalyp. 19. & 22. Cultus etiam electi-

tij, etsi non mala intentione instituti, ideo in Scriptura taxantur, Iudic. 17. Exod. 32. Et Sanctorum lapsus ideo describuntur, vt in imitandis Sanctorum factis, norma sit verbum Dei, 2. Regum 12. Matthæi 26. In imitatione etiam habendam esse rationem vocationis, Christus ostendit, Ioannis 18. Si regnum meum esset mundanum, ministri mei pugnarent, Lucæ 22. Vos autem non sic, Matthæi 26. Qui gladium acceperit, &c. Hoc modo & hac ratione, Scriptura Canonica Sanctorum honores tractat. Quomodo enim vera primitiua Ecclesiæ antiquitas, Sanctos piè honorarit, postea in historia annotabimus. Syracides certè in prolixa sua Panegyri, eadem & non alia capita sequitur, sicut ea describit, cap. 44. Laudemus viros præstantes, maiores nostros. Multam gloriam per hos Dominus fecit magnificentia tua, sapientia, consilio, potentia, celebres fuerunt. Viri benefici seu benemeriti, nomen & gloriam adepti sunt, prædicantur & celebrantur à populis, corpora ipsorum honorificè sepulta sunt. Henoch exemplū est pœnitentiæ nationibus, &c. Vulgata quidem translatio Syracidis alicubi oblique transformata est ad Pontificios cultus: Vt cum cap. 49. dicit: Ossa Ioseph visitata esse, & post mortem prophetasse. Sed Græcus textus habet ἀπεσκέπησαν conseruata sunt, quod cum historia congruit, Genes. 50. De oraculis verò ossium Iosephi mortui, nec historia Molis nec Græcus Syracides quicquam habet. In ca. 50. Vulgata translatio ita loquitur, quasi Onias post mortem oret pro populo, ad confirmandum somnium, 2. Mach. 15. Sed Græcus textus disertè ita loquitur, quod sit quasi inuitatorium, vt viuentes benedicant, & orent Dominum.

Syracidis deprauatio.

Talis Sanctorum veneratio, in Ecclesiis nostris exemplo Scripturæ probatur & seruator. Proponuntur enim veræ historie, & ex illis ea capita, quæ iam recitauimus, populo inculcantur. Fallum igitur est, quod Pontifici dicant, nos docere contempionem & despicientiam Sanctorum quasi memoria ipsorum nulla celebratione sit cohonestanda, cùm illam celebrationem Sanctorum, quæ vnica, vera, Deo placēs & Sanctis honorifica est, sicut scilicet in Scriptura Canonica tradita est, studiosè obseruemus. De Pontificia verò Ecclesia conquerimur, quod veros illos Sanctorum honores, de quibus Scriptura loquitur, nec seruant, nec curant, nec requirunt, sed eos obscurant, peruertunt & tollunt. Pro veris enim Sanctorum historiis, impudentes fabulas de Sanctis spargunt, de tali fide, & de talibus operibus, quæ non tantum non habent testimonia in verbo Dei, sed plerumq; cum eo ex diametro pugnant.

Veneratio Sanctorum in Ecclesijs Augustiana confessionis.

Pontificij Sanctos vero suo honore spoliant.

Tempore Gelatij, sicut notat Gratianus distin. 15. tales legendæ de Sanctis, secundum antiquorum autoritatem, singulari cautela in Ecclesia Romana nõ legebantur, quia vel ab infidelibus, vel ab hæreticis, vel ab incertis authoribus ita conscriptæ iudicabantur, vt veræ fidei potius subsannatio, quàm cōfirmatio essent. Nunc verò tales fabulæ Luciani narrationibus impudentiores, quasi columen sunt familiæ Pontificiæ. Cùmque aures quondam Lombardicæ historie fabellæ, toti iam mundo sætant, nouo artificio, sub prætextu, quasi veterum & Græcorum autorum,

Legenda Sanctorum apocrypha.

Lombardicæ historia.

rum, à Lipomano & Surio, eadem fabula, quam antea propter actores, sicut Terentius de sua quadam fabula inquit, explosam putant, rursus in theatrum adfertur.

surrectionem carnis dormire sine sensu & intellectu. Hoc paradoxon arripuerunt Anabaptistæ, sed opinio ista publicè reprobata est à nostris, & Apologia Confessionis Augustanæ concedit: Sanctos in cœlis in genere orare pro Ecclesia. Credimus igitur & confitemur, corpora piorum defunctorum, dormire in puluere, in spe resurrectionis: Animas verò esse & viuere apud Christum.

Quòd verò vilitatè vocantur mortui, illud fit ad ostendendum discrimen, inter Sanctos, qui in hac vita adhuc nobiscum commorantur, & inter eos, qui ex hac vita discesserunt. Falsum enim est, & repugnat vniuersæ Scripturæ, quod Pontificij disputant, Nullum piorum, dum in hac vita est, sanctum appellandum (Ioan. 17. Roman. 1. 8. 15. 16. & in locis innumeris.) Canonizatio Romanensis, pars est idolomania & nundinationis Babylonica. Viui igitur, sancti vocantur, qui adhuc in his terris in carne viuunt. Qui verò hinc emigrarunt, vocantur mortui, licet animæ vitam viuant meliorem. Ita enim Scriptura loquitur, Romano. 14. Siue viuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit, vt viuus & mortuus dominetur: Apocalypsis decimo quarto. Beati mortui, qui in Domino moriuntur, 1. Thessa. 4. Mortui in Christo resurgent primum. Et Christum in symbolo confitemur mortuum fuisse, prius, quàm per resurrectionem reuixit. Confitemur etiam Christum iudicaturum viuos & mortuos, hoc est, & eos, quos extrema illa dies adhuc in carne viuentes deprehendet, & eos qui ante extremum illum diem, ex hac mortali vita discesserunt, quos symbolum mortuos appellat.

Et ipsi Patres, Sanctos, qui hinc discesserunt, appellant mortuos. Augustinus de Ciuita. libro 22. capite decimo: Nos Martyribus nostris memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt Spiritus, fabricamus. Idem de vera Religione, capite 55. Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum: quia si piè vixerunt, non querunt tales honores. Et de cura pro mortuis, cap. quarto: Martyres vocat mortuos. Chrysostomus etiam Petrum & Paulum vocat mortuos, Homilia 66. ad Antiochenos. Mera igitur calumnia est, quam Pontificij ex vocabulo mortuorum struunt. Quod si quis eo sensu Sanctos appellaret mortuos, sicut Iulianus apud Cyrillum, libro sexto & decimo, is meritò damnaretur. Veteres enim dies obitus Sanctorum, pulchrè vocarunt natales, siue natalitia ipsorum, quod tunc ingrediantur vitam meliorem, quæ verè vita est. Et cœlestis patria verè vocatur Regio viuorum. Christus etiam, Ioan. capite 11. de Lazaro inquit: Non est mortuus, sed dormit. Item, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuat.

Tertiò: Neq; hic est status controuersia, quâdo de inuocatione Sanctorum disputatur, quasi sentiamus, animas Sanctorum apud Christum adeo esse securas, vel gaudio & gloria quasi ebrias, vt vel non cogitent, quòd filius Dei in terris, semper vsque ad finem mundi, sibi colligat Ecclesiam, vel non sciant, aut certè non curent, quòd Ecclesia sub vexillo crucis in terris militans, variis afflictionibus & persecutionibus expo-

Cur sancti mortui appellantur. An in hac vita aliquis sanctus appellandus.

Sancti viui. Sancti mortui.

Patres sanctos vocant mortuos. Augustinus.

Chrysostom.

Natales seu natalitia sanctorum.

Sanctos pro Ecclesia militante esse sollicitos.

Discrimen & periculum Vergerij propter legendam Georgij. Pontificij multos venerantur pro Sanctis, qui nunquam fuerunt in rerum natura, aut in gehenna sunt.

Cyprianus.

Pontificij Sanctis tribuunt honores repugnares Scriptura.

Ecclesia nostra non docent, sanctos vna cum corporibus eximtos esse.

Matthias Deuayus Vngarus.

Nota est Vergerij historia, qui, cum in Tridentina Synodo Georgij legendam, quàm Gelasius distinet. 15. discretè autoribus hæreticis tribuit, sibi non per omnia probari ostenderet, in discrimen dignitatis, imò vitæ & capitis adductus fuit. Multos etiam Pontificii Sanctos venerantur, qui nunquam vel vixerunt, vel in rerum natura fuerunt, vt Georgium, Christophorum, Katharinam. Vsitatum fuit in ipso etiam Papatu dictum: Multorum reliquias coli in terris, quorum animæ ardeant in inferno. Et digni sunt Pontificij omnium bonorū odio, vel hanc vnicam ob causam, quod historias de vita & obitu martyrum, quas veræ doctrinæ & consolationis plenissimas fuisse, non est dubium, tam fœde & impudenter, fabulis suis deprauarunt. Cyprianus scribit: Ecclesiam certos notarios adiunxisse martyribus, vt acta eorum fideliter annotarent, ad laudem Dei & instructionem fidelium. Eò magis verò dolendum est, pro auro illo, non carbones, sed sordes & stercorea superstitionissimarum fabularum, à Pontificiis supposita esse.

Non tantum autem illos honores, de quibus Scriptura loquitur, Pontificij Sanctis non deferunt, sed sine Scriptura, & contra Scripturam, ritu prorsus ethnico, donariis, sacrificiis seu oblationibus, nuncupatione votorum, peregrinationibus, templis, altaribus, feriis, ieiuniis, inuocatione & adoratione, fiducia & spe auxilij, ob merita ipsorum, Sanctis cultum exhibent, & exhiberi volunt. Et hæc sciat Lector intelligenda esse, quando Pontificij de veneratione Sanctorum loquuntur, sicut mox ostendemus. Ita ergo illud, quod de venerandis seu honorandis Sanctis specie aliqua ab astutioribus Pontificiis disputatur, vt Ecclesias nostras calumniis prægrauent, & lectores à consideratione pudendæ idolomania, quæ regnat in Ecclesia Pontificia, abducant, planè & perspicuè ex Scripturæ fundamentis explicatum est.

Ad alteram etiam calumniam expedita responsio est. Confessio enim nostra nequaquam dicit, animas Sanctorum, qui ex hac vita discesserunt, vel extinctas esse vnà cum corpore, vel sine sensu & intellectu, hoc est, sine vita dormire. Nā Scriptura, de anima à corpore separata, ita docet, Matth. 10. Corpus occidunt, animam verò nō possunt occidere, Eccl. 12. Paulus redit in terram, vnde erat: Spiritus verò redit ad Deum, qui dedit illum, Ioan. 5. A morte transit in vitam. Philip. 1. Cupio emigrare & esse cum Christo. 2. Corinthio. 5. Probamus magis peregrè abesse à corpore, & presentes adesse apud Dominum. Luc. 23. Hodie mecum eris in Paradyso, Luc. 16. Anima Lazari separata à corpore, solatio fruitur in sinu Abrahæ. Et vita animarū beatarum, quæ à corpore separata sunt, qualis sit, multis in locis in Apocalypsi describitur, præcipuè cap. 4. 5. 6. 7. 15. &c. Ex colloquio etiam Moïsi & Eliæ cum Christo, non obscure hoc colligitur. Fuit nostris temporibus quidam Matthias Deuayus Vngarus, qui sparfit opinionem, animas piorum post separationem à corpore, vsque ad re-

DE INUOCATIONE

SANCTORVM, QVOMODO IN

Ecclesia Pontificia & doceatur & exercetur.

exposita & subiecta sit, velut à Christo, apud quem præsentes sunt, nihil boni vel cupiant, vel optent, vel petant Ecclesiae, quam sciunt in terris sub cruce laborare. Quia enim beati in patria, nobiscum vnus & eiusdem corporis membra sunt, cuius caput Christus est, & quia charitas non excidit, & Sancti apud Christum viuunt, ac sciunt Deum prouidisse, vt sine nobis non consummentur, Ebrae. ii. Sed expectandum, donec compleantur conserui & fratres eorum in terra, Apocalyp. 6. Pia & bona sunt cogitationes, beatos in caelo, licet particulares circumstantias singulorum hominum in terris versantium non videant, pro ipso tamen generali statu Ecclesiae, quam in terris sub cruce militare sciunt, suo quodam modo, vt quia ipsi experti sunt, quot & quantae sint mortalis vitae difficultates & miseriae, sollicitos esse, atque ideo viuentibus, vtpote membris suis, bene vel le, & à Christo, apud quem præsentes viuunt, optima quaeque cupere & optare, vt à malo seruari & liberati, ad societatem caelestis patriae transferantur. Et tales pias cogitationes, nec improbamus, nec damnamus: Apologia enim

Apologia Augustana Confessionis.
Confessio Saxonica.
Confessio Vuirtenbergensis.
Sanctos in caelo pro ecclesia militante orare, Scriptura diuina non asseruit.

Confessionis Augustanae dicit, concedimus Sanctos in caelis orare pro Ecclesia in genere. Saxonica Confessio dicit, ex colloquio Moysi & Eliae cum Christo colligi, Beatis in caelo curae esse Ecclesiam, & beatos orare pro Ecclesia. Vuirtenbergensis Confessio dicit, sicut Angeli solliciti sunt pro nobis, ita Sanctos in caelis orare pro Ecclesia.

Quia tamen in Scriptura, quae Canonica est, nullum prorsus extat perspicuum, expressum & certum testimonium de Sanctis, qui ex hac vita discesserunt, orantibus in altero seculo pro Ecclesia militante, cum alias Apocalypsis Ioannis multa & varia de statu beatorum in altera vita ostendat, vrgeri illud pro indubitato & necessario fidei articulo, nec debet, nec potest, sed sint & maneant cogitationes, nec malae, nec impiae. Multò minus verò inuocatio Sanctorum, & quae praeterea de agnitione & exauditione particularium votorum, & de auxiliis asfinguntur, inde sine Scriptura effingenda sunt. Sed haec postea in refutatione argumentorum, & in historia inuocationis Sanctorum repetenda, & plenius explicanda erunt. Hoc loco tantum calumniae, quibus praecipuus & verus controuersiae huius status, à quibusdam occultatur, inuoluitur & transponitur, repellendae fuerunt. Quando igitur de inuocatione Sanctorum disputatur, non est quaestio, an Sancti sint honorandi: nec quaestio est, an Spiritus Sanctorum, qui ex hac vita discesserunt, apud Christum uiuant, & Ecclesiae in terris bene velint: Sed de inuocatione Sanctorum, qualis in Ecclesia

Qua extra statum quaestiois disputentur.

Pontificia usitata est, controuersia est. De ea igitur, Quae, Qualis, & Quanta sit, iam dicemus.



Rassas superstitiones & tetros abusus herentes in inuocatione Sanctorum, quidam ex patronis regni Pontificij, conquisitis minus asperis pharmacis, conantur mitigare, & variis coloribus pingere, vt vetus superstitio, gladio verbi Dei profligata, nouo iam velata fuce, Ecclesiae rursus obrudatur. Sciunt enim Rhetoricum, siue vt veteres locuti sunt, Sophisticum artificium esse τὰ σκληρὰ μαλθακῶς λέγειν. Quidam igitur contendunt, Sanctos non inuocari tanquam datores seu largitores beneficiorum, nec tanquam auxiliares in necessitatibus, aut defensores in periculis, sed solummodo tanquam intercessores, vt apud Deum orent pro nobis, hoc est, vt non ad misericordiam, opem & auxilium, sed tantum ad orationes beatorum in caelo confugiamus, (quod tamen pharmacum Tridentinum Concilium differtè reijcit) sicut in hac vita alter alterius orationibus se commendat, & petit aliorum precibus se iuuari, Roman. 15. Et hoc modo honorem & officium mediatoris Christo, non derogari, nec in Sanctos transferri contendunt. Inuocationem enim Sanctorum nihil aliud esse, quam compellationem, sicut quando Paulus viuos, vel coram verbis, vel absentes per literas compellat, vt sui in orationibus memores sint. Viceilius etiam luce veritatis ed adigitur, vt dicat, Sanctos non inuocandos, cum inuocatio soli Deo debeat, sed tantum compellandos, vt orent pro Ecclesia militante. Sunt, qui rhetoricentur, inuocationem Sanctorum nihil aliud esse, quam si quis orationem suam ad Deum in nomine Christi dirigens, in ipsa oratione hanc cogitationem & hoc votum admisceat, vt optet se & necessitatem suam includi, sicut orationibus fidelium in hac terra viuentium, quando siue nominatim pro quibusdam, siue in genere pro vniuersa Ecclesia interpellant: Ita etiam in desideriis beatorum in caelis, quibus Ecclesiae in terris militanti bene volunt, se & necessitatem suam optet, includi, vt qui membrum & frater sit etiam beatorum in caelis. Alij inuocationem Sanctorum Rhetorico schemate excusant & defendunt, quod tantum sit, vel commonefactio, statuens beatos in caelo pro necessitatibus, quibus non ignorant Ecclesiam in his terris militantem subiectam esse, sollicitos esse, & pro illis Christum, apud quem præsentes adfunt, in genere interpellare, vel sit desiderium, optans & celebrans beatos id facere, quod per se vltro faciunt. Dauidem enim tali figura, suam confessionem & desiderium suum saepe exprimere, vt Psalm. 148. Laudate Dominum omnes Angeli, Sol, Luna, Stellae, Dracones, Abyssi, ignis, grando, nix, glacies, ventus, montes, colles, arbores, bestiae, serpentes, volucres, reges terrae, & omnes populi, Principes & omnes Iudices terrae, senes cum iunioribus. Psalm. 103. Benedicite Domino omnes Angeli eius, exercitus & ministri eius, Benedicite Domino opera eius. Item, Timete Deum omnes Sancti eius: Diligite Do-

Distimiles Pōtifficiorū sententia de inuocatione Sanctorum.
I. Inuocari & intercessores.

Secunda. Viceilius.

Tertia.

Quarta.

gite Dominum omnes sancti eius. Et quod Daniel. 3. ex Græco in cantico trium virorum in fornace Babylonica legitur: Spiritus & animæ iustorum, benedicite Domino: Laudate & superexaltate eum in secula.

Et huiusmodi ascititiis coloribus, manifestissima scripturæ dicta, quæ inuocationi Sanctorum rectè & verè opponi solent, mirificè eludunt. Quia verò tantum sophistica, seu potius præstigiatrix, incrustationes, palliationes & fucationes sunt, cum doctrina & exempla inuocationis Sanctorum in Ecclesia Pontificia, longè aliud non tam testentur, quam sonora voce clamitent, vtile est, ex authenticis Pontificiorum scriptis ostendere. Primò doctrinam, quid & quomodo de inuocatione Sanctorum doceant. Deinde exempla, quomodo, propter quas causas, quo sensu, & qua fiducia Sanctos inuocent. Ita enim postea refutationes & explanationes planiores & faciliores erunt. Non autem omnium Monachorum sordes, qui audacissimè, aut vt verius dicam, impudentissimè de inuocatione Sanctorum nugati sunt, coaceruabimus (quanquam talis labor Ecclesiæ ad posteritatem non inutiliter impenderetur.) Exciperent enim forsitan Pontificij, esse priuatas superstitiones, non publicam aut recepram Ecclesiæ suæ doctrinam. Sed ex publicis seu authenticis scriptis, vnde formam publicæ suæ doctrinæ, petere solent, paucas quasdam sententias annotabimus.

Longobardus igitur libro quarto, distinctio. 45. ita concludit: Intercedunt ergo ad Deum pro nobis Sancti, & merito, dum illorum merita suffragantur nobis, & affectu dum vota nostra cupiunt impleri: Oramus ergo vt intercedant pro nobis, id est, vt merita eorum nobis suffragentur, & vt ipsi velint bonum nostrum, quia eis volentibus, Deus vult & fiet. Hæc Magister.

Alexander Alensis, Sententiariorum seu Scholasticorum primus & vetustissimus, dicit Sanctos orandos esse propter tres causas. I. Propter nostram inopiam, quam habemus in merendo, vt vbi nostra non suppetunt merita, patrocinentur aliena, vel propter inopiam, quam habemus in contemplando, vt qui non possumus summam lucem respicere in se, saltem in sanctis aspiciere valeamus, vel propter inopiam, quam habemus in amando, quia orationis effectus dependet ex deuotione, & plerumque imperfectus homo, magis sentit se affici circa Sanctos, quam circa Deum.

II. Orandos dicit Sanctos propter ipsorum gloriam, vt dum per eorum suffragia, quod petimus, impetramus, ipsos magnificemus, & glorificando collaudemus.

III. Propter Dei reuerentiam, vt peccator, qui Deum offendit, quasi non audeat ipsum in propria persona adire, recurrat ad Sanctos eorum patrociniâ implorando. Idem inquit: Sanctos oramus vt mediatores, per quos impetramus. Hanc Alensis sententiam, ipsis fermè verbis reliqui Scholastici repetunt. Trâslata etiam est in Lombardicam historiam, & in Rationale diuinorum.

Bonauentura: dicendum, quod Sanctorum orationes multa nobis bona impetrant, sicut dicit Magister, merito & affectu, merito quidem

præcedenti. Licet enim sufficienter iam remunerati sint pro suis meritis, & nunc non sint in statu merendi, tamè quia multa supererogarunt, tantum meritis suis locum adepti sunt, vt nò solum sibi beatitudinem & gloriam meruerint, sed etiam aliis iam possint suffragari. Idem inquit: Qui antea erat indignus, rogando Sanctos eorum patrociniâ efficitur dignus.

Thomas reddit hanc rationem inuocationis Sanctorum. Quia vltima reducuntur in Deum per media. Ideo mediantibus Sanctorum suffragiis, Dei beneficia in nos diffunduntur. Et nos beneficia Dei sumimus mediantibus Sanctis, inde Sanctos constituimus intercessores, & quasi mediatores pro nobis, oratione vel expressa, vel interpretatiua, hoc est, quia merita ipsorum existentia corâ Deo, sunt nobis suffragia. Idem disputat non dicendum esse: Christe ora pro nobis, hoc est, non orandum esse, vt propter intercessionem Christi exaudiamur, & quæ petimus, impetremus.

Gabriel Biel super Canonem pronúciat nos, ordine instituto à Deo, debere ad auxilia Sanctorum confugere, vt saluemur eorum meritis & votis. Ibidem dicit: Patrem cœlestem dimidium regni sui dedisse beatissimæ virgini cœlorum Reginae, idque in Esther significatum, cui Assuerus dimidium regni pollicetur. Ita patrem cœlestem cum habeat iustitiam & misericordiam, iustitia sibi retenta, misericordiam exercendam virgini matri concessisse. Hoc Bernhardinus in suo Mariali etiam repetit, & inde infert, à foro iustitiæ Dei appellandum esse, ad forum misericordiæ matris eius.

Antoninus Archiepiscopus Florentinus parte 3. Summæ, titulo 3. dicit: Diuina beneficia descendere in nos, mediantibus Angelis & animabus beatis, quia Deus bonitatem suam communicet inferioribus. Idem inquit: Lex Deitatis est, infima ad suprema per media reducere. Quantum verò ad dona gratiæ, beati sunt medij inter Deum & viatores. Et titulo 12. dicit: Sanctos per Canonisationem à Papa proponi, vt exemplar fidei & vitæ sanctæ, & ab omnibus adorandos, ac in necessitatibus inuocandos. Idem parte 4. titulo 15. de Maria virgine inquit: Necessarium est, vt hi, ad quos conuertit oculos suos, pro eis aduocans, iustificentur & saluentur. Ad obiectionem verò, 1. Ioan. 2. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, ita respòdet: Christus non solum aduocatus est, sed & index cuncta discussurus, ita quòd nihil inultum remanebit. Cum itaque vix iustus ante eum sit securus, quomodo peccator ad eum tanquam aduocatum accederet? Ideo Deus prouidit nobis de aduocata, quæ mitis & suavis est, in qua nihil inuenitur asperum. Item, Maria ita aduocat & interpellat, vt Deum patrem placet, & conuersos ad gloriam inducat. Dulcissimam illam sententiam, Ebræor. quarto, de Christo Pontifice nostro: Accedamus ad thronum gratiæ, &c. ita deprauat Antoninus: Maria est Thronus Christi, in qua quieuit. Ad eam igitur cum fiducia accedamus, vt consequamur misericordiam, & gratiam inueniamus, ad auxilium opportunum. Citat etiam & laudat Bernardi sententiam. Securus accessum habes ad Deum ô homo, vbi mater

Capitula doctrinae Papisticae de inuocatione Sanctorum.

Longobardus, intercedunt merito & affectu.

Alexander Alensis, de causis orandi Sanctos. Prima.

Secunda.

Tertia.

Bonauentura.

Thomas.

Thomas prohibet orare: Christe ora pro nobis.

Gabr. Biel.

Misericordia Mariae, iustitiam Deo iribuit.

Antoninus.

Maria aduocans pro hominibus.

Maria plena gratia.

mater stat ante filium, filius ante patrem, Mater ostendit filio pectus & vbera, Filius patri latus & vulnera. Item, ad mediatorem Christum opus est nobis aliis mediatoribus. Item vñtatum illud, quod Maria vocatur plena gratia, & porta cœli, non ita exponit, quod Christum, ex cuius plenitudine gratiam accipimus, quiq; est via, veritas, & vita, genuerit, sed inquit, ideo dicitur plena gratia, quia secundum Albertum, est medium & causa gratiæ, transfundendo eam in genus humanum. Et addit Mariam verè posse dicere illud, Syrach 24. In me omnis gratia vitæ & veritatis: In me omnis spes vitæ & virtutis, quod tamen dictum, Syrach in sua lingua non habet. Et totum illud caput de sapientia Dei loquitur. Portam cœli dicit Mariam vocari, ideo, quia, quicquid vnquam gratiæ, de cœlis exiit in mundum, hoc per Mariam exiit, & quicquid in cœlum intrat, hoc per Mariam intrare necesse est. Sanctos etiam dicit Antonius vocari portas cœli, ideo, quia per suffragia sua importent nos in cœlum. Et de assumptione Mariæ dicit, Seraphin voluisse Mariam apud se retinere, sed ipsam de filio suo sedente ad dextram patris, allegasse illud, Genesis 2. Non est bonum hominem esse solum: Addens, sum ei data in adiutorium, in redemptionem per compassionem, in glorificationem per intercessionem, vt cum minatus fuerit, subuertere terram, sicut in diluuiio, ego appaream tanquam arcus, vt recordatus fœderis repropitietur, &c. Sicut publica pictura in templis suis confessionem huius doctrinæ ostentant, Christum scilicet minitari & projicere iacula, homines verò confugere ad misericordiam Mariæ, quæ vt Mediatrix se interponat, & ostentatis filio vberibus, iacula eius pallio suo excipiat.

Mariale Bernhardini. Maria auxiliatrix iustificationis.

Hoc Bernhardinus in suo, quod publica auctoritate confirmatum est, Mariali, ita declarat. Maria fuit adiutrix nostræ redemptionis. Et est auxiliatrix nostræ iustificationis. Deus enim omnes gratias faciendas Mariæ commisit, quas ipsa fideliter distribuit. Omnes igitur in suis necessitatibus debent ad eam recurrere. Item est illuminatrix nostra, quos in fide & virtute illuminat, cui nascenti Deus dixit: Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. De ipsa dici potest. Lumen ad reuelationem Gentium, &c. Est aduocata nostra, causas nostras coram Deo agens, intercessione, & sanctitatis merito. Si enim merita aliorum Sanctorum pro nobis apud Deum intercedunt, multò fortius merita illius, quæ plenitudinem obtinuit meritorum & gratiarum, poterunt nobis diuinam gratiam impetrare. Dicitur collum, sicut enim collum est medium inter caput & corpus, sic ipsa est Mediatrix inter Deum & nos. Et sicut à capite per collum in corpora descendunt omnia, ita à Christo per virginem in nos veniunt omnia dona. Ipsa enim nobis gratias spirituales tribuit. In Christo enim est gratia tanquam in capite influente, in Maria sicut in collo transfundente. Nulla enim gratia venit de cœlo ad terram, nisi transeat per manus Mariæ. Nam gratiæ omnes intrant in Mariam, & ab illa nobis communicantur. Est enim Mediatrix, saluationis, coniunctionis, iustificationis, reconciliationis, intercessionis, communicationis. Hæc Bern-

*Collum.**Mediatrix.*

hardinus. Huius generis possem plura & crassiora ex Monachorū Marialibus adscribere, sed quia solent excipere, ex priuatis priuatorum somniis, non esse æstimandam publicam Ecclesiæ Pontificiæ doctrinam, volui ex publicis Scriptis, in quibus cōmunis forma doctrinæ Pontificiæ, sicut tempore Scholasticorū tradita fuit, comprehenditur, pauca hæc annotare.

Et illa adhuc hodie retinentur & defenduntur à Pontificiis. Sotus enim in Confessione Catholica dicit, Sanctos in cœlo esse coadiutores & cooperatores in opere salutis nostræ. *Sotus.*

Colonienses in suo antididagmate dicunt, Sanctos in cœlo, quasi patronos, opitulatione apud Deum pro nobis intercedere, ita vt Deus patiat se misericorditer reconciliari propter merita & intercessionem Sanctorum, suaq; dona nobis propter illos impertiat. *Colonienses.*

Lindanus citat & probat illud ex imaginaria septima synodo, Sancti in cœlis pro me apud Deum supplicat, quo per illorum mediationem propitius sit Deus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. *Lindanus.*

Saltzgerius dicit: Sanctos inuocandos esse, ad duo beneficia nobis impendenda, tum vt pro nobis apud Deum intercedant, tum vt siue visibiliter siue inuisibiliter adiutorium nobis impendant. *Saltzgerius.*

Dietenbergius dicit: Sanctos pro nobis intercedere, nihil aliud est, quàm quod nostram causam apud Deum agant, nō tam nostra, quàm sua merita & vota, pro obrinenda nostra salute, offerendo. *Dietenbergius.*

Clichtoueus: Opera Sanctorum ita sunt accepta Deo, vt non solum ipsi vitam æternam inde consequantur, sed & vt opem eorum implorantibus, multa beneficia possint impetrare. Itē, sicut diuersæ sunt mansiones in cœlis, ita alius Sanctorum aliud habet, quod potest communicare: Vt Petrus contra infidelitatem, Agnes pro castitate, &c. Idem scribit: Mechtildi virgini factam reuelationem, cum soror quædā monasterij extrema vnctione inungeretur, & sacerdos litaniam legeret, singulos sanctorum ad nomina sua Christum flexis genibus orare. *Clichtoueus.*

Hæc omnia complectitur, cōprobat & confirmat decretū Tridentinum. Statuit enim, bonum & vtile esse, Sāctos suppliciter inuocare, & ob beneficia impetranda à Deo per Christū, ad eorū orationes, opem, auxiliumq; confugere. Et eos damnat, qui negant inuocationem Sanctorum, vt pro nobis etiam singulis orent. Licet enim verba decreti ita modificata sint, vt videantur tantum intercessionem, nō misericordiam, gratiam & donationem beneficiorum Sanctis tribuere, quia tamen distinguunt inter orationes, & inter opem & auxilium Sanctorum, ipsos nervos inuocationis Sāctorum, sicut hactenus in Ecclesia Pontificia vsitata fuit, nō obscure retineri volunt. Id quod Catechismus ex Decreto Tridentini Concilij Pontificis iussu editus, nulla circuitione vsus, clarius & expressius ostendit. Inquit enim: Christiani dicuntur Angelos adorare, nō tamen veneratione diuina: Et addit Iacobum inuocasse angelos, petiisse enim ab Angelo benedictionem, Genesis 32. & 48. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. De Sanctis inquit: Eam ob causam inuocandi iunt, *Tridentinum Concilium.* *Catechismus Romanus.*

sunt, quod pro salute hominum preces assidue faciunt, multaq; eorum merito & gratia, in nos Deus confert beneficia, Rogati peccatorum veniam nobis impetrant, & conciliant nobis Dei gratiam. Item, ad Sanctorum gratiam confugerelicer, & subsidiis eorum vti. Patrocinium enim nostri suscipiunt, &c. Et hoc loco obseruet lector, quod Polonica Synodus Petricouensis, conata fuit inuocationem Sanctorum aliquantum mitigare. Dicit enim cap. 18. A Sanctis non misericordiam, sed intercessionem tantum postulari, sicut ab aliis in seculo degentibus. Romanus vero Catechismus, hoc ipsum pharmacum respuit & reiicit, & ad gratiam Sanctorum confluendum esse docet.

Qualis igitur inuocatio Sanctorum fuerit, & adhuc retineatur & defendatur in Ecclesia Pontificia, ex scriptis ipsorum *Αἱ δὲ ἀληθινὰὶ* publicis ostendimus. Clarius autem in ipsa communi & publica praxi inuocationis Sanctorum, quæ publica autoritate confirmata, recepta & vsitata est in Pontificia Ecclesia, id ipsum conspici potest.

Et quidem ex legendis atque in speculis exemplorum, innumera & superstitionissima possent commemorari. Possent etiam ex recenti memoria & ex publicis scriptis ostendi, quod sub Papatu, singulæ regiones, singulæ ciuitates, singulæ familiæ, singulæ domus, singuli homines, singuli status, artes, morbi, &c. peculiarem sanctum, tutelarem & auxiliatorem habuerint, & coluerint altaribus, missis, imaginibus, candelis, ieiuniis, feriis, votis, peregrinationibus, inuocationibus, imò recitationibus Dominicæ orationis.

Germaniæ enim attributus fuit patronus S. Martinus & Georgius cataphractus: Romanis Petrus & Paulus: Hispanis Iacobus: Gallis Michael & Dionysius: Heluetiis virgo Maria, eaque in nigricante sylua eremitarum locum habet: Vngari præter Ludouicum, illa Maria, quæ Aquisgrani sedem habet: Polonis Stanislaus: Moscouitis Nicolaus: Borussis Albertus, &c.

Ciuitates etiam Sancti inter se sortiti fuerunt, Mediolanum cessit Ambrosio: Colonia Agrippina tribus Magis: Augusta Hulderico: Brunsviga Auctori: aliæ Quintino, Valétino, Quirino, Vrso, Osvaldo, Gangolfo: & infinitum esset singula enumerare. Rectissime enim ad istam Pontificiorum superstitionem, accommodari potest quod Prudentius Gentibus obiicit, lib. 2. contra Symmachum:

*Quaquam cur Genium Roma mihi fingitur & num?
Cum portis, domibus, thermis, stabulis, sole atis
Assignare suos genios, perq; omnia membra
Vrbis, perq; locos, geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet argulus & illis ab Umbra, &c.*

Ita à Nautis inuocabatur Nicolaus & Christophorus. Et ad auertendam grandinem, ac alias noxias tempestates à segetibus, inuocabatur Ioannes & Paulus. Contra incendia ignis, Agatha & Floreanus inuocabantur. Vitium tutela commendabatur Urbano: Contra rubiginem Iodocus. Contra brucos inuocabatur Magnus.

Anserum cura Gallo, Ouium Vuendelino. Equorum Eulogio, Bouum Pelagio, Porcorum Antonio tribuebatur.

Studiosi Gregoriam & Catharinam colebant. Pictores Lucam. Medici Cosmam & Damia-

num. Iureconsulti Iunonem. Equites Georgiū-Fabri Eulogium. Sutores Crispinum. Sartores Gutmannum. Figuli Goarum. Venatores Eustachium. Meretrices Afram & Magdalenam.

Contra pestem inuocabatur Sebastianus & Rochus. Contra febrem Petronella. Contra venenum Ioannes Euangelista & Benedictus Abbas. Contra dentium dolores Apollonia. Contra oculorum vitia Otilia. Contra morbos pudentorum Apollinaris. Contra calculum Liberius. Contra ignem sacrum Antonius. Contracti inuocabant Vuolfgangum. Dæmoniacci Romanum. Epileptici Valentinum. Captiui Leonhartum. Puerperæ Margaritam. Pro restitutione rerum amissarum inuocabatur Vincentius. S. Felicitas donabat liberos masculos. Anna diuitias. Barbara præstabat ne quis sine Sacramento moreretur.

Et quis singula, quæ innumera & infinita sunt enumeret? Vtile tamen esset, in singulis nationibus, prouinciis, vrbibus, oppidis & pagis, in perpetuam Pontificiæ superstitionis memoriam, talia consignata ad posteritatem extare.

Sed quia ex Pontificiis quidam excipiunt, se non approbare vel defendere, vulgi aut singulorum errores, superstitiones & abusus: Et decretum Tridentinum addit hanc clausulam (Omnis superstitio in Sanctorum inuocatione tollatur.) Quæ verò sint superstitiones, in inuocatione Sanctorum, non explicat. Si enim omnes superstitiones, id est, omnia ea, quæ sine mandato & exemplo Scripturæ, in inuocatione Sanctorum fiunt, tollenda essent, nihil in toto illo cultu, sicut apud Pontificios frequentatur, reliqui maneret. Generalem itaque hanc clausulam, sine explicatione addiderunt, vt spem aliquam emendationis, sub generalitatibus nihil significantibus, ostentarent, & interim nihilominus ipsos neuos superstitionis retinerent, vel vt haberent *κρησφύγετον*, si exemplis crassissimarum superstitionum vrgerentur.

Non igitur ex priuatis quorumcūque preculis, sed ex iis quæ publice in Ecclesiis ipsorum leguntur, & magnis boatibus proclamantur, quæque publica Pontificum autoritate confirmata sunt, exempla colligemus, qualis sit inuocatio Sanctorum in Ecclesia Pontificia, de qua controuersia est.

Et sanè horret animus talia repetere, recitare seu describere. Sed quia conductitij Pontificiorum rhetores illa dissimulant, & magna confidentia sæpè negare audent: Et nostris, qui in captiuitate ista Babylonica, quæ in Apocalypsi describitur, non fuerunt vel actores, vel spectatores, non satis nota sunt exempla horrendæ idolomania, deorabo sanè tædium & molestiam istius laboris, & ex Sequentiis (vt vocant) Hymnis, Breuiariis & Orariis, communi vsu receptis, & publica autoritate in Pontificia Ecclesia confirmatis, exempla inuocationis Sanctorum colligam; vt iuxta Prophetæ dictum: Gentibus turpitudine, & regnis ignominia Pontificiæ superstitionis palàm ostendatur, vtque nostri imaginem Pontificiæ idolomania tanquam in *συνέσει*, in conspectu sibi proponere possint, ne patroni Pontificiæ turpitudinis, vel dissimulando, vel negando ea, quæ publica & notoria sunt, elabi contentur: Sed vt status huius controuersia, de

*Petricouensis
Synodus in
Polonia.*

*Legenda, specula
exemplorum.
Tutelares
Sancti singulorum in Papatu.*

inuocatione Sanctorum, clarissime depingi, & argumenta rectius explicari possint.

Illud verò libenter fateor, in Sequentiis, Hymnis & Collectis, multas veras & pias sententias; eleganti & erudita breuitate comprehensas contineri, quas merito amamus, retinemus & vsurpamus. Dolendum verò est multa admixta esse, quæ verbo Dei non sunt consentanea, sed manifestam superstitionem redolent. Ex illis igitur ea, quæ ad inuocationem Sanctorum, qualis in Ecclesia Pontificia publicè vsitata & recepta est, pertinent, annotauimus.

EX CURSV HORA-

RVM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS,
secundam ordinarium Ecclesiæ
Hildensheimensis.



Aude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo.

Dignare me laudare te virgo sacrata. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Precibus & meritis sanctissimæ Dei genitricis virginis Mariæ, & omnium Sanctorum saluet & protegat nos omnipotens & misericors Dominus, Amen.

O Maria admitte preces nostras, intra sacrarium tuæ exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis, sit per te excusabile, quod per te ingerimus, sit impetrabile, quod fide & mente poscimus, accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus.

Sancta Maria succurre miseris, iuuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero; intercede pro deuoto femineo sexu. Sentiant omnes tuum leuamen, quicumque celebrant tuum nomen. Assiste parata vocibus poscentium, & reporta nobis omnibus optatum effectum.

Infirmiorem nostram quæsumus Domine, propitius respice, & mala omnia, quæ iuste meremur, omnium Sanctorum tuorum intercessione placatus, auerte.

Concede quæsumus omnipotens Deus, fragilitati nostræ præsidium, vt qui sanctæ Dei genitricis virginis Mariæ memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus refurgamus.

Te nunc suppliciter sancta Theotocos regis perpetui sponsaq; poscimus; vt nos semper vbique mihi munere protegas.

Beatæ Mariæ semperq; virginis Dei genitricis Mariæ, nos quæsumus Domine merita prosequantur, & tuam nobis indulgentiam semper implorent.

Deus, qui omnibus Sanctis tuis æternæ beatitudinis præmia contulisti, concede propitius, vt qui peccatorum nostrorum pòdere premimur, eorum apud te precibus subleuemur.

Salue Regina misericordiæ. Vita dulcedo & spes nostra, salue. Ad te clamamus exules filij Eue. Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, O pia, O dulcis Maria.

VERSVS.

In omni tribulatione & angustia nostrâ, succurre nobis piissima virgo Maria.

COLLECTA.

Protege, quæsumus Domine, famulos tuos subsidiis pacis, & beatæ Mariæ patrociniiis confidentes, à cunctis hostibus redde securos.

ANTIPHONA DE DOMINA nostra.

Inviolata, intacta & casta es Maria. Quæ es effusa fulgida cœli porta. O mater alma Christi charissima, suscipe pia laudum præconia. Nostra vt pura pectora sint & corpora. Quæ nunc flagitant deuota corda & ora. Tua per præcata dulcifona, nobis concede veniam per secula.

Stella maris succurre cadenti, surgere qui curat populo.

Precamur te piissima Dei genitrix virgo Maria, per amorem vnigeniti filij tui, Domini nostri Iesu Christi, vt non derelinquas nos miseros peccatores sine tuo adiutorio, sed semper adiuua & conforta nos in tuo sancto seruitio, vt securi perueniamus ad portas Paradysi, ante conspectum tuum, & vt ibi mereamur dilectissimum filium tuum videre, & cum eo in sempiterna lætitiâ gaudere.

Hæc est mulier virtutis, quæ contriuit caput serpentis, hanc peccatores deuotè adæmus, rea pectora tundamus, dicentes: Sancta, sancta, sancta Maria, clemens & pia, Domina nostra, fac nos tuis precibus consortes cœlestis gloriæ.

Recordare virgo mater, dum steteris in conspectu Dei, vt loquaris pro nobis bona, & vt auertat indignationem suam à nobis.

Aue tu rosa, virgo Maria, ô generosa, clemens & pia, vera da nobis vti sophia, & cū electis frui gratia, vt te laudemus cum melodia, & tu repelle nostra vitia, virgo Maria da nobis gaudia.

Obsecramus sanctissima virgo, libera nos ab omni malo, & ora pro peccatis nostris.

Eius pia intercessione, ab instantibus malis, & à morte perpetua liberemur.

O Maria generosa, super omnes speciosa, impetra nobis veniam. O Maria gratiosa, dulcis, mitis & formosa, applica nobis gratiam. O Maria gloriosa, in deliciis delitiosa, præpara nobis gloriam.

EX PRÆPARATORIIS ANTE Missam dicendis.

Propter totius iniquitatis culpam, indignus sum vt viuam, quia peccaui ab infantia mea vsq; nunc, coram te, & coram omnibus Sanctis tuis: Sed per merita & intercessiones eorum, mihi tribue propter tuam clementiam, omnium delictorum meorum veniam.

EX COMPASSIONIBVS Mariæ.

Recordare septem horum tormentorum ac dolorum perenni memoria, vt qui nos te inuocamus, per hæc susti valeamus in perenni gloria.

Ad te igitur hodie, ô vnica spes miserorum, confugio, & plena fiducia tibi meipsum in omnibus necessitatibus deuotè commendo. Te hodie & semper in matrem & patronam, præ cunctis eligo & præopto.

Libera

Libera me ab omni malo, & ora pro peccatis meis. Aue Maria, salus & consolatrix viuorum & mortuorum, mecum sis in omnibus tribulationibus, tentationibus, necessitatibus & angustiis meis, & maximè in hora mortis meæ, & impetra mihi omnium peccatorum meorum veniam, & cœlestis patriæ gloriam.

EX SEPTEM GAUDIIS CORPORALIBUS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

GAUDE virgo stella maris, à peccatis nos emunda. Fac nos semper saluari partu secundari, atq; corde steriles, fac clementer fertiles. Fac à nostro scelere, piè nos resurgere, sursum tolle variis, cor oppressum vitiiis. Præsta nobis miseris, subleuamen sceleris, & post hæc miseriam, duc ad vitæ patriam. O dulcis amica Dei, vernans & decorata: memor esto mei, mortis dum venerit hora.

Venerandorum gaudiorum Domine gloriose genitricis tuæ sacrosanctæ semper virginis Mariæ, memoriam recolentes, te suppliciter exoramus, vt eius interuenientibus meritis, cœlestis consolationis participes, & gaudij, quo tecum modo lætatur, in futuro tribuas esse consortes.

EX SEPTEM GAUDIIS COELESTIBUS BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

GAUDE mater miserorum: quia pater præmiorum, dabit te colentibus, congruentem hic mercedem, & fœlicem poli sedem, sursum in cœlestibus.

Dulcissime Domine Iesu Christe, qui beatissimam genitricem tuam, gloriosissimam virginem Mariam, pæperuis & felicibus gaudiis in cœlo lætificasti, concede propicius, vt eius meritis & precibus continuis salutem & prosperitatē, animæ & corporis consequamur, & ad gaudia tuæ beatitudinis, ac eiusdem virginis gloriose feliciter perueniamus.

EX ROSARIO BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

O Virtutum vasculum, Regina cœlorum, Christi receptaculum, salus anxiorū. Tutum propugnaculum, saluatricis languidorum. Audi conquirentium, præces famulorum, & pro nobis miseris Deum deprecare. Nā quicquid petieris, vales impetrare. Summa nos necessitas te cogit rogare. Quos in fluctu positos, sæuum pulsat mare.

Reparatrix & saluatricis, desperantis animæ, irroratrix & largitricis spiritualis gratiæ. Quod requiro, quod suspiro, mea sanā vulnera. Et da mēti te poscenti, gratiarum munerera, vt sim castus, & modestus, dulcis, fortis, sobrius, pius, reclusus, circumspēctus, simultatis nescius, eruditus & munitus diuinis eloquiis, constans, grauis & suavis, benignus, amabilis, corde prudens, ore studens veritatem dicere: Malum nolens, Deū volens, pio semper opere.

Peccatorum consolatrix, infirmorum curatrix, errantium reuocatrix, iustorum confirmatrix, desolatorum spes & auxiliatrix, atque mea promptissima adiutrix, & singularissima inuocatrix, tibi Domina gloriosa, commendo hodie & quotidie animam meam, vt me in tuam custodiam commendatum, ab omnibus malis, & fraudibus Diaboli custodias, atque in hora mortis

constanter mihi assistas, ac animā ad æternā gaudia feliciter perducas.

O Domina mea sancta Maria, me in tuam benedictam fidem & singularem custodiam, ac in sinum misericordiæ tuæ, hodie & quotidie, atque in hora exitus mei, animam meam, & corpus meum tibi commendo, omnem spem meā, consolationes, angustias, miserias, & finem vitæ meæ committo, rogans, vt per tuam sanctissimam intercessionem & gloriose merita, omnia mea dirigantur & disponantur opera, secundum tuam, tuique filij voluntatem, ad meam vtilitatem.

Ac precor vt serues me à peccatis, à scandalis, ab omni confusione humana, ab ira iudicij tremēda, ab impuris cogitationibus ab omni mortali peccato, à subitanea & improuisa morte, ab omnibus periculis animæ & corporis, honoris & rerum mearum; nec vnquam tale me permittas facere peccatum, quo tuam gratiam amittam. Dona mihi de præteritis emendationem, de presentibus custodiam, de futuris cautelam. Da mihi in hac vita promptum adiutoriū, & esto prolocutrix in tremendo iudicio, ad tuum filium, Dominum Deum nostrum Iesum Christum.

O Domina dulcissima, misericordiæ visceribus plenissima, succurre mihi misero peccatori, antequam mors subitanea & improuisa superueniat, ne subito & imparatus hinc discedam. Ora pro me Maria virgo benedicta, ob vnigeniti filij tui amatissimam mortem, vt peccatorum detestatione, Diaboli & operum eius abrenuntiatione, vera contritione, pura humilique confessione, perfecta pœnitentia & satisfactione, proximi dilectione, filio tuo reconciliatus, de hoc mundo transeam, & fac mecum misericordiam tuam ô beata mater virgo Maria, in illa tremenda hora, quando mortua lingua se nequiuert mouere ad inuocandum te, neque oculi lucem capere poterint, auresque meæ nulli voci patefcent. Memor esto tunc precum mearum, quas nunc fundo, ô Maria, ad aures tuæ pietatis, & subueni mihi in illa vltima necessitatis meæ hora, vt liberatus à ministris Diaboli, collocaer cum fidelibus & amicis filij tui.

Aue plena gratia virgo fœcunda, Mundi spes & gloria, mater illibata, peccatorum venia, spōsa consecrata, consolatrix hominum, vinculum amoris, purgatrix peccaminum, medela vitiorum. Aue vas clementiæ, gratiæ piscina, portus indulgentiæ, vitæ medicina, veniæ pincerna, nardus odorifera, gratiæ lucerna, surge, veni, propera, regina superna, me Christo confœdera; me semper gubernata, cor meum illumina, fulgens stella maris, & ab hostis machina semper tuearis. O gloriosa virgo Maria, mater regis æterni, libera nos ab omni malo, & à pœnis inferni.

BENEDICTIO MANE ET
serò dicenda.

PAx Domini nostri Iesu Christi, & virtus passionis eius, signum † sanctæ Crucis, integritas beatæ Mariæ virginis. Bene † dictio omnium sanctorum, Angelorum custodia, & suffragia omnium Dei electorum, sint inter me & omnes inimicos meos, visibiles & inuisibiles; nūc & semper, & in hora mortis, &c.

AD PROPRIVM ANGE-
lum oratio.

Angele qui meus es custos pietate superna, me tibi commissum salua, defende, gubernā, terge meā mentem, vitis & labe fluentem, assiduusq; precor mihi sis, releuesq; cadentem.

DE S. PAVLO.

Illuc supplices tuos, post huius carnis terminum perducere dignare, quos fecisti, veritatis lumen agnoscere.

DE S. BARTHOLOMAEO
Apostolo.

VERSUS.

Voto precamur supplici, vt precibus Apostoli, à reatu liberi, possimus Deo perfrui.

Quæsumus, vt eius patrocinio deseramus noxia, & consequamur bona æterna.

DE IACOBO MAIORE.

Ave singulare præsidium peregrinorum tuorum, benignus exaudi vota seruorum, te colentes adiuua, ducens ad cœlestia.

DE S. THOMA.

Tuos supplices tuos in eius fide stabiles efficere dignare, quem palpando meruisti Deum agnoscere.

DE VNO APOSTOLO.

Ave sancte N. Angele, Domini nostri Iesu Christi, per illius amorem, qui te de mundo elegit, deprecor, vt me indignum famulum tuum ab omnibus aduersitatibus liberet, ab omni impedimento corporis & animæ, & in hora mortis animam meam suscipiens, perducas in vitam æternā. Ora pro nobis N. Apostole beate, vt per te gaudere mereamur in æternitate.

Quæsumus omnipotens Deus, vt beatus Apostolus N. tuum pro nobis imploret auxilium, vt à nostris reatibus absoluti, à cunctis periculis exuamur.

DE S. PANCRATIO.

OMartyr inuictissime, Pancrati beatissime, qui in Christi confessione perdurasti in persecutione, tuo mereamur precamine in bonis mala vincere.

Infirmiorem nostram, quæsumus Domine propicius respice, & mala omnia, quæ iuste meremur sanctorum Martyrum tuorum, pariterq; Pontificum Cornelij & Cypriani intercessione propitiatus auerte.

DE S. GEORGIO.

Hic nos saluet à peccatis, vt in cœlo cum beatis possimus quiescere.

DE S. BLASIO.

Sancte Blasii vir laudande, &c. Qui das lapsis releuamen, & infirmis das iuuamen. Tu pro nobis intercede, vt cœlesti nos mercede, ditet Deus cum beatis, regno suæ claritatis.

Deus qui per orationem beati Blasij Martyris tui atq; Pontificis, cunctis eiusdem memoriam facientibus, à quacunq; tribulatione, infirmitate seu aduersitate, tenerentur, liberari cōcessisti, concede propicius, vt cuius memoriam agimus in terris, eodem deprecante, gloriam consequamur in cœlis.

DE S. ERASMO.

STet semper in tripudio egenorum iam consciō, habens ciuem in æthere, qui suos scit reprimere defectus, deprecamur, & in mortis examine, sic Erasmus præparatur, nostros tergat vt reatus.

Fac nos eius meritis & precibus, cunctas insidias omnium inimicorum nostrorum superare, & à paupertate corporis & animæ, ac morte perpetua liberari.

Deus, pro cuius Ecclesia gloriosus Martyr & Pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit, Præsta quæsumus, vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum.

DE S. CHRISTOPHORO.

OGloriose Martyr Christophore, sis memor nostri ad Deum omni hora, & tuere sine mora, corpus, sensum & honorē conserua, qui cœli florem meruisti hinc portare, inter vlnas ultra mare, nos per tantam dignitatem, fac vitæ prauitatem, & amare corde toto, Deum verum laude, voto, præ cunctis mundanis istis, vt post mundi huius tristis blandimenta, te præsentem, perducamur ad cœli regnū.

Deus, qui beatum Christophorum Martyrem tuum virtute constantiæ in passione roborasti, concede propicius, vt qui eius commemorationem agimus, ipsius meritis & precibus ab omni languore corporis & animæ præseruemur, atq; ad gaudia æterna feliciter perducamur.

Intercessio, quæsumus Domine, beati Lambertii Martyris tui atque Pontificis, tuam nobis non desinat placare iustitiam, & nostrum tibi deuotum efficere famulatum.

DE S. COSMA ET
Damiano.

OMedici piissimi, qui meritis clarissimi, in cœlis refulgetis. A peste, clade corporum, præseruetis & operum, moribus ne læguamus, aut moriamur Spiritu, sed animæ ab obitu velociter surgamus, & viuamus in gratia, sacra cœli palatia donec ingrediamur.

Concede nobis indignis famulis tuis, vt qui Sanctorum istorum Martyrum gloriosam commemorationem agimus, ipsorum intercedentibus meritis, ab omnibus Dæmonum erepti insidiis, atq; cunctis huius vitæ aduersitatibus, præsens tempus ita in tuis laudibus peragamus, vt dimissis peccatis omnibus, post huius vitæ pericula ad gaudia transeamus secunda.

DE S. SEBASTIANO.

ORa pro nobis Christi Martyr Sebastiane, vt pestē epidimiæ illæ si mereamur pertransire, & promissionem Christi Iesu obtinere.

Deus qui gloriosum tuum Martyrem Sebastianum in tua fide & dilectione tam ardentem solidasti, da nobis miseris peccatoribus eius meritis & intercessione, in omni tribulatione auxilium, in persecutione solatium, in tribulatione & angustia subsidium.

DE S. VINCENTIO
Martyre.

VIR inclytus Vincentius, Martyr Domini preciosus, cuius intercessio nobis obtineat veniam,

veniam, qui per tormenta passionis æternā meruisti palmam, & sempiternam coronam.

XIII. AUXILIATORVM.

Inter Sanctos Deo gratos, adiutores vos beatos prædicat Ecclesia. Ad se Deus nos clamantes, per vos saluet fluctuantes, in valle miseræ.

Da, vt omnis, qui in suis necessitatibus eorum implorat auxilium, secundum promissionis tuæ gratiam, petitionis suæ salutarem consequatur effectum.

DE S. BERNVVARDO

Episcopo.

OGemma Saxonæ: norma pietatis, decus tuæ patriæ, Bernnuarde dux pacis, nos oppressos erige, succurre turbatis, ad Christū dirige fontem bonitatis. Pie præsul Bernnuarde, tuorum memor operum, sta coram summo iudice, pro tuorum cœtu pauperum.

Omnipotens sempiterne Deus, immensam clementiam tuam humiliter imploramus, vt qui fragilitate carnis præpediti innumerabiliter peccauimus, beati Bernnuardi Confessoris tui atq; Pontificis, assiduis precibus adiuuemur, quatenus eius suffragantibus meritis, ab omni aduersitate mentis & corporis liberemur.

DE S. GODEHARDO

Episcopo.

OPem nobis præsul bone, fer in nostris angustis, & nos salua in agone, ab æternis suppliciis.

DE S. AVGVSTINO.

GAude præsul Augustine. Audi nos te rogantes, & post mortem nos ouantes, duc ad regna cœlica.

DE S. AMBROSIO.

OPræsul beatissime Ambrosii doctor inclite, vitæ meæ rege cursum, post hanc vitam trahe sursum animam ad gaudia, vbi Deū contemplari, iustis piæ sociari merear in gloria.

Vt quem doctorem vitæ æternæ habuimus in terris, intercessorem semper apud te habere mereamur in cœlis.

DE S. HIERONYMO.

SVbuenias tristi populo, Hieronyme, Christi doctor & amice, tu fons nitidissimæ linguæ.

Præsta quæsumus, vt cuius venerandæ memoriam agimus, eius semper & erudiamur doctrinis, & meritis adiuuemur.

DE S. BERNHARDO.

Intercessio nos quæsumus Domine, beati Bernhardi abbatis commendet, vt quod meritis nostris non valemus, eius patrocinio assequamur.

DE S. FRANCISCO.

OFrancisce lux solaris, crucifixus singularis iam cum Christo gloriaris, in choro cœlestium, Tu sis nobis vitæ via, tu pro nobis semper pia, prode Christo stigmata. Ora pro tuis famulis, vt rapti ex miseris, tecum laudemus dulciter Trinitatem perenniter.

DE S. IOSEPH NVTRITIO

Domini.

GAude Ioseph fili Dauid, Ora virginis sponsæ tuæ natum, vt se nobis det placatū, collocans ad dexteram.

DE S. ROCHO CONTRA

Pestem.

DEus qui beato Rocho per Angelum tuum tabulam eidem afferentem promissisti, vt qui ipsum inuocauerit, à nullo pestis cruciatu læderetur: Præsta quæsumus, vt qui eius memoriam agimus, meritis eius ab æterna morte liberemur.

DE S. LIBORIO CONTRA

Calculum.

DEus qui beatum Liborium, Pontificem tuum innumeris gloriosum miraculis, specialiter in medendis arenarum & calculi passionibus priuilegio decorasti, præsta quæsumus, vt ipsius meritis & intercessione, ab his aliisque malis eruti, gaudiis perfrui mereamur æternis.

DE VNO CONFESSORE.

SAncte N. nos tuos famulos pio præcatu ab omni culpa emunda, commendans Deo, cœlestium vt consortes faciat gaudiorum.

Intercessio nos quæsumus Domine beati N. Confessoris commendet, vt quod nostris meritis non valeamus, eius patrocinio assequamur.

Misericordiam tuam quæsumus Domine nobis interuenientibus beatis Confessoribus tuis, clementer impende, & nobis peccatoribus ipsorum propiciare suffragiis.

DE S. DOROTHEA.

OMnipotens sempiterne Deus, in cuius nomine gloriosa virgo & martyr Dorothea euncta genera tormentorum superauit, te suppliciter exoramus, vt eius interuentu cuncta pericula vincamus, ipsamque in omnibus necessitatibus celerem adiutricem nobis sentiamus.

DE S. BARBARA.

Intercessio nos, Domine, quæsumus beatæ Barbaræ virginis & Martyris tuæ semper adiuuet, vt non subito moriamur.

DE S. AGNETA.

AVe Agnes gloriosa, me in fide serues recta dulcis virgo & dilecta, te exoro precibus: Charitate da perfecta, Deum, per quem es electa, colere piæ omnibus.

Deus, qui beatam Agnetem virginem tuam castitatis amore decorasti, & flammis traditam illæsam conseruasti, da nobis quæsumus, eius meritis & precibus, eiusdem castitatis tenore fulciri, & ab omni vitiorum æstu liberari.

DE S. APPOLLONIA.

Virgo Christi egregia, pro nobis Appollonia funde preces ad Dominum, vt tollat omnino noxium, ne pro reatu criminū, morbo vexemur dentium, sed sanitate capitis gratulemur & corporis.

DE S. CHRISTINA.

Christina virgo felix, te deprecantes respice, ne cum impiis damnemur, nos tua sancta salua prece.

DE DECEM MILLE

virginibus.

OPræclaræ vos puellæ, nunc implete meum velle, & dum mortis venerit hora, subuenite sine mora, in tam graui tempestate, me precantem defensate, à Dæmonum instantia.

Concede propicius, vt earum precibus & meritis, cum ipsis in æterna beatitudine collocari mereamur.

AD VNAM VIRGINEM.

Salue sancta N. virgo Dei inclita, tuis precibus nos Christo commenda. Ad te clamamus in angustiis cõstituti. Ad te suspiramus auxilium quærentes. Eia virgo Dei electa, tuum lætum oculorum aspectum ad nos inclina. Et Iesum crucifixum, qui tollit mundi reatum, redde nobis placatum, ô clemens, ô pia, ô dulcis virgo.

DE S. ANNA.

Deus, qui beatam Annam matrem tuæ genitricis fieri voluisti: Præsta quæsumus, vt meritis vtriusq; matris & filia, regna cœlestia consequamur.

DE S. MARTHA.

Omnipotens sempiternus Deus, cuius filius sumpta carne pro nobis, in æde beatæ Marthæ hospitari dignatus est, concede propicius, vt precibus & meritis illius, quæ illum placidè suscepit in terris, ab illo misericorditer suscipi mereamur in cœlis.

DE S. BRIGITTA.

O Brigitta mater bona, dulcis ductrix & matrona, nobis fer suffragia. Naufragantes in hoc mari, tuo ductu salutari, duc ad vitæ brauia.

DE S. GERTRUDE.

Deus, qui beatam Gerthrudem piam virginem ex stirpe Regia progenitam, speciali hospitalitatis gratia sublimasti, tribue quæsumus, vt eius precibus & meritis interuenientibus, tam præsens quàm futurum hospitium, nostræ infirmitati congruum, & tuæ maiestati inueniamus acceptum.

DE OMNIBVS VIRGINIBVS
& viduis.

Deus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere, da nobis per merita omnium sanctarum virginum, viduarum & continentium tuarum, salutem mentis & corporis, vt ea, quæ pro peccatis nostris iuste patimur, te adiuuante vincamus.

DE OMNIBVS SANCTIS.

Maiestatem tuam, Domine, suppliciter deprecamur, vt sicut nos iugiter omnium Sanctorum tuorum commemoratione lætificas, ita semper supplicatione defendas.

EX ANTIDOTARIO.

Salue imperatrix gloriosissima, peccatricis animæ meæ spes tutissima. Dei genitrix virgo Maria. Tu post Deum præcipuum & maximum meum es refugium & gaudium.

O sancta virgo Maria, & omnes Sancti & Electi Dei, nunc & in hora mortis meæ, mihi misero succurrite, & Dominum Deum nostrum, vestris meritis & precibus mihi propiciam facite. Tu ergo ô virginea mater, accedes ad illud supercœleste sacrarium semper venerandæ Trinitatis, offer pro me, nunc & in hora mortis meæ, quicquid virtutum & gratiarum ab hora conceptio-

nis tuæ, vsq; ad horam assumptionis, in te Rex gloriæ, tanquam conseruatissimo thesauro suo dignatus est conseruare. Tu etiam beatorum Angelorum militia, offer pro me, & in hora mortis meæ, constantiam purissimam, qua cum Deo nostro permanstis, & felicem innocentiam, in qua per ipsum confirmati estis. Tu quoq; Patriarcharum & Prophetarum cœtus, offer pro me nunc & in hora mortis meæ, merita fidei & desideriorum, quibus Christum Dei filium re promissum constanter expectastis. Tuq; Senatus Apostolorum & Euangelistarum offer pro me, nunc & in hora mortis meæ, merita felicissimæ cum Christo adhærentiæ, familiaris amicitia, & fidelis perseuerantiæ. Tu hinc ô rosea Martyrum turba, offer pro me, nunc & in hora mortis meæ, merita fidelitatum, constantia, & preciosi sanguinis, cū sanguine immaculati agni, pro omnium salute effusi. Tu deinde splendens Confessorum chorus, offer pro me, nunc & in hora mortis meæ, merita deuotionum, studiorum, exercitationum & virtutum omnium, in quibus Domino Deo nostro placere meruistis.

Tu insuper honesta virginum & mulierum caterua, offer pro me, nunc & in hora mortis meæ, cordis & corporis mundiciem, qua Deo, spreto mundi delitiis, & corporis voluptatibus placuistis.

ORATIONES DE QVINGVE DOLORIBVS BEATÆ MARIAE,
quas S. Anshelmus Capellanus eius composuit, incipientes singula à singulis literis nominis Mariae, quas qui deuotè dixerit, maximas consequitur gratias à Domino, prout reuelatum fuit beato Ioanni Euangelista. qui cùm (vt de eo scriptum reperitur) diu desiderasset videre beatam Mariam virginem, post eius assumptionem in cœlum, tandem quadam vice raptus in cœlum, in visione vidit & audiuit, quod beata virgo Maria narrauit filio suo, quod in hoc mundo in quinq; doloribus subscriptis fuerit nimium perturbata. Christus igitur filius eius hoc audiens, ob eius honorem plurimas promisit gratias & prærogatiuas se daturum, illi, qui eosdem dolores deuotè recoleret. Sunt igitur Orationes tales.

ORATIO PRIMA.

Mediatrix Dei & hominum, & fons misericordiæ indefinenter effundens riuos copiosæ gratiæ Maria. Te rogo dulcissima mater Domini nostri Iesu Christi, per illam perturbationem, quam habuisti in corde tuo piissimo, tunc & deinceps, cùm Simeon sanctus & senex prophetando diceret: Tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt petas, quatenus idē benedictus filius tuus, de largissima clementia sua, mihi donet per eandem perturbationem tuam, indulgentiam omnium peccatorum meorum. Et vt me liberet ab omnibus malis, præteritis, præsentibus & futuris.

ORATIO SECUNDA.

Auxiliatrix Dei & hominum, & pacis æternæ condimentum Maria, te interpello speciosissima regina cœli, per illam dolorosam perturbationem, quam habuisti in corde tuo benignissimo pro eo, quod filium tuum aman-

amantissimum per triduum amiferas, vt roges eum, quatenus ipse propter eandem turbationem tuam, mihi dignetur dare plenam cognitionem, perfectam contritionem, puram confessionem, spem firmam, certam securitatem, à Deo nunquam separandum, & ita perfectum & verum amorem, vt cum illo amore tantam merear mercedem in cælo accipere, ac si ei multis annis cum perfectione sanctissime vitæ diligentius seruiuissem.

ORATIO TERTIA.

Reparatrix debilium, & vulneratæ animæ efficacissima medicina, Maria, te peto gloriosa Domina, per illam perturbationem, quam habuisti in corde tuo clementissimo, pro eo, quod perfidi Iudæi captiuauerunt desiderabilem vnigenitum vteri tui filium, quatenus depreceris eundem filium tuum, propiciatorem seculi, vt ipse propter eandem turbationem tuam, me de omni captiuitate, & ab omni tribulatione corporis & animæ, angustiarum & periculorum meorum, vna cum amicis meis, consanguineis, familiaribus & benefactoribus, & recommendatis clementer eripiat, & ab omnibus malis in perpetuum tueatur.

ORATIO QUARTA.

Illuminatrix cæcorum, & lucerna salutiferæ gratiæ Maria. Te flagito dulcissima bona mater Dei, per illam turbationem tuam, quam habuisti in corde tuo propiciatissimo, pro eo, quod amantissimus filius tuus à Iudæis crudelissimis in conspectu tuo, cum clavis acutissimis, sine omni miseratione, viuificæ crucis patibulo fuit affixus, vt postules ab eodem filio tuo, quatenus per eandem turbationem tuam, ignem veri amoris & passionis suæ in corde meo accendat.

ORATIO QUINTA.

Aduocatrix omnium peccatorum, quos damnabiliter moles victorum deprimit, finisq; nostræ miseriæ Maria, te deprecor venerabilissima mundi domina, per illam intolerabilem turbationem, quam habuisti in corde tuo benignissimo, in illa hora, cum filius tuus de cruce depositus, cum recentibus vulneribus, & proprio sanguine rubricatus, datus fuit à Ioseph in sinum tuum, vt propter eandem perturbationem tuam, ipse me præuenire dignetur abundantia gratiarum suarum, vt det corpus meum & animam meam, in potestatem tuam, & in sinum misericordiæ tuæ, quem cunctis deuote postulantibus, clementer aperis in æternum.

QVICVNQVE HANC SVBSCRIPTAM orationem triginta diebus dixerit, in honorem beatissimæ virginis Mariæ, quæcunq; licita petierit, misericorditer obtinebit, quod expleto sæpius probatum est.

Sancta Maria, perpetua virgo virginum, mater misericordiæ, mater gratiæ, spes omnium desolatorum, consolatrix omnium desperantium, O miseratrix miserorum, dulcis consolatio afflictorum, ac mater misericordiarum,

desolatorum piissima consolatrix, & in omni necessitate pupillorum prompta adiutrix. Exaudi preces meas. Et quia in diuersis malis & angustiis, propter peccata mea positus sum, ignoro ad quem fugiam, nisi ad te Dominam meam, dulcissimam virginem Mariam, genitricem Domini nostri Iesu Christi, informatricem humanitatis nostræ. Ergo aures tuæ pietatis, precibus meis benignè accomoda, per viscera misericordissimi filij tui, &c.

QVICVNQVE SVBSCRIPTAM ORATIONEM quotidie dixerit, in honorem beatissimæ virginis Mariæ, trecentos dies indulgentiarum habebit, ab Innocentio Papa, qui eam instituit.

O Clementissima Domina, & dulcissima virgo sancta Maria, mater Dei, mater orphanorum, consolatio desolatorum, via errantium, salus & spes in te sperantium, fons vite & veniæ, fons salutis & gratiæ, fons pietatis & indulgentiæ, fons consolationis & lætitiæ, da mihi pro peccatis meis, veras plangendi lachrymas & cõdignas, & da mihi quicquid filius tuus requisit à me veraciter agnoscere, tuo iuamine frequenter incipere, perseveranter exequi, feliciter adimplere. O flos virginum Maria, regina cæli, deprecor humiliter & deuote, vt cum omnibus sanctis & electis Dei, venias & festines in consilium & auxilium meum, in omnibus orationibus, & angustiis & necessitatibus meis, & in omnibus rebus. O Maria maris stella, portus salutis, naufragantium dux pia, miserorum patrona dulcissima, reorum aduocata doctissima, desperatorum spes vnica, peccatorum saluatricis magnifica, die mea nouissima, me facie splendidissima tua, precor irradiata, nutrix sacratissima, meam mortis piissima, diem & horam nuncia. Tu portum præbe naufrago, teo fer patrociniâ, dâs misero solatia, sis spes, ne desperatione succumbam mortis in agone, cum tunc non sit spes altera, nisi tu virgo puerpera, patris parens & filia, cui me reconcilia. O misericordiarum & veniæ fons ineuacuabilis, imo ipsa misericordia & venia, nulli dans repullam, Exauditrice benignissima hanc orationem supplicem, clementer suscipias & exaudias, & vitam æternam mihi tribuas. Audi & exaudi me benignissima virgo Maria, mater Dei & misericordiæ, Amen.

SANCTVS EDMVNDVS CANTVARIENSIS Archiepiscopus, sequentem orationem composuit, eamq; quotidie dicere consuevit, in honorem sanctissimæ Dei genitricis semper virginis Mariæ, & beati Ioannis Euangelistæ, tutoris eius, quam cum semel propter occupationem quandam dicere neglexisset, apparuit ei sanctus Ioannes Euangelista, ferulam in manu tenens, & vt leuaret manum imperans: Qui cum leuasset, & ille ferulam alte leuans, pie tamen submitbens, blande eum corripisset, subiungens, ait: Caue, ne amplius vnquam omittas, quod diligenter obseruauit, maximamq; ob hanc sanctitatis gratiam promeruit. Multa etiam alia leguntur miracula facta, virtute illius orationis, quæ breuitatis causa hic omittuntur.

O Intemerata & in æternum benedicta, singularis & incomparabilis virgo Dei genitrix Maria, inclina aures tuæ pietatis, indignis supplicationibus meis, & esto mihi peccatori, piâ in omnibus auxiliatrix. O Ioannes beatissime Christi familiaris amice, te inuoco cum matre eiusdem saluatoris, vt opem mihi tuam, cum illa ferre digneris. O duæ gemmæ cœlestes, Maria & Ioannes. O duo luminaria diuinitus ante Deum lucentia, vestris radiis effugate scelerum meorum nubila, vobis duobus, ego peccator hodie corpus & animam meam commendo, vt omnibus horis atque momentis, intus & exterius, firmi custodes, & pij apud Deum intercessores existerè dignemini. Credo enim firmiter, & fateor, & indubitanter scio, quia velle vestrum velle Dei est, vnde quicquid ab illo petitis, sine mora obtinebitis. Per hanc igitur tam potentissimam vestræ dignitatis virtutem, poscite mihi corporis & animæ salutem, & à Deo indulgentiam omnium peccatorum meorum, atque in extrema hora huius vitæ, venite mihi in adiutorium, contra omnes laqueos inimici. Et in die iudicij, quando redditurus sum rationem de peccatis meis, succurrite mihi ante tribunal Christi, vt non deputer cum impiis ad pœnam, sed cum iustis ad gaudium & gloriam.

*QUICVNQVE SEQUENTEM ORATIONEM
quotidie deuote dixerit, sine pœnitentia &
mysterio corporis Christi non decedet, sicut fuit
reuelatum beato Bernhardo, cui ab
Angelo data est.*

A Ve Maria, ancilla sanctæ Trinitatis, Auè Maria, salus & consolatrix viuorum & mortuorum, mecum sis in omnibus tentationibus, tribulationibus, necessitatibus & angustiis, & infirmitatibus meis, & impetra mihi veniam omnium delictorum meorum, & maxime in hora exitus mei, non desis mihi o piissima virgo Maria.

*SEQUITUR ORATIO DE OMNIBVS
membris beatissima virginis Mariæ, quam qui deuote
dixerit, specialem ab ea gratiam
consequitur.*

A Doro & benedico beatissimos pedes tuos, quibus antiqui serpentis, cum omnibus pompis eius, caput calcasti, &c.

Adoro & benedico castissimum vterum tuum, aceruo tritici liliis candidissimis vallato, comparatum, &c.

Adoro & benedico nobilissimum cor tuum, &cæt.

Adoro & benedico fecundissima vbera tua botris assimilata, &c.

Adoro & benedico manus tuas tornatiles, plenas hyacinthis, &c.

*EX ORATIONIBVS DE SEPTEM
gaudijs corporalibus beatæ Mariæ
virginis.*

O Maria mater pia, esto nobis recta via, ad tuum filium, ac pro tua gratia, depelle nostra vitia, per hoc sanctum gaudium.

*EX ORATIONE AD B. MARIAM
virginem.*

T V virgo sanctitatis lidee nos irradia, & sic tua prece Deo reconcilia, vt post mortem gloriemur in cœlesti patria. Ad hoc omnes potestates virtutum cœlestium, ad hoc omnes Sancti, vestrum petimus auxilium.

IMPLORATIO PATRONORVM.

E T vt efficax mea deprecatio sit, beatæ Mariæ, semper virginis, suffragium peto.

Adsit mihi quæso, semper & vbique; beatorum Angelorum custodia, & præsta vt apud te pro me misero peccatore, sanctorum Angelorum agmina intercedant.

Intercessionem Apostolorum imploro. Martyrum preces exposco, Confessorum orationes exposculo. Subueniat mihi apud misericordiam tuam, chorus sanctarum virginum tuarum, quarum principatum tenet beata virgo Maria. Ibi ipsa cum omnibus Sanctis intercedat, vt ad vitam perueniam sempiternam, te miserante & donante.

ALIA ORATIO AD B. VIRGINEM

Mariam.

T E mater illuminationis cordis mei, te nutrix salutis meæ mentis, te obsecrant, quantum possunt cuncta præcordia mea. Exaudi Domina, adesto propitia, adiuua potentissima, vt mudentur sordes mentis meæ, vt illuminentur tenebræ meæ. Certus enim sum, quia sicut per filij gratiã ea potui accipere, sic eadem per matris merita possum recipere. Ergo Domina porta vitæ, ianua salutis, via reconciliationis, aditus recuperationis, obsecro te per saluatricem tuam fecunditatem, fac vt peccatorum meorum mihi venia, & bene viuendi gratia concedatur, & vsque in finem, hic seruus tuus sub tua protectione custodiatur.

AD OMNES SANCTOS PATRIARCHAS & Prophetas.

S ANCTI Patriarchæ, sancti Prophete, obsecrate pro peccatis meis, & expulsa penitus erroris caligine, cordis mei oculos vere fidei Catholicæ lumine illustrate, vt in die iudicij non cum impiis & infidelibus, qui credere & pœnitentiam agere noluerunt, secundum meritum meum me deputer, sed per vestram intercessionem merear inueniri absolutus in illa die ab omni vinculo peccatorum, vobiscunq; ac omnibus fidelibus, introire ad regna cœlorum.

*AD S. PAVLVM DOCTOREM
Gentium.*

O Beate Paule Apostole, te deprecor, vt me ab angelo Satanæ eripias, & à ventura ira liberares, & in cœlum introducas.

AD S. ANDREAM.

S ANCTE Andrea Apostole Dei, deprecor te, vt tuis meritis, ab omni phantasia Sathanæ me eripias, & à futura ira defendas, & virtutem tuam mihi ante tribunal Christi ostendas.

*DE S. MATTHIA
Apostolo.*

S ANCTE Matthia, te suppliciter imploro, vt meritis & intercessionibus tuis, ab eodem Domino nostro IESV Christo, veniam pecca-

peccatorum meorum in hoc seculo percipiam,
& in futuro vitam æternam possideam.

DE S. PHILIPPO.

SAncte Philippe Apostole Domini, te miser
ego peccator omnium criminum sordibus
obvolutus, deprecor, vt ab omni me distri-
cto flagello, quod iuste mereor, & ab omni da-
mnatione, & à ventura ira libereris, & lampadi-
bus ornatum, & latum ad Regem gloriæ per-
ducas.

DE S. IACOBO MINORE.

SAncte Iacobe Apostole Domini, te depre-
cor ego peccator, omni spurcitia plenus, vt
me tuis gloriosis meritis, ab omni districto
iudicio, quod iuste mereor, & ab ira ventura mi-
sericorditer eripias, & atro agmine fugato, san-
cto agmine propinquante, in consortium An-
gelorum & sinum Abrahamæ me tradas.

DE S. BARTHOLOMÆO.

SAncte Bartholomæe, te deprecor, vt me tuis
preciosis meritis, libereris ab omnibus versu-
tiis Diaboli, & insidiis & terroribus, & im-
pugnationibus, & damnatione & illusione ho-
stis, in die furoris Domini, & in fine vitæ meæ,
contra aduersarios meos in adiutorium meum
venias, & binis luminibus suffulto, vestigia agni
ostendas.

DE S. MATTHÆO.

SAncte Matthæe Apostole, ego peccator te
deprecor, vt me ab angustia, quam digne
mereor, tuo interuentu misericorditer de-
fendere digneris.

DE SANCTO SIMONE

Apostolo.

SAncte Simon Zelotes, per gratiam illius, qui
te elegit de mundo, te deprecor, vt me mi-
serum ab omnibus aduersitatibus & à pœ-
nis, quas pro peccatis meis horribilibus me-
reor, eruas: & à cogitationibus immundis, tuis
meritis emundes, & monita mihi tribuas, vnde
Angelica celsitudo, admirabilem me videat &
iustum.

DE S. IYDA.

SAncte Iuda Apostole, per illum qui te sibi in
amicum asciuit, deprecor te, vt me à consue-
tudinibus peccatorum meorum tuis meritis
abstrahas, & à potestate demonum eruas, & me
ad inuisibiles euehas potentias.

DE S. STEPHANO.

SAncte protomartyr & dignissime Leuita
Christi, Stephane ad te confugio, te inuoco,
te suppliciter & obnixè deprecor, vt intercede-
re digneris, pro me nimis fragili & indigno, ad
Dominum Iesum Christum. Aduua me quæ-
so, immaculate & inuictissime testis veritatis, vt
quia tuo exemplo, nec innocenter viuere, nec
glorioso mori valeo, saltem concessio mihi, per
Dei misericordiam, & tuæ intercessionis meri-
ta, spatio vitæ meæ, sordes ita congrua emunda-
tione diluam, vt in articulo mortis ab auditione
mala liberatus, sententiam perpetuæ damnatio-
nis euadam.

DE S. VINCENTIO.

O Beate Vincenti martyr Christi inclyte,
exora pro me Deum omnipotentem, vt
tua prece placatus, mihi condonet meo-
rum veniam commissorum, & in bono opere fi-
nem reddat perseuerabilem.

DE S. SEBASTIANO.

O Beate Sebastiane, magna est fides tua, in-
tercede pro nobis ad Dominum Iesum
Christum, vt à morte epidimiæ, & ab o-
mni infirmitate corporis & animæ, tua interces-
sione liberemur.

AD S. DIONYSIVM.

SAncte Dionysi, Galliæ Doctor, & inclyte
martyr, te deprecor, ne despicias me, sed sus-
cipias preces meas, & redime me ex omnibus
paupertatibus & tribulationibus, animæ & cor-
poris. Rogo te sancte Dionysi, tuosque socios,
vt suscipiatis animam meam, quando præsentâ-
ta fuerit ante tribunal iudicis, & deprecemini
regem potentem, vt per vestra suffragia, merear
liberari à tormentis perpetuis.

AD S. CHRISTOPHORVM.

SAncte Christophore, martyr Iesu Christi,
qui pro Christi nomine pœnas pertulisti, o-
pem confer miseris, atq; mundo tristi. Qui cœ-
lestis luminis regna meruisti, &c. Christophori
sancti speciem quicumq; tuetur, illo nempe die
nullo languore tenetur. O martyr Christopho-
re, pro saluatoris honore, fac nos mente fore di-
gnos Deitatis honore, & promissione Christi,
quia quod petis, obtinuisti, da populo tui isti bo-
na, quæ moriendo petisti, confer solamen men-
tis, tolle grauamen iudicis, examen fac imite sit
in omnibus, Amen.

DE S. ERASMO.

Modo sancte Erasme, tibi commendo o-
mne consilium meum, & omnes actus
meos, & omnia, quæ mihi subiecta sunt,
in tuam sanctam fidem, vt eruas me ab omnibus
aduersitatibus & à cunctis meis inimicis, corpo-
ralibus & spiritualibus, propter repromissum
tibi à Deo specialiter concessum.

AD XV. AVXILIATORES.

Conditor & redemptor generis humani,
exaudi me indignum famulum tuum, vt
per Sanctorum merita & interuentum,
deleas omnes iniquitates meas, cunctaq; bona
cordi meo inferas, mores bonos & continentiam
linguæ, charitatem atq; humilitatem, cæterasq;
omnes virtutes.

AD OMNES SANCTOS

Martyres.

AD vos clarissimi Sanctorum Dei Marty-
res, mente & corde ego nimis peccator
proclamo, quatenus vos cum sanctissima
oratione vestra, innumeras peccatorum meo-
rum sordes apud Dominum nostrum Iesum
Christum, aliquantisper diminuere & delere
dignemini, vt ultra vitam meam grandi meo-
rum criminum pondere grauatum non inue-
niat.

DE S. BERNHARDO.

O Alme pater Bernharde, & ardentissime
amator, cultor suauitatis, & mellisq; dul-
cedinis Dei, qui es spes & solatium omni-
um ad te clamantium, corde toto tuæ sanctæ pro-
tectioni me commendo, propter excellentiam
meritorum tuorum, vt ab omnibus, quæ con-
traria sunt animæ meæ, tueri me digneris.

DE S. NICOLAO.

Credo pie sancte Nicolae, tuis me preci-
bus esse saluandum, ideo ad te clamo, & te
precibus

precibus meis licet indignis, pulsare nō desisto, vt te intercedente ab imminentibus periculis, à peccatis & offensionibus meis, quibus quotidie affligor, merear liberari, salua me supplicem famulum tuum, amice Dei Nicolae, de præsenti- bus angustiis & tribulationibus, quia in te confidit anima mea, vt per te me saluet, qui te sibi elegit.

AD OMNES SANCTOS
Confessores.

OMnes sancti sacerdotes & cōfessores Dei, nolite me despiciere, sed sicut optastis à Deo, hic adhuc positi in mortali corpore, audite me, vt vestro sacratissimo interuentu, à peccatis exui, & à pœnis absolui, & à cunctis tentationum periculis erui merear.

DE TRIBVS REGIBVS.

Concede propicius, vt per horum trium Magorum, pias intercessionēs & merita, nobis famulis tuis tribuas, vt itinere, quo ituri sumus, celeritate, lætitia, gratia & pace, negotioq; bene peracto, te ipso sole vero, vera stella, & vera luminis luce, ad loca destinata, cū omni prosperitate, ad ipsorum cœlestiumq; ciuium consortia, salui ac sani redire valeamus.

IN CATHARINAM.

Ave virgo Dei digna, Christo prece me cōsigna, preces audi, præsta votum, cor in bono fac immotum, cōfer mihi cor contritum, rege visum & auditum, rege gustum & olfactum, virgo sancta rege tactum, vt in cunctis te regente, viam Deo pura mente, O beata Catharina, Babylonis de sentina, tutum mihi serducatum, plasmatorem fac placatum. Esto mihi consolatrix, pro me sis interpellatrix, Christum pro me interpella, salua mortis de procella, superare fac me mundum, ne demergar in profundum, ne me sinas naufragari, in peccatis in hoc mari, visita tu me infirmum, & in bonis fac me firmum: Agonista Dei fortis, esto præsens in hora mortis: Decumbentem foue, leua, & de morte solue sæua, vt resurgam nouus homo, ciuis in cœlesti domo: Duplex mors ne me infestet, Iesus Christus illud præstet, tua prece exoratus. Idem pater, idem natus, idem vtriusq; flamen, qui viuit & regnat, Amen.

EX CANTICIS QVAE
VOCANT SEQUENTIA.

DE SANCTO STEPHANO,
protomartyr.

O Stephane signifer regis summi bone, nos exaudi, nos proinde supplices ad te clamantes, & precibus te pulsantes, oratio sanctissima nos tua semper cōciliet Deo nostro.

DE INNOCENTIBVS.

Quorum precibus sacris deprecamur, de le pie nostra crimina vitæ, vt quos laudibus tuis iunxeras, nobis istic dones clemens fauere.

ALIA DE INNOCENTIBVS.

Clari filioli, dulces pusioli, nos iuuate precibus, quos Christus innocetem mortem vestram miserās, pro sese maturatam, placidus exaudiens, nos regno suo dignetur.

DE BEATA AGNETE.

A pud quem nunc intercedat, vt cœli nobis concedat intrare palatium.

DOMINICA ANTE ASCENSIONEM
Domini.

O Maria Magdalena, audi vota laude plena, apud Christum, chorum istum, clementer concilia, vt fons summe pietatis, qui te lauit à peccatis, seruos suos atq; tuos, mundet data venia. Amen dicant omnia.

IN NATIVITATE DIVI
Ioannis Baptista.

Sancti Baptistæ, Christi præconis solennia scelebrantes, moribus ipsum sequamur, vt ad vitam quã prædixit, a seclis suos perducatur.

Deuote, te sanctissime hominum amice Iesu Christi flagitamus, vt gaudia percipiamus.

Apparens quæ Zachariæ Gabriel repromisit. Qui tuam celebrarent obsequiis natiuitatem,

Vt per hæc festa æterna gaudia adipiscamur: Qua sancti Dei sacris deliciis læti gaudent.

Tu qui præparas fidelium corda, ne quid deuium vel lubricum Deus in eis inueniat:

Te deposcimus, vt crimina nostra & facinora continua prece studeas absolvere.

Placatus vt ipse suos semper inuisere fideles, & mansionem in eis facere dignetur.

IN FESTO VISITATIONIS
Mariæ.

Veni præcella Domina Maria, tu nos visita, ægras mentes illumina, per sacra vitæ muna.

Veni Saluatrici seculi, sordes aufer piaculi, in visitando populum, pœnæ tollas periculum.

Veni Regina Gentium, dele flammas reatum, dele quodcunq; deuium, da vitam innocentium.

Veni vt anum visites, Maria virēs robores, virtute sacri impetus, ne fluctuetur animus.

Veni lux stella marium, infunde pacis radiū, exultet cor in gaudium, Ioannis ante Dominum.

Veni virga regalium, reduc fluctus errantiū, ad vnitatem fidei, in qua saluantur cœlici.

Veni deposce Spiritus, sancta dona propētus, vt dirigantur rectius, in huius vitæ actibus.

IN TRANSLATIONE S.
Martini.

Nos audi tua festa colentes annua mundo celebria.

Tu pro nobis spes nostra: Martine Deo supplica:

Cæcis das viam: mutisq; loquelam: Tu nos adiuua: Mundans immunda, qui fugas Dæmonia, nos hic libera.

Qui suscitator trium mortuorum fueras, laxa nostræ mentis vincula, qui infirma iam curasti corporum plurima, sana nostræ mentis vulnera.

Qui Christum tua chlamyde partita tectum videras nocte secunda, fac prece, criminum vt soluat nobis debita, Christi gratia.

Laus tua Christus erat, quem tota semper mente colebas: hunc pro nobis implora, vt lapsis remedia tribuat, præstans culpis veniã, hæc precibus impetra.

Lux super te effulfit angelica, dum libas mystica, nos per te protegat Christi dextera: Mortis metam, qui tuis prædixeras, nihil mortē trepidans, à morte animæ tu nos libera.

DE SANCTO IACOBO

Apostolo.

O Felix Apostole, magne Martyr Iacobe, te colentes adiuua, peregrinos vndiq; tuos clemens protege, ducens ad cælestia.

IN FESTO S. LAURENTII

Martyris.

O Laurenti militum David inuictissime regis æterni, apud illum seruulis ipsius deprecare veniam semper.

IN FESTO ASSUMPTIONIS

beatæ virginis Mariæ.

E Cælestia ergo cuncta te cordibus atque carminibus venerans, tibi suam manifestat deuotionem, precatu te supplicii implorans Maria.

Vt sibi auxilium, circa Christum Dominum esse digneris per æuum.

IN OCTAUA ASSUMPTIONIS

Mariæ.

A Vdi nos, nam te filius nihil negans honorat, Salua nos Iesu, pro quibus virgo mater te orat.

IN FESTO MICHAELIS

Archangeli.

S Vmmi regis Archangele Michael, intende quæsumus nostris precibus. Te namq; profitemur esse supernorū ciuium Principem. Tu Deum obsecra pro nobis, vt mittat auxilium miseris.

Principalis est potestas à Domino tibi data, peccantes saluificare animas. Idem tenes perpetui potentiam Paradysi, omnes ciues te adorant superi.

Audi nos Michael Angele summe: Tu palam descende de poli sede, nobis ferendo opem Domini atque leuamen indulgentiæ.

Tu nostros Gabriel hostes prosterne: Tu Raphael ægris affer medelâ, morbos absterge, noxas dilue, nosq; fac interesse gaudiis beatorum.

IN CELEBRITATE SANCTORVM GERONII & SOCIORVM EIVS.

M Aiestati sacrosanctæ militis, cum triumphante iubilet Ecclesia, de triumpho Thebæorum, & salate peccatorum per horum suffragia.

Hæc patrona legione, nos in bonis summe bone: loca potioribus, vbi patris, vbi tui & amoris lacri frui mereamur gloria, Amen.

VNDECIM MILLIVM

virginum.

Q Varum orationibus felices cum felicibus, pace fruamur sedula, per seculorum secula.

IN FESTO OMNIVM

Sanctorum.

O Rdines noueni Spirituum beatorū, Quos in Dei laudibus firmavit charitas: Nos fragiles homines firmate precibus:

V i Vt spirituales prauitates vestro adiuuamine ncentes fortiter: Nunc & in æuum vestris sumus digni solennibus interesse sacris.

Nos adiutorium nunc & perenniter foueat, protegat vt vestrum: In die poscimus gaudiorum vestrorum.

IN OBITU SANCTI

Martini.

I Gitur te cuncti poscimus ô Martine, qui multa mira hic ostendisti, etiam de cælo gratiam Christi nobis supplicatu tuo semper infundas.

DE S. ELISABET.

E Ia mater nos agnosce, libro vitæ nos deponce, cum electis inferi, vt consortes tuæ foris, & à pœnis, & à portis eruamur inferi.

DE S. CATHARINA.

O Ra pro populo, precare pro clero, Martyr Christi Catharina, astantem populum, precantem te Clerum, foue, rege per secula.

DE SANCTO ANDREA

Apostolo.

N Os igitur peccatis nostris grauati, te Deus poscimus, vt illius, qui tua semper sectatus præcepta, tibi placet, nos intercessione tuearis in æternum.

IN FESTO CONCEPTIONIS

Mariæ.

T V spes certa miserorum, vera mater orphanorum: tu leuamen oppressorum, medicamen infirmorum, omnibus es Domina.

Te laudamus voce pari, laude digna singulari, vt errantes in hoc mari, nos in portu salutari, sistat tua gratia, Amen.

DE MARTYRIBVS.

E Rgo facti cohæredes Christo in cælestibus apud ipsum vota nostra promouete precibus, vt post finem huius vitæ, & post transitoria in perenni mereamur exultare gloria.

DE CONFESSORIBVS.

P Astor bone miserere Ecclesie, tuisq; precibus refoue, confer opem plebi tuæ, preces intende, & pio iuuamine maculas dilue.

In via nos adiuua, colloca in patria, redde quæ speramus bona.

ALIA DE VNA VIRGINE.

T Vte iam dulcibus plena deliciis, Christo miseras nostras suggerito nobis consolationem precando.

DE VIRGINE MARIA.

S Vpplicamus nos emenda, emendatos nos scommenda, tuo nato ad habenda sempiterna gaudia.

ALIA DE VIRGINE

gloriosa.

O Mnishomo omni hora, hanc adora ac implora eius patrocinia: Psalle, psalle nisi toto cordis, oris, voce, voto: Aue plena gratia.

Salus decus firmamenti, tu caliginosæ menti desuper irradias, placa mare maris stella: ne inuoluat nos procella & tempestas valida. Virgo mater Maria, mater misericordiæ, nos adiuua.

PROSA IN LAUDEM

virginis Mariæ.

G Aude Maria templum summæ maiestatis. Salua nos & omnes conferua per omnia secula seculorum, Amen.

DE

DE DOMINA NOSTRA.

TE collaudat cœlestis curia, quæ mater es regis & filia, per te regis donatur venia, per te iustis confertur gratia.

Ergo maris stella, natum tuum ora, vt nos soluat à peccatis, & in regno claritatis, quo lux lu-
cet sedula, collocet per secula, Amen.

SEQVENS IN LAVDEM
virginis.

Pluchrior syderibus, & præ mulieribus cun-
ctis benedicta: placata tuum filium, & purga
fidelium omnium delicta.

In te pluit, in te fluit Deus suam gratiam: Er-
go tuæ nobis plue gratiæ clementiam. Ad beati
tui nati transferas præsentiam, & cunctorum
delictorum confer indulgentiam.

EX HYMNIS DE
S AN C T I S.

DE SANCTO STEPHANO

Hymnus.

SAncte Dei preciose protomartyr Stephane:
Qui virtute charitatis circumfullus, vndiq;
Dominum pro inimico exorasti populo:
Funde preces pro deuoto tibi nunc collegio,
vt tuo propiciatus interuētū Dominus, nos pur-
gatos à peccatis, iungat cœli ciuibus.

DE SANCTO IOANNE APO-
stolo, Hymnus.

CVius prece assidua, vt nostra soluas crimi-
na, è cœlo donans præmia, voce precamur
cernua.

DE SANCTO BLASIO,
Hymnus.

TE simul fufis precibus rogamus, ciuium
fautor maneat tuorum, ad thronum Chri-
sti memor esto nostri, optime Blasi.

DE S. AGATHA.

IAm renitens quasi sponsa polo, pro miseris
supplica Domino, sic sua festa coli faciat, ce-
lebrantibus vt faueat.

DE S. IOANNE BAPTISTA.

SOLVE polluti labij reatum sancte Ioan-
nes.

DE SANCTO PETRO
& Paulo.

HAc sacra die, quæ dat reis veniam: Iam bo-
ne pastor, pater clemens, accipe vota pre-
cantium & peccati vincula resolue tibi
potestate tradita, Qui cunctis cœlum verbo clau-
dis & aperis.

Doctor egregie Paule mores instrue, & men-
te poli nos transferre satage.

IN FESTO VISITATIONIS
Mariæ.

LEua gregem, duc ad regem Maria cunctos
visitans, vt saluetur & lætetur, cum tu sis
mater medians.

DE MARIA MAGDALENA.

TE quæsumus gratissimam nobis deposce
veniam.

IN FESTO S. AFRAE.

ONarcisce cum Felice, vos pro nobis omni
vice, & pro nostra ciuitate, & pro cunctis
supplicate.

Afra simul & confortes, stent pro nobis prece
fortes, & vt nobis expiatis, sit portio cum bea-
tis.

DE NATIVITATE

Mariæ.

MAria mater Domini, æterni patris filij,
fer opem nobis omnibus, ad te confugi-
entibus.

IN FESTO NATIVITATIS

Mariæ.

TE nunc suppliciter sancta theodocos regis
perpetui sponsaq; poscimus, vt nos semper
vbique miti munere protegas.

Sanctis obtineas virgo precantibus pacis præ-
sidium, nobis atq; beati regni dona perennia.

DE SANCTO MAVRITIO

Martyre.

CVI quapropter supplicantes illi preces
fundimus, vt dignetur nobis Christum fa-
cere propiciam, quem amauit, cum quo
regnat, nunc & in perpetuum.

DE S. MICHAELE.

Hinc Dei genetrix Maria, totus & nobis
chorus Angelorum semper assistat, simul
& beata concio tota.

DE S. GALLO.

QVæsumus mundi sator & redemptor, vt
sacris eius precibus tueri hanc velis ple-
bè tribuens quod optat corde benigno.

DE OMNIBUS SANCTIS.

OMnes superni ordines mille milleni mil-
lies vestros audite supplices.

Primum virtutes igneæ: mox repleti sci-
entia: ex hinc iuuate nos prece sessiones Domi-
nicæ.

Nunc vos cœlestes Domini & principes præ-
ualidi: potentiaq; præditi, estote nobis placidi.

Hinc ditati virtutibus, vosque tremendi nu-
tibus: fulgorosi vultibus, Christi fauete plebi-
bus.

Omnes, quos Dei gratia ab hac exemit pa-
tria: bona donans cœlestia: nostra laxate cri-
mina.

Tu pater ad sis Abraham: claram gerens pro-
sapiam: cum ipsis necessariam, nobis precando
veniam.

Tandem Dauid Hymnidicis: hinc inde stipa-
tus choris: pulcher coronis regis: cunctis suc-
curre miseris.

Sacer adesto flagitans cœtus futura prædi-
cans: nobis Christum concilians, in cœlo iam
tripudians.

Omnes dum carnem induit: quos Christus
præfens docuit: quosq; absentes imbuit, erigite
qui corruunt.

Nostros suprême clauiger: & nouæ pacis le-
gifer: Omnisq; Christi crucifer actus mundate
pariter.

Nunc posce Dei genetrix: omnisq; carnis do-
mitrix: cessetq; culpa perditrix, & plebs saluetur
debitrix.

Nunc omne sacerdotium, primus ordo Pon-
tificum, Clerum regendo subditum, fletum ter-
gite supplicum.

AD COM-

AD COMPLETORIVM

Hymnus.

Iesu saluator seculi: redemptis ope subueni: & pia Dei genitrix, salutem posce miseris.

Cœtus omnes Angelici: Patriarcharum Cuncti: & Prophetarum merita, nobis precentur veniam.

Baptista Christi præuius: & clauiger æthereus: cum cæteris Apostolis, nos soluant nexu criminis.

Chorus sacratus martyrum: sacerdotum confessio, & virginalis castitas, nos à peccatis abluant.

Electorum suffragia: omnesque ciues cœlici: annuant votis supplicum, & vitæ poscant præmium.

AD NOCTVRNVM HYMNVS.

Christe redemptor omnium: conserua tuos famulos: beatæ semper virginis, placatus sanctis precibus.

Beata quoque agmina cœlestium Spirituum: præsentia, præterita, futura mala pellite.

Vates æterni iudicis Apostolique Domini: suppliciter exposcimus, saluari vestris precibus.

Martyres Dei inclyti: confessoresque lucidi, vestris orationibus, nos ferte in cœlestibus.

Chorus sanctarum virginum, Monachorumque omnium, nos simul cum omnibus Christi consortes facite.

DE S. MARTINO.

Martinus quoniam vota fidelium attendit, tribuens cuncta salubria, confert hic famulis, ritè canentibus, stellis aureola ferta micantibus.

Martinus precibus gens Gallica, dignis sollicitet nostraque: patria, Martinus faciat tempora prospera.

AD HORAS CANONICAS IN SOLEMNITATE B. MARTINI HYMNVS.

Martinus autem præuius, fac vt sit horis omnibus, ne Dæmonum fallacia pes noster impactus ruat.

Hic arma nobis cœlica, instante pugna conferrat, hoc præliante cominus, hostis fugetur noxius.

Hic nos per vndas seculi, clauo gubernet prospero: ne fortè nostram spumea puppim charybdis sorbeat.

Hic nos triumpho nobili, & laureatos mysticè, aptet tuis conspectibus, iunctos supernis ciuibus.

DE S. CATHARINA.

Sponfa sponso gratos, fac nos & acceptos.

Monstra te vitæ viam, vt Philosophiâ mundi transeamus, veram inquiramus.

Ora & inclina nobis verum Sina, vt intremus chorum tecum Angelorum.

AD COMPLETORIVM.

Catharinæ collaudemus virtutum insignia, vt specerta respiremus per eius suffragia.

DE SANCTO ANDREA.

Iam nos foueto languidos, curamque nostri suscipe, quo per crucis victoriam, cœli petamus patriam, Amen.

DE S. NICOLAO.

ERgo pie nos exaudi assistentes tuæ laudis; Ne subdamur hostis fraudi, nobis fer auxilia.

Nos ab omni malo ducas, via recta nos conducas, post hanc vitam nos inducas ad æterna gaudia, Amen.

IN LAVDEM EIVSDEM

S. Nicolai.

OVenerande Pontifex, pius nec tardus opifex, cunctis qui corde credulo, te querunt in periculo.

Aufer mortis dispendia, confer vitæ stipendia, quo post carnis exilia, tecum simus in gloria.

DE FESTO CONCEPTIONIS

Maria.

OMaria clausus hortus, naufragantis mundi portus, placa nobis, qui te fecit matrem sibi, quam elegit.

Adesto iam supplicibus tuis, faueto precibus, manum benignè porrige, vitamque nostram dirige.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe.

Maria virgo virginum, deosce nobis omnium, remissionem criminum, tuum placando filium.

DE APOSTOLIS HYMNVS

generalis.

Vos seculi iusti iudices, & vera mundi lumina votis precamur cordium, audite preces supplicum.

Qui cœlum verbo clauditis, serasque eius soluitis, nos à peccatis omnibus soluite iussu quæsumus.

Quorum præcepto subditur, salus & languor omnium, sanate ægros moribus, nos reddentes virtutibus.

Vt cum Iudex aduenerit Christus in fine seculi, nos sempiternis gaudiis faciat esse compotes.

DE VNO MARTYRE HYMNVS

vespertinus.

Martyr Dei, Tui precatus munere, nostrum reatum dilue, arcens mali contagium, vitæ remouens tædium.

Soluta sunt iam vincula, tui sacrati corporis, nos solue vinculis seculi, amore Dei filij.

DE CONFESSORIBVS

Hymnus generalis.

Vnde nunc noster chorus in honore, ipsius hymnum canit hunc libenter, vt piis eius meritis iuemur omne per æuum.

IN ANNUNCIATIONE B.

virginis Maria.

Ave maris stella, Dei mater alma, atque semper virgo, felix cœli porta.

Sumens illud aue, Gabrielis ore, funda nos in pace mutans nomen Eux.

Solue vincla reis, profer lumen cœcis, mala nostra pelle, bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem, sumat per te precem, qui pro nobis natus, tulit esse tuus.

Virgo singularis, inter omnes mitis, nos culpis solutos, mites fac & castos.

Vitam præsta puram, iter para tutum, vt videntes Iesum, semper collætetur.

N

EX

EX BREVIARIO ROMA-

no, &c.

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propicius, & concede, vt amborum meritis aternitatis gloriam consequamur.

Omnipotens sempiternus Deus, qui Ecclesiam tuam variis Sanctorum meritis semper illuminas, protegis & conseruas, concede vt beati Francisci & Sanctorum sequentium, cum intercessione, & hic ab omnibus mundemur offensis, & in futuro caelesti gloria perfruamur.

Ora pro nobis sancta Dei genitrix, vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Diuinum auxilium beatissimae virginis Mariae, praesidium Angelicum, & omnium Sanctorum suffragium, maneat semper nobiscum.

Dulcis amica Dei, rosa vernans, stella decora. Tu memor esto mei, dum mortis venerit hora.

Quaerimus omnipotens Deus, vt beatus N. Apostolus, tuum pro nobis impleret auxilium, vt a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur.

Infirmiorem nostram respice omnipotens Deus, & quos pondus propriae actionis grauat, beati N. martyris tui atq; Pontificis intercessio gloriosa nos protegat.

Deus qui nos beati N. Martyris tui atq; Pontificis annua solennitate laetificas, concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus.

Exaudi, quaerimus Domine, preces nostras, quas in beati N. confessoris tui atq; Pontificis solennitate deferimus, vt qui digne tibi meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolutus peccatis.

Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in beati N. martyris tui solennitate deferimus, vt qui nostrae iustitiae fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuuemur.

Intercessio nos, quaerimus Domine, beati N. Abbatis commendat, vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur.

Da supplicanti coetu, obtentu huius optimi, remissionem criminum, rumpendo nexum vinculi, &c.

Proinde te piissime, precamur omnes supplices, vt huius almi gratia, nobis remittas debita.

Indulgentiam nobis, quaerimus Domine, beata N. virgo & martyr, impleret.

Per virginem matrem, concedat nobis Dominus salutem & pacem.

Protege Domine populum tuum, & Apostolorum tuorum Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua.

Omnes sancti tui, quaerimus Domine nos vbiq; adiuuent, vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus, & pacem tuam, nostris concede temporibus.

Deus qui virginalem aulam beatae Mariae, in qua habitares, eligere dignatus es, da quaerimus, vt sua nos defensione munitos, iucundos suae faciat interesse commemorationi.

Exaudi nos Deus salutaris noster, & Apostolorum tuorum Petri & Pauli, & aliorum Apo-

stolorum, nos tuere praesidiis quorum donasti fideles esse doctrinis.

Concede, misericors Deus fragilitati nostrae praesidium, vt qui sanctae Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus.

Famulorum tuorum, quaerimus Domine, delictis ignosce, vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filij tui intercessione saluemur.

Concede nos famulos tuos, quaerimus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosae beatae Mariae semper virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, & aeterna perfrui laetitia.

Beatae & gloriosae semper virginis Mariae, quaerimus Domine, intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam perducatur aeternam.

Adesto supplicationibus nostris, piissima Dei genitrix virgo virginum Maria.

Ad te pia mater confugimus, vt praesto nobis sit tua defensio, & qui districti iudicis iram timeamus, dum grauius deliquisse sumus conscij, ipsum videre non audemus, ad te eius matrem confugimus, vt pro nobis apud Deum interuenias, & excusa scelera nostra, omnipotentis filij tui gratiam nobis impetrans, referas cunctorum, quae commisimus, indulgentiam.

Deus pro cuius Ecclesia gloriosus Pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit, praesta quaerimus, vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis suae salutarem consequantur effectum.

SIXTUS DEDIT AD SEQUENTEM ORATIONEM, quam & ipse confecit, vndecim nullius annorum indulgentias, & debet dici coram imagine beatae Mariae virginis in sole.

Ave sanctissima mater Dei, Regina caeli, porta paradysi, Domina mundi. Libera me ab omni malo. Ora pro peccato meo: Amen.

O Regina poli, mater gratissima proli, sperne me noli, ne commendo tibi soli.

Deus qui nos beati Saturnij, martyris tui concedis natalitio perfrui, eius nos tribue meritis adiuuari.

Deus qui beatum Nicolaum, Pontificem tuum, innumeris decorasti miraculis, tribue quaerimus, vt eius meritis & precibus, a gehennae incendiis liberemur.

Deus qui populo tuo aeternae salutis beatum Ambrosium ministrum tribuisti, praesta quaerimus, vt quem Doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis.

Da nobis, quaerimus Domine, beati Apostoli tui Thomae solennitatibus gloriari, vt eius semper patrocinio subleuemur.

Da quaerimus omnipotens Deus, vt qui beatae Anatastae, martyris tuae, solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus.

Preces populi tui, quaerimus Domine clementer exaudi, vt beati Marcelli, martyris tui atq; Pontificis, meritis adiuuemur, cuius passione laetamur.

Adesto Domine supplicationibus nostris, vt qui ex iniquitate nostra, reos nos esse cognoscimus, beatorum martyrum, Vincentij & Anatastasij, intercessione liberemur.

Deus

Deus, qui animæ famuli tui Gregorij, æternæ beatitudinis præmia contulisti, concede propicius, vt qui peccatorum nostrorum pōdere premimur, eius apud te precibus adiuuemur.

Fac nos quæsumus Domine, sanctorum martyrum tuorum, Primi & Feliciani, semper festi sectari, quorum suffragiis protectionis tuæ dona sentiamus.

Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis, & Doctor Gétium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit, vt digni efficiamur gratia Dei.

Deus fidelium remunerator animarum, quiq; hunc diem beati Apollinaris, sacerdotis tui, martyrio consecrasti, tribue nobis, quæsumus, famulis tuis, vt cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiā consequamur.

Sanctorum martyrum tuorum nos Domine, Nazarij & Celsi, Victoris & Innocentij, confessio beata communicet, & fragilitati nostræ subsidium dignanter exoret.

Solue iubente Deo, terrarum Petre catenas, Qui facis vt pateant cœlestia regna beatis.

Deus tuorum gloria sacerdotum, præsta quæsumus, vt sancti martyris tui, & Episcopi Donati cuius festa gerimus, sentiamus auxilium.

Beatorum martyrum tuorum, Tiburtij & Sufannæ, nos Domine foueāt continuata præsidia, quia non desinis propicius intueri, quos talibus auxiliis concesseris adiuuari.

Latetur Ecclesia tua Deus, Agapiti martyris tui confisa suffragiis, atq; eius precibus gloriosis, & deuota permaneat & secunda consistat.

Deus qui beatum Ludouicum, confessorem tuum, de terreno ac temporali regno, ad cœlestis & æterni regni gloriam transtulisti, eius quæsumus meritis, & intercessione Regis Regum Iesu Christi, filij tui, nos cohæredes facias & eiusdem regni tribuas esse consortes.

Beatorum martyrum tuorum, pariterq; Pontificum Cornelij & Cypriani, nos quæsumus Domine festa tueantur, & eorum commendet oratio veneranda.

Adesto Domine populo tuo, vt beati Nicomedis martyris tui, merita præclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam, semper eius patrocinis adiuuemur.

Beati Euangelistæ tui Matthæi Domine, precibus adiuuemur, vt quod possibilitas nostra nō obtinet, eius nobis intercessione donetur.

Annue quæsumus omnipotens Deus, vt sanctorum martyrum tuorum, Mauritij & sociorū eius, nos lætificet festiua solennitas, & quorum suffragiis inuitimur, eorū natalitiis gloriemur.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt qui sanctorum martyrum tuorum, Cosmæ & Damiani natalitia colimus, à cunctis malis imminuentibus eorum intercessionibus liberemur.

Hic est Michael Archangelus princeps militiæ Angelorum, cuius honor præstat beneficia populorum, & oratio perducit ad regna cœlorum.

Deus, qui Ecclesiæ tuæ, in exponendis sacris scripturis, beatum Hieronymum, confessorem tuum, Doctorem gloriosissimum elegisti, præsta quæsumus, vt eiuſdem piis suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit, te adiuuante exercere valeamus.

Summi Regis palatio, Doctor loca discipulos, salutis priuilegio, Christi præmuni famulos.

Sanctorum martyrum tuorum, nos Domine, Sergij, Bachi, Marcelli, & Apulei, beata merita prosequantur, & tuo semper faciant amore feruentes.

Beatorum martyrum tuorum, Domine, Christi & Dariæ, quæsumus, adsit nobis oratio, vt quos veneramur obsequio, eorum pium iugiter exaperiamur auxilium.

Deus qui beatum Iuonem, confessorem tuū, piis operibus, signis & miraculis, in Ecclesia tua clarere fecisti, præsta quæsumus, vt eius meritis & precibus, tua beneficia capiamus.

Omnipotens, sempiternus Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita, sub vna tribuisti celebritate venerari, quæsumus, vt desideratam nobis tuæ propiciationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris.

Nos ergo fratres charissimi, tantorum patrocinia intercessorū, de quibus locuti sumus, tota mentis intentione quæramus, vt per temporalia festa, quæ gerimus, eorum meritis & intercessione, ad æterna præmia peruenire valeamus.

Pulsemus itaq; humilibus precibus, ad ostium aulae virginalis, vt nobis aperire dignetur cubiculū charitatis & castitatis, quatenus dum illuc mentis puritate & mundis orationibus, admissi fuerimus, etiam ab huius sexus ordine nostræ salutis gaudium impetremus.

Ob hoc ergo tam studiosè eorum memoriam in nostra solennitate facimus, vt ipsorum precibus & meritis, hic adiuuari valeamus.

Tuorum corda fidelium, Deus miserator illustra, & beatæ Elizabeth precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despiciere, & cœlesti semper consolatione gaudere.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt beatæ Felicitatis, martyris tuæ, solennia recensentes, meritis ipsius protegatur & precibus.

Deus qui dedisti legē Mosi in summitate montis Synai, & in eodem loco per sanctos Angelos tuos, corpus beatæ Catharinæ virginis & martyris tuæ, mirabiliter collocasti, tribue quæsumus, vt eius meritis & intercessione, ad montem, qui Christus est, valeamus peruenire.

Virgo autem Catharina, ad Martyrium ducta, dum oraret pro se, & sui memoriam agentibus, facta est vox ad eam, dicens: Veni electa mea, ecce tibi beatitudinis ianua aperitur. His verò, qui passionem tuam celebrauerint, opem de cœlis promitto.

Passionem gloriosæ virginis Catharinæ, deuotè plebs celebret fidelis, quæ sui memores Deo commendat meritis, & iuuat beneficiis.

Vox de cœlis intonuit: veni electa mea, veni intra thalamum sponsi tui, quæ postulas impetraſti, qui te laudant, salui fient.

Aue virginum gemma Catharina, tua venerantibus patrocinia, impetrata non deneges suffragia.

Gemma Christi Barbara, nos tecum sedere para, vt nos tibi feliciter conregnemus perenniter, &c.

Deus amator pudicitæ, qui ad declaranda merita beatæ Barbaræ, virginis & martyris tuæ, misericordiam, ipsam inuocantibus, promisisti, da nobis quæsumus, ita ipsius interesse solennitati, vt ab hostium incursionibus securi & eius intercessione, ad gaudia perducamur æterna.

Omnipotens sempiternus Deus, qui conceptionis diem, genitricis filij tui, semperque virginis Mariæ, voluisti solennitate annua venerari, tribue quæsumus, vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum.

Gaude Maria virgo, quæ cōtritura caput Diaboli, illi per culpam nunquam subiecta fuisti.

Quod quidem singulariter est agendum, cum calamitates irruunt, quæ absq; demeritis hominum non contingunt, vt per ipsorum Sanctorū preces & merita, misericordia Domini super peccatis hominum impleretur, & humanum genus ab imminetibus malis & innumeris periculis, præseruetur.

Hæc apud Deum, quem ipsa peperit, sedula pro nobis aduocata nos iuuat, nos tuetur, nos protegit, nos exultat. Hæc omnibus, qui ad eam recurrunt promptissimum exhibet patrocinium.

Te prosequentes laudibus, piis faueto precibus, adesto postulantibus, tuis virgo supplicibus.

Sancte Franciscæ, properè veni, pater accelera ad populum qui premitur, & teritur sub onere, palea, luto, latere, & sepulto Ægyptio, sub fabulo, nos libera, carnis extincto vitio.

Conemur totis viribus, iungamus preces precibus, vt Augustini meritis, cæli fruamur gaudiis.

DE SANCTO MARTINO.

Mane nobiscum in æternum.

DE S. LAURENTIO AD Completorium.

Adest namq; festiuitas, & dies venerabilis, qua cælum pro meritis, Laurentius ingressus est. Ipse dignetur Dominum, rogare clementissimum, vt ab æternis ignibus, nos seruet & Dæmonibus.

DE PSALTERIO VIRGINIS Mariæ.

Constat totum Psalteriū, sub Papatu transformatum esse ad inuocationem Mariæ. De eius itaq; origine, pauca quædam annotabo ex speculo Rosariorum, quod ex Alano descriptum est, qui narrat Dominicum primò commētum esse Rosaria Mariæ, vt scilicet quinquaginta salutationes Angelicæ recitentur, & singulis decem salutationibus, vna oratio Dominica intericiatur, hoc est, vt ipsi loquuntur 10. Aue Maria, & 5. Pater noster, faciant vnum Rosarium, Loquendum enim nobis est, sicut ille in Macaronicis inquit:

Barbottat Patres nostros Aueq; Marias.

In hunc vsum Dominicus narratur fabricasse lapillos 55. ita in modum ferti coniunctos, vt inter singulos decem minores, vnus grandior interponeretur, & huiusmodi ferta seu Rosaria lapillorum, nominauit Patriloquia, quia scilicet conueniunt rebus nomina sæpè suis.

Ex Rosariis deinde cœperunt fabricare Psalteria, hoc est, vt tria Rosaria, centum scilicet & quinquaginta Aue Maria, & quindecim Pater noster, facerent vnum Psalterium Mariæ, quia tot scilicet sint Psalmi Dauidis.

Scribit autem Alanus, quod in illo Psalterio, postea quidam singulis salutationibus, peculiaris preculas ad Mariam interiecerint, maximè

verò celebrat, quod Carthusienses super Psalmos Dauidicos fecerunt 150. salutationes Mariæ versuales. Alij cœperunt disputare, singulos Psalmos posse ad Mariam accommodari, & narrat Alanus Coloniensem quendam, talem accommodationem Psalmorum ad Mariam, in publica Psalterij lectura fecisse.

Postea instituta fuit peculiaris fraternitas, de Psalterio Mariæ, quam Sixtus 4. additis multis indulgentiis, circa annum Domini 1470. confirmauit. Innocentius verò octauus, ad reliquas indulgentias, addidit plenariam remissionem à pœna & à culpa, semel in vita, & semel in articulo mortis, ingredientibus illam fraternitatem. Alanus verò subducto accuratè calculo omnium illarum indulgentiarum, hanc summam inuenit: Ad vnum quodq; scilicet Psalterium Mariæ, datas esse à diuersis Pontificibus, indulgentias sexagies mille annorum.

Hæc de Psalterio Mariæ, ex speculo Rosariorum idè hoc loco adscripti, quia intelligo ex Pontificiis quosdam dicere, Psalterium Mariæ esse vnus superstitiosi Monachi priuatum commentum, quod non debeat vniuersæ Ecclesiæ Pontificiæ tribui.

Tria autem exemplaria Psalterij Mariani impressa vidi, vnum Venetiis editum, alterum Parisiis, tertium Lipsiæ. Scripta verò exemplaria, in visitatione Monasteriorum Ducatus Brunsvicensis, inuenta sunt multa. Et in exemplaribus impressis talis est inscriptio.

Psalterium beatæ virginis, compilatum per Seraphicum Doctorem, sanctum Bonauenturam Episcopum Albanensem, nec non sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem, &c.

Nec verò disputabo, an verum sit, quòd fingunt, Bonauenturam autorem esse Psalterij Mariæ. Scio enim, quòd Bonauentura longè aliter disputet & doceat, in 15. Sententiarum, distin. 3. quæst. 2. vbi inquit: Cauendum esse ne dum matris excellentia ampliatur, filij gloria minuatur, & sic in illo mater prouocetur, quæ magis vult extolli filium, quàm seipsam, vt potè creatorem creaturæ. Et ad obiectionem, quòd honor, qui matri exhibetur, referatur ad filium, Bonauentura respondet, Non omnem honorem, qui filio debetur, matri tribuendum esse. Quia igitur in Psalterio Mariæ profus contrariū fit, vbi omnia, quæ filij propria sunt, matri tribuuntur: Equidem existimo falsum esse, quòd compositionem istius blasphemii Psalterij, Bonauenturæ auctori tribuunt. Volui tamen illam inscriptionem, qua publicè editum est, hoc loco addere, vt ostenderem Psalterium illud Mariæ, publica autoritate, Ecclesiis in Papatu propositum fuisse.

Et quia in isto Psalterio Mariæ, extat illustre speculum, tetræ & horrendæ idolomanie, quam Pontificia Ecclesia, in Sanctorum inuocatione exercuit, neq; antiqua eius exemplaria vbique obuia sunt, volui illud, de verbo ad verbum descriptum, hoc loco addere, & toti mundo diuudicandum proponere. Descripsi autem illud ex Parisiensis exemplari, quod extat in Bibliotheca Illustrissimi Principis Iulij, Ducis Brunsvicensis & Lunæburgensis, ad quod etiam contuli editionem Venetam & Lipsicam.

Qualis itaque lerna superstitionis & idolomanie, sub inuocatione Sanctorum, in Ecclesia Ponti-

Pontificia lateat, ex hoc Mariano Psalterio Lector cognoscat, & inde constituat, quis sit status controuersæ, in hoc loco de inuocatione Sanctorum.

INCIPIT PSALTERIUM

RIVM VIRGINIS MARIAE, A

deuoto Doctore, Sancto Bonaventura compilatum.

I.

BEATVS Vir, qui diligit nomen tuum, virgo Maria, gratia tua animam illius confortabit. Tanquam signum aquarum fontibus irrigatum, vberimos iustitiæ fructus propagabit. Benedicta tu inter mulieres, propter humilitatem, & credulitatem cordis tui. Vniuersas enim fœminas vincis pulchritudine carnis: Superas Angelos & Archangelos excellētia sanctitatis. Misericordia tua & gratia tua ubiq; prædicatur, Deus operibus manuum tuarum benedixit: Aue Maria, &c.

II.

Quare fremuerunt inimici nostri, aduersum nos sunt meditati inania? Protegat nos dextera tua mater Dei, vt acies terribilis cōfundes ac destrues eos. Venite ad eam omnes, qui laboratis & tribulati estis: & refrigerium & solatium dabit animabus vestris. Accedite ad eam in tentationibus vestris, & stabiliet vos serenitas vultus illius. Benedicite illam in toto corde vestro: Misericordia enim illius plena est omnis terra. Aue Maria.

III.

Domina quid multiplicati sunt qui tribulant me? In tempestate tua persequeris & dissipabis eos. Dissolue colligationes impietatis nostræ, tolle fasciculos peccatorū nostrorum. Misere mei Domina, & sana infirmitatem meam, tolle dolorem & angustiam cordis mei. Ne tradas me manibus inimicorum meorum, & in die mortis conforta animam meam. Deduc me ad portum salutis, & Spiritum redde factori & creatori meo, Aue Maria, &c.

IIII.

Cū inuocarem exaudiuisti me Domina, de sublimi folio tuo mei dignata es recordari. A rugientibus præparatis ad escam, & de manibus quærentium me, liberauit me gratia tua. Quoniam benigna est misericordia tua, & pietas tua in omnes, qui inuocant nomen sanctum tuum. Benedicta sis Domina in æternum, & maiestas tua in seculum seculi. Glorificate eam Gentes in virtute vestra, & cuncti populi terræ, extollite magnificentiam eius.

V.

Verba mea auribus percipe Domina, & ne auertas à me speciositatem vultus tui. Conuerte luctum nostrum in gaudium, & tribulationem nostram in iubilationem. Corruant ante pedes nostros inimici nostri virtute tua eorum capita conterantur. Benedicat te omnis lingua, & nomen sanctum tuum consistatur omnis caro. Spiritus enim tuus super mel dulcis, & hæreditas tua super mel & fauam.

VI.

Domina, ne in furore Dei sinas corripere me, neque in ira illius iudicari. Propter honorem no-

minis tui Domina, propitietur nobis fructus gloriosus ventris tui. De porta inferni, & de ventre abyssi, tuis sanctis precibus libera nos. Aperiantur nobis portæ iustitiæ, vt enarremus in æternū mirabilia tua, Quia non mortui, neq; qui in inferno sunt, laudabunt te Domina, sed qui tua gratia vitam æternam obtinebunt.

VII.

Domina, in te speravi, de inimicis meis libera animam meam. Conclude ora Leonis, dentes eius, & labia persequentium confringe. Ne moreris propter nomen tuum nobis impartiri misericordiam tuam. Splendor vultus tui fulgeat super nos, vt serenetur conscientia nostra apud altissimum. Offerantur per te preces nostræ, & vota nostra apud altissimum.

VIII.

Domina, Dominus noster factus est per te frater & saluator noster, vt ignis in rubo, & ros in vellere, ita descendit in te æternum verbum Dei, Spiritu sancto fœcundante obumbravit tibi virtus altissimi. Benedictus sit mundissimus conceptus tuus. Benedictus sit partus tuus virgineus. Benedicta sit mundicies carnis tuæ, benedicta sit dulcedo misericordiæ cordis tui.

IX.

Confitebor tibi Domina in toto corde meo, & narrabo populis laudem & gloriam tuam. Tibi enim debetur gloria, gratiarum actio, & vox laudis. Inueniant peccatores gratiam apud Deum, per te inuentricem gratiæ & salutis. Respirent ad indulgentiam humiles pœnitentes, sana contritiones cordis eorum. In pulchritudine pacis & requie opulenta cibabis nos post laborem peregrinationis nostræ.

X.

In Domina confido propter dulcedinem misericordiæ nominis sui. Oculi eius in pauperem respiciunt, & manus eius ad pupillum & viduam sunt extenæ. Exquirite illam à iuuentute vestra, & clarificabit vos ante faciem populorum. Misericordia illius vestrorum auferat multitudinem peccatorum, & fœcunditas illius Deo grata fœcunditatem nobis conferat meritum. Extende ad nos brachium tuum virgo sancta, & ne auertas à nobis gloriosum vultum tuum.

XI.

Saluum me fac mater pulchræ dilectionis, foris clementiæ & dulcor pietatis. Girum terræ sola circumis vt subuenias inuocantibus te. Pulchræ sunt viæ tuæ, & semitæ tuæ pacificæ. In te refulget species caritatis, lumen iustitiæ & splendor veritatis. Amicta solari lumine sicut vestimento, duodecim stellarum corona rutilans radianti. Gloria tibi sit virgo virginum, duc nos obsecramus ad regna cælorum: Amen.

XII.

Vsq; quo Domina obliuisceris mei, & nō liberas me in die tribulationis meæ? Vsq; quo exalabitur inimicus meus super me? potentia virtutis cōtere eum. Esto nobis Domina turris fortitudinis, & petra durissima conterens inimicū. Magnificamus te gratiæ inuentricem, per quam secula reparantur. Exaltata super choros Angelorum, ante thronum Dei pro nobis intercede.

XIII.

Dixit insipiens aduersarius noster, in corde suo, persequar & comprehendam, interficiet eos

N 3 manus

Lipfens. Aperi vi oculos misericordia tua, ne inimicus noster nobis præualeat.

manus tua. Exurge Domina præueni eum, & supplantata eum, & destrue omnes conatus illius. Tuam pulchritudinem Sol & Luna mirantur, Tibi Angelicæ potestates seruiunt & famulatur. Tuo tactu leuissimo sanantur infirmi, tuo odore roseo mortui reuiuiscunt. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, In tua se claudit viscera factus homo.

XVIII.

Domina, quis habitabit in tabernaculo Dei? aut quis requiescet cum Senatoribus populi? Pauperes Spiritu & mundo corde, mites, pacifici atque lugentes. Recordare Domina, vt loquaris pro nobis bona, & indignationem filij tui auertas à nobis. Amplectamur Mariæ vestigia peccatores, & eius beatis pedibus prouoluamur. Teneamus eam fortiter, nec dimittamus, donec ab ea meruerimus benedici.

XV.

Conserua me Domina, quoniam speraui in te, mihiq; tua stillicidia gratiæ misericorditer impartire. Alius tuus virginalis & tua viscera pudicissima Dei Altissimi filium genuerunt. Benedicta sint mundissima vbera tua, quibus lacte Deifico saluatorem Iesum enutriuisti. Confitemini laudes virgini gloriosæ, quicumque apud eam gratiam & misericordiam inuenistis. Date magnificentiam nomini eius, & collaudate in sæculum conceptum atq; partum illius.

XVI.

Exaudi Domina iustitiam meam, & amoue à me tribulationem meam. Confitebor tibi in voce exultationis, cum magnificaueris super me misericordiam tuam. Imitamini eam sanctæ virginis Dei, vt imitatae sunt, Agnes, Barbara, Catharina, Cecilia & Lucia. Honorificate eam in voce laborum vestrorum, per hoc eius gratiam Agatha, Margaretha, & Cecilia cum cæteris susceperunt. Sponsum dabit nobis Dei patris filium, & de Paradisi liliis coronam incomparabiliter redolentem.

XVII.

Diligam te Domina cæli & terræ, in Gentibus nomen tuum glorificabo. Confitemini illi tribulati corde, & roborabit vos contra inimicos vestros. Stilla nobis Domina gratiam vberum tuorum ex mananti lacte dulcedinis tuæ refice viscera puerorum tuorum. Religiosi omnes honorate illam, quia ipsa est adiutrix, & vestra specialis aduocata. Esto refugium nostrum gloriosa mater Christi, quia tu es totius religionis mirabile firmamentum.

XVIII.

Cæli enarrant gloriam tuam virgo Maria, & vnguentorum tuorum fragrantia in omnibus Gentibus est resperfa. Respirate ad illam perditii peccatores, & perducet vos ad indulgentiæ portum: In Hymnis, Psalmis, & Canticis pulsate viscera eius, & stillabit vobis gratiam dulcedinis suæ. Glorificate eam iusti ante thronum Dei, quia fructu ventris eius estis iustitiam operati. Laudate eam cæli cælorum, & nomen eius glorificet omnis terra.

XIX.

Exaudias me Domina in die tribulationis, & precibus nostris conuerte clemētem faciem tuam. Ne proicias nos in hora mortis nostræ, succurre animæ meæ cum deseruerit corpus suum.

Mitte Angelum bonum in occursum eius, per quem à malignis hostibus defendatur. Ostende ei placatum ac serenatum iudicem seculorum, qui ob tui gratiam veniam, & indulgentiam ei largiatur. Sentiat in pœnis refrigerium tuum, & concede ei locum inter electos Dei.

XX.

Domina in virtute latabitur cor nostrum, & in dulcedine nominis tui consolabitur anima nostra. De sedibus mitte nobis sapientiam Dei, per quam in omni veritate dulciter illustremur. A carnalibus desideriis concede gratiam abstinendi, vt lumen gratiæ in nostris cordibus oriatur. Quam dulcia diligentibus te eloquia tua, virgo sacrata, quamq; suauia tuarum stillicidia gratiarum. Gloriam & honorem psallam tibi, & in nomine tuo gloriabor in seculum.

XXI.

Deus Deus meus, respice in me, meritis tuis virgo sancta Maria. Domina mea clamaui ad te per diem & noctem, & fecisti cum seruo tuo misericordiam tuam. Quia ego speraui in gratia tua, sempiternum à me opprobrium abstulisti. Deriserunt me inimici mei vndiq; tu autem sub umbra manus tuæ contulisti mihi refrigerium bonum. Adorent te familiæ Gentium, & glorificent te omnes ordines angelorum.

XXII.

Dominus regit me virgo Dei genitrix, quia tu amabilem vultum eius ad me conuertisti. Benedicti sunt oculi tui splendidissimi, quos digneris misericorditer conuerrere super peccatores. Benedictum sit lumen & splendor faciei tuæ, benedicta sit gratia vultus tui. Benedicta sit misericordia manuum tuarum, benedicta sit emanatio virginei lactis tui. Benedicant te Apostoli & Prophetae Dei, Martyres, confessores & Virgines psallant tibi. Gloria tibi sit ô virgo virginum, duc nos, obsecramus ad regna cælorum, Amen.

XXIII.

Domini est terra & plenitudo eius, tu autem sanctissima mater cum eo regnas in æternum. Gloriam & decorem induisti. Omnis lapis preciosus, amictus & operimentum tuum. Splendor Solis super caput tuum, & lunaris pulchritudo sub pedibus tuis. Sydera micantia ornant sedile tuum, astra te glorificant ô stella matutina. Memento nostri Domina in beneplacito tuo, & fac nos dignos glorificandi nomen sanctum tuum.

XXIII.

Ad te Domina leuaui animam meam, in iudicio Dei precibus tuis non erubescam. Neq; illudant mihi aduersarij mei, etenim cuncti præsumentes de te roborabuntur. Non preualeant aduersum me laquei mortis, & castra malignantium non impediunt gressus meos. Collide impetum eorum virtute tua, & cum mansuetudine occurre animæ meæ. Ducatrix mea esto ad patriam, me cœtui Angelorum digneris aggere.

XXV.

Iudica me Domina, quoniam ego ab innocentia mea digressus sum, sed quia speraui in te, non infirmabor. Vre cor meum igne amotis tui, & cingulo castitatis restringere nees meos. Quoniam misericordia tua & clementia tua ante oculos meos est, & delectatus sum in voce laudis

dis tuæ. Domina dilexi decorem faciei tuæ, & veneratus sum sanctam maiestatem tuam. Confitemini nomini eius, quoniam sanctum est, enarrantur à seculis mirabilia eius.

XXVI.

Domina illuminatio mea sit, splendor faciei tuæ, & serenitas gratiæ tuæ resulgeat menti meæ. Exalta caput meum super inimicos meos, & ego Psalmum nomini tuo cantabo. Ne auertas faciem tuam à me, quia speciem & decorem tuum à iuuentute mea concupiui. Te amaui & exquisiui regina cælorum & gratiarum: Misericordiam & gratiam tuam ne subtrahas à seruo tuo. Confitebor tibi in nationibus Domina, & thronum gloriæ tuæ honorificabo.

XXVII.

Ad te Domina clamabo, & exaudies me, in voce laudis tuæ lætificabis me. Miserere mei in die angustiarum mearum, & in luce veritatis tuæ libera me. Benedicta sis ô Domina in omnibus finibus terræ. Sanctuarium quod firmauerunt manus tuæ, est sanctum templum corporis tui gloriosi. Conscientia tua munda & immaculata est, locus propiciationis & habitaculum sanctum Dei.

XXVIII.

Afferte Domine nostræ filij Dei, afferte Domine nostræ laudem & reuerentiam. Da virtutem seruis tuis mater sancta, & benedictionem laudantibus & glorificantibus te. Exaudi gemitus suspirantium ad te, & ne spernas vota inuocantium nomen tuum. Sit manus tua ad succurrendum mihi parata, & auris tua intendens ad deprecationem meam. Benedicant tibi cælum & terra, mare & cardines orbis terrarum.

XXIX.

Exaltabo te Domina, quoniam suscepisti me, ab iniquo aduersario meo liberabis me. Cōuertere ad me, & viuificabis me, de portis mortis reduc me, & de fluctibus tribulationum, quæ circumdederunt me. Propter imperium & magnificentiam dexteræ tuæ, contēre & dissipare omnes aduersarios meos. Et ego offeram tibi sacrificium laudis, & gloriam tuam deuotus exaltabo. Exaltate cæli, & iucundare terra, quia cōsolatur Maria seruos suos, & pauperum suorum miserebitur.

XXX.

In te Domina speraui, non confundar in æternum, in gratiam tuam suscipe me, inclina ad me aurem tuam, & in mœrore meo lætifica me. Tu es fortitudo mea, & refugium meum, cōsolatio mea, & protectio mea, ad te clamaui, cum tribularetur cor meum: & exaudisti me de vertice collium æternorum. In manus tuas Domina commendo Spiritum meum, totam vitam meam, diem vltimum meum.

XXXI.

Beati, quorum corda te diligunt virgo Maria, peccata ipsorum à te misericorditer diluentur, Sancta, casta, & florigera viscera tua, quæ florem viriditatis perpetuæ eruperunt. Decor pulchritudinis tuæ corruptionem non videbit, & vultus tui gratia in perpetuum non marcescet. Benedicta tu virga lesse sublimis, quæ te vsq; ad sedem in throno maiestatis Dominum dilatasti. O virgo regina ipsa es via, per quam nos salus de supernis sedibus visitauit.

XXXII.

Exultate iusti in virgine gloriosa, & in rectitudine cordis collaudate eam. Accedite ad eam cum reuerentia & deuotione, & delectetur cor vestrum in salutatione illius. Impendite illi sacrificium laudis, & inebriamini ab vberibus dulcoris illius. Inluet enim vobis radios suæ pietatis, & clarificabit vos fulgoribus misericordiarum suarum. Suauissimus & dulcissimus est fructus illius in ore & corde sapientis dulcescit.

XXXIII.

Benedicam Dominam omni tempore, & non deficiet laus eius in ore meo. Magnificate eam mecum omnes qui impinguati estis melle & lacte recreationis eius. In periculis, in rebus dubiis, inuocate illam, & in necessitatibus vestris inuenietis auxilium & refrigerium dulce. Sumite exemplum cōuersationis illius, & æmulamini studio humilitatis & caritatis illius. Quia ergo Domina humilissima fuisti, increatum verbum ex te carnem assumere coegisti.

XXXIII.

Iudica Domina nocentes me, & contra eos exurge, defende & vindica causam meam. Anima mea in te lætabitur, & in tuis beneficiis deuotus exultabo. Gratia & dulcedine tua pleni sunt cæli & terra: quocunq; enim pergimus, occurrit nobis diffusio tui vteri viginalis. Ecce vndiq; nos tuis beneficiis irretisti, semper & vbiq; benignitatis tuæ laqueos extendisti. Curramus ergo carissimi, & tam nobilem & dulcissimam virginem salutemus, vt in suæ dulcedinis gremio quiescamus.

XXXV.

Dixit iniustus vt peccet in abscondito, per te à malo proposito discedat ô mater Dei. Inclina vultum filij tui super nos, coge illum precibus, nobis peccatoribus misereri. Domina in cælo misericordia & gratia tua diffusa est super terram. Potentia & virtus in brachio tuo, robur & fortitudo in dextera tua. Benedictum sit imperium tuum super cælos, benedicta sit magnificentia tua super terram.

XXXVI.

Noli æmulari in malignantibus Domina, furorē illorum dulcifica per gratiam tuam. Sperate in illam religiosi & claustrales. Confidite in illam clerici & seculares. Delectimini in laudibus illius, & exaudiet petitiones cordis vestri. Melius est modicum cum gratis illius, quam thesauri argenti multi, & lapides preciosi. Gloria tibi semper sit ô regina cælorum, & in nullo tempore noli nos obliuisci.

XXXVII.

Domina ne furore suo arguat nos Dominus, nobis veniam obtine de peccatis. In conspectu tuo sit omne desiderium nostrum, spes nostra & cōfidentia nostra. Cor meum conturbatum est in me, recessit lux de visceribus meis. Illumina splendore tuo caritatem meam. Dulcifica dulcore tuo cōtritionem meam. Ne derelinquas nos Domina mater Dei, gratia tua & virtus sit à dextris meis.

XXXVIII.

Dixi custodiam vias meas Domina, cum per te gratia Christi mihi fuerit data. Dulcore tuo liquefactum est cor meum, amore tuo inflammata sunt viscera mea. Exaudi orationem meam.

Domina, & deprecationem meam, vt contabescant aduersarij mei. Miserere mei de cœlis, & de altitudine throni tui, & ne permittas me in valle miseræ cõturbari. Custodi pedem meum, ne labatur & corruat, & in fine meo sit mihi præfens gratia tua.

XXXIX.

Expectans expectaui gratiam tuam Domina & fecisti mihi secundum multitudinem misericordiæ nominis tui. Exaudisti preces meas & eduxisti me de lacu miseræ, & de fouea inimici. Multa & mirabilia sunt dona tua Domina, & incomparabilia sunt tua stillicidia gratiarum. Exultent & lætentur super te omnes, qui diligunt te, & qui oderunt nomen tuum, corruent in infernum. Benedicte sis in æternum Domina in seculum, & in seculum seculi.

XL.

Beata Maria intelligit super egenum & pauperem, in eius laudibus iugiter permanentem. Domina Angelorum & regina mundi, emunda cor meum, igne amoris, & caritatis tuæ. Tu es mater illuminationis cordis mei, tu es nutrix refouens mentem meam. Te cupit os meum collaudare, te affectat mens mea affectuosissime venerari. Te desiderat anima mea exorare, quia tuitioni tuæ se commendat tota substantia mea.

XLI.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ira ad amorem tuum anhelat anima mea, virgo sancta. Quia tu es genitrix vitæ meæ, & alitrix reparationis carnis meæ. Quia tu es lactatrix saluationis animæ meæ, initium & finis totius salutis meæ. Exaudi me Domina, vt mundentur sordes meæ, illumina me, vt illustrentur tenebræ meæ. Accédatur amore tuo tepor meus, gratia tua expurgatur torpor meus.

XLII.

Iudica me Domina, & discerne causam meam, de Gente peruersa, à serpente maligno, & à dracone pestifero libera me. Sancta fœcunditas tua disperdat eum, beata virginitas tua conterat caput eius. Sanctæ preces tuæ corroborent nos contra eum. Sancta merita tua exiniant virtutem eius. Persecutorem animæ meæ mitte in abyssum, puteus infernalis diglutiat eum viuentem. Ego autem & anima mea in terra captiuitatis tuæ benedicam nomen tuum, & glorificabo te in secula seculorum.

XLIII.

Domina auribus nostris audiuius, & patres nostri annunciauerunt nobis. Quia ineffabilia sunt merita tua, & valde stupenda sunt miracula tua. Quoniam innumerabiles sunt virtutes tuæ, & inestimabiles misericordiæ tuæ. Exulta anima mea & lætare in illa, quia multa bona sunt laudatoribus eius præparata. Benedicte sis regina Angelorum, & benedicantur à Deo laudatores magnificentie tuæ.

XLIII.

Eruclauit cor meum, verbum bonum Domina, cum tuo rore mellifluo extitit dulcoratum. Per tuam sanctitatem peccata mea purgantur. Per tuam integritatem incorruptibilitas mihi condonatur. Per tuam virginitatem anima mea à Christo adamatur, & sibi amoris vinculo sociatur. Per tuam fœcunditatem ego captiuus sum redemptus, per tuum partum virgineum de mor-

te perpetua sum ereptus. Per tuam prolem dignissimam perditus sum restitutus, & de exilio miseræ in patriam beatitudinis sum reductus.

XLV.

Domina refugium nostrum tu es in omni necessitate nostra, & virtus potentior cõterens inimicum. Beneficiis tuis plenus est mundus, superat cœlestia, penetrant & inferna, per plenitudinem gratiæ tuæ, quæ in inferno erant, se lætantur liberata. Obtentu fœcunditatis tuæ virginæ, quæ supra mundum sunt, se gaudent restaurata. Per gloriosum tuæ virginitatis sanctissimæ partum, homines Angelorum fiunt socij & conciuues.

XLVI.

Omnes Gentes plaudite manibus, psallite in iubilo virgini gloriosæ. Quoniam ipsa est porta vitæ, ianua salutis & via nostra reconciliationis, spes pœnitentium, solamen lugentium, pax beata cordium atque salus. Miserere mei Domina, misereri mei, quoniam tu es spes & lux omnium contentium in te. Per tuam salutarem fœcunditatem placeat, vt peccatorum venia mihi concedatur.

XLVII.

Magna es Domina & laudabilis valde in ciuitate Dei cœli, in vniuersa Ecclesia electorū eius. Ascendisti alternantibus, Hymnidicis Angelorum choris, Archangelis constipata, liliis & rosis coronata. Occurrite illi potestates, & principatus, obuiate ei virtutes & dominationes. Cherubin throni & Seraphin exaltate eam, & constituite eam à dextris sponsi amantissimi & filij eius. O quam lato animo, quam sereno aspectu suscepisti eam Angelorum & hominum Deus, & dedisti ei principatum super omnem locum dominationis tuæ.

XLVIII.

Audite hæc omnes Gentes auribus percipite, qui ingredi cupitis in regnum Dei. Virgine m Mariam honorate & inuenietis vitam & salutem perpetuam. Pauperes seruos tuos Domina, felici consideratione coniunge Domino. Esuriem paruulorum tuorum fructu ventris tui refice & sustenta. Remansisti enim incorrupta post partum, & inuiolata post filium.

XLIX.

Deus Deorum Mariæ locutus est per Gabrielem nuncium suum, dicens: Aue gratia plena, Dominus tecum, per te salus mundo reperitur. Speciem & decorem tuum, altissimi filius concupiscit. Adorna thalamum tuum Sion, præparata in occursum Dei tui. Per spiritum enim sanctum concipies, qui tuum partum faciet virginem & iucundum.

L.

Miserere mei Domina, quæ mater misericordiæ nuncuparis & secundum viscera misericordiarum tuarum, munda me ab omnibus iniquitatibus meis. Effunde gratiam tuam super me, & solitam clementiam tuam ne subtrahas à me. Quoniam peccata mea confitebor tibi, & coram te me accuso de sceleribus meis. Fructui ventris tui me reconcilia, & pacifica me ei, qui me creauit.

LI.

Quid gloriaris in malitia. O maligne serpens & Draco infernalis? Submitte caput tuum mulieri,

lieri, cuius fortitudine demergeris in profundum. Contere eum Domina pede virtutis tuæ, exurge & dissipa malitiam eius. Extingue potentiam illius, & virtutem eius redige in fauillam, vt viuentes exultemus in nomine tuo, læto animo dicamus tibi laudem.

LII.

Dixit insipiens inimicus in corde suo, hominem deliciam de tabernaculis filiorum Dei. Egrediar & ero Spiritus mendax in ore serpentis, & per feminam deliciam virum eius. Sicut exultantur ô miser cæli à terra, sic exaltatæ sunt cogitationes Dei à cogitationibus tuis. Noli extolli de casu mulieris, quia mulier conteret caput tuum. Tu illi foueam præparasti, & in sagena illius capieris.

LIII.

Domina in nomine tuo saluum me fac, & ab iniustitiis meis libera me, vt non noceat mihi calliditas inimici, sub vmbra alarum tuarum protege me. O Domina adiuua me, gratiam tuam largire animæ meæ. Voluntarie offeram tibi sacrificium laudis, & confitebor nomini tuo, quoniam bonum est. Quoniam ex omni tribulatione liberabis me, & inimicos meos despiciet oculus meus.

LIIII.

Exaudi Domina orationem meam, & ne contempnas deprecationem meam, contristatus sum in cogitatione mea, quia iudicia Dei perterruerunt me. Tenebræ mortis venerunt super me, & pauor inferni inuasit me. Ego autem in solitudine expecto consolationem tuam, & in cubili meo attendo misericordiam tuam. Glorifica manum & brachium dextrum tuum, vt prosterantur à nobis inimici nostri.

LV.

Miserere mei Domina, quoniam conculcauerunt me inimici mei quotidie. Omnes cogitationes eorum in malum cõtra me. Excita furorem, & memento belli, & super eos effunde iram tuam. Innoua signa, immuta mirabilia, sentiamus adiutorium brachij tui. Glorifica nomen tuum super nos, vt cognoscamus, quoniam in seculum misericordia tua. Stilla nobis guttam suauitatis tuæ, quia tu es pincerna gratiæ & dulcoris.

LVI.

Miserere mei Domina, miserere mei, quia paratum est cor meum exquirere voluntatem tuam. Et in vmbra alarum tuarum requiescam, quia delectabile est mihi refrigerium tuum. Manus tuæ distillant myrrham primam, & digiti tui vnguenta gratiarum, Et fragmen mali punici est guttur tuum, & spiramine oris tui suauis compositum thymiana. Tu enim es mater pulchræ dilectionis, & ancora spei, potius indulgentiæ, & ianua salutis.

LVII.

Si vere vtiq; iustitiam loquimini, iustitiæ & misericordiæ honorate Reginam. Ad laudem enim & gloriam pertinet Saluatoris, quicquid honorificum impensum fuerit suæ genetrici. Rosæ martyrum te circumdant ô Regina, & lilia virginum ambiunt thronum tuum. Laudate eam simul astra matutina, concentum illi facite omnes filij Dei. Glorificate eam cæli & terra, mare & flumina, ac fundamenta orbis.

LVIII.

Eripe me ab inimicis meis, Domina mundi, exurge in occursum meum Regina pietatis, Aurum obrizum in ornamentis tuis, Sardius & Thopasius in Diademate tuo. Iaspis & Amethystus in dextra tua. Carbunculi scintillantes in monilibus tuis. Myrrha, Thus & Balsamus in manibus tuis, Saphirus & Smaragdus in digitis tuis.

LIX.

Deus repulisti nos propter peccata nostra, & misertus es nobis propter virginem Mariam. Intercede pro nobis salutifera mater Dei, quæ Angelorum & hominum salutem peperisti. Tu enim mœstis exultationem infundis, & mœrentibus lætitiæ & dulcorem. Lætifica nos dulcissimo sono oris tui, & liquore tuo roseo perfunde corda nostra. Tonate cæli desuper, & date illi laudem, glorifica illam terra cum omnibus habitatoribus tuis.

LX.

Exaudi Domina deprecationem meam, & super firmam petram stabilis mentem meam. Esto mihi domina turris fortitudinis, me tuearis à facie crudelis vastatoris, vt castrorum acies sis illi terribilis, & viuis corruat in profundum inferni. Tu enim es rutilans & decora, rubens vt consurgens aurora. Pulchra es & clara, vt luna plenissima, & tanquam sol, refulget sacer aspectus tuus.

LXI.

Nonne Domina sibi subiecta erit anima mea, quæ Saluatorem omnium genuisti? Memento nostri perditorum saluatricis, exaudi planctus cordis nostri. Infunde gratiam de thesauris tuis, & vnguentis placa dolorem nostrum. Da nobis gaudium & lætitiæ bonam, vt confundas bonorum inimicos. Ablue omnia peccata nostra, sana omnes infirmitates nostras.

LXII.

Deus Deus meus, pro matre tua te glorifico. Virginaliter enim te concepit, & sine angustia te parturiuit, Benedicta sis ô Domina nostra, & pro nobis assiste ante thronum Dei. Species & claritas in aspectu tuo. Custodi animam meam Domina, vt non corruat in peccato.

LXIII.

Exaudi Domina orationem cum deprecor, à pauore crudelis libera mentem meam. Impetra nobis pacem & salutem, in die nouissimo. Benedicta sis super mulieres, & benedictus sit fructus ventris tui. Illumina Domina oculos meos, & illustra cœcitatem meam. Da mihi in te confidentiam bonam, in vita & in fine meo.

LXIIII.

Te decet Hymnus Domina nostra in Syon, laus & iubilatio in Ierusalem. Benedictionem omnium Gentium dedit tibi Dominus, laudem & gloriam ante conspectum omnium populorum. Benedixit te Dominus in misericordia tua, & thronum tuum constituit super omnes ordines Angelorum. Gratiam & decorem posuit in labiis tuis, & pallio gloriæ induit corpus tuum. Coronam radiatam posuit in capite tuo, & virtutum monilibus te decenter ornauit.

LXV.

Iubilate Domina nostræ omnis terra, psallite Hymnum, date honorificentiam maiestati illius. Benedictum sit cor tuum Domina, cum quo ardentet

denter & sinceriter Dei filium dilexisti. Respice paupertatem virgo gloriosa, miseriam & angustiam meam ne tardes remouere. Aufer tribulationem meam, dulcifica languorem meum. Benedicat te omnis caro, glorificet te omnis lingua.

LXVI.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis per illam quæ eum genuit. Miserere nostri Domina, & ora pro nobis, in lætitiâ bonam conuertere mœstitiam nostram. Illumina me stella maris, clarifica me virgo clarissima. Extingue ardorē cordis mei, refrigera me gratia tua. Protegat me semper dextera tua, præsentia tua illustret finem meum.

LXVII.

Exurgat Maria & dissipentur inimici eius, & conterantur omnes sub pedibus eius. Impetum inimicorum nostrorum dissipata, destrue omnem iniquitatem eorū. Ad te Domina clamaui in tribulatione, & serenasti conscientiam meam. Nō deficiat laus tua in ore nostro, & amor tuus deuisceribus nostris. Pax multa diligētib. te, Domina, anima eorū non videbit mortem in aternū.

LXVIII.

Saluum me fac Domina, quoniam intraerunt concupiscentiarum aquæ vsq; ad animam meam. Infixus sum in limo peccati, & aquæ voluptatis circumdederunt me. Plorans ploraui in nocte, & dies lætitiæ ortus est mihi. Salua animam meam genitrix Saluatoris, quia per te vera Salus data est omni mundo, cum nunciante Angelo fuisti obumbrata, & patris sapientia prægnans & grauidata.

LXIX.

Domina in adiutorium meum intende, & luce misericordiæ tuæ illustra mentem meam. Duce nos exquirere bonitatem tuam, vt enarremus mirabilia tua. Ostende potentiam tuam contra inimicos nostros, vt sanctificeris in nationibus procul. In ira flammæ tuæ mergantur in infernum, & qui conturbant seruos tuos, inueniant perditionem. Miserere seruorum tuorum, super quos inuocatum est nomen tuum, & ne sinas angustiari eos in tentationibus suis.

LXX.

In te Domina speraui, non confundar in æternum, & in tua misericordia libera me & eripe me. Propter multitudinē iniquitatum mearū oppressus sum vehementer. Facti sunt hostes mei in capite, subsannauerunt & deriserunt me quotidie. Vide Domina mea, quoniam tribulor, expande manus tuas, succurre pereunti. Ne moreris propter gratiam nominis tui, vt efficiaris mihi in gaudium & in salutem.

LXXI.

Deus iudicium tuum Regi da, & misericordiā tuam Reginae matri eius. In manu tua Domina, salus & vita consistunt, lætitiâ perpetua & æternitas gloriosa. Resperge cor tuū dulcedine tua, fac me obliuisci miserias huius vitæ. Trahe me post te vinculis misericordiæ tuæ, & fomētis misericordiæ & pietatis tuæ sana dolorem meum. Concupiscentias æternas excita in anima mea, & de gaudio Paradysi inebria mentem meam.

LXXII.

Quam bonus Israel Deus his, qui matrē suam colunt & venerantur! Ipsa enim est solatium vitæ nostræ, in laboribus subuēctio nostra optima.

Obtexit caligine hostis animam, in visceribus meis Domina lumen fac oriri, Auertatur à me ira Dei per te, placa eū meritis & precibus tuis. In iudicio pro me assiste coram ipso, suscipe causam meam, mea sis aduocata.

LXXIII.

Vt quid Domina repulisti nos, nec subuenis in die tribulationis? Ingrediatur oratio nostra in conspectu tuo, & voces gementium non despereris. Tetendit arcum suum cōtra nos inimicus, firmavit dexteram suam & non est consolator. Disrumpe in nobis ligaturam malitiarum suarū, & libera nos dextera tua. Repelle eum in locum perditionis eius, sempiterna damnatio suscipiat eum.

LXXIII.

Confitebimur te Domina, & laudabimus nomen tuum, fac nos in tuis laudibus delectari. Cantate ei habitatores terræ, & laudem ei in populis nunciate. Confessio & magnificentia corā illa, fortitudo & exaltatio in throno illius. Adorate illam in decore eius, glorificate opificē pulchritudinis illius. Recordamini in sempiternum misericordiæ illius, retinete in mente virtutes & mirabilia illius.

LXXV.

Notus in Iudæa Deus, in Israel honorificentiâ matris illius, Dulcis est memoria eius super mel & fatum, & amor eius super omnia aromata. Salus & vita in domo illius, & in tabernaculo illius pax & gloria sempiterna. Honorificate illam cœli & terra, quia summus artifex hanc mirabiliter honorauit. Date illi omnes creaturæ laudem & stupendam misericordiam eius extollite gratulanter.

LXXVI.

Voce mea ad Dominam clamaui, & sua gratia intendit mihi. Abstulit à corde meo mœstitiam & mœrorem, & suauitate sua cor meum dulcorauit. Fortitudinem meam erexit in confidentiā bonam, & suo aspectu mellifluo mentem meam serenauit. Adiutorio sancto suo euasi pericula mortis, & de manu crudelis subterfugi. Gratias Deo, & tibi mater pia, de omnibus quæ assecutus sum, pietate & misericordia tua.

LXXVII.

Attendite populi Dei præcepta Dei, & Reginae gratiæ nolite obliuisci. Aperite cor ad inuestigandum eam, & labia ad glorificandam illam. Descendet amor eius in cordibus vestris, & concupiscite placere illi. Pulchritudo illius vincit Solem & Lunam, compositio decoris eius ad ornamenta virtutum. Miserere mei Regina gloriæ & honoris, & ab omni periculo custodi mentem meam.

LXXVIII.

Domina venerunt Gentes in hereditatē Dei, quas tu meritis tuis Christo confœderasti. Sit eloquium tuum dulce coram ipso & coniunge me illi, qui me redemit. Extende brachium tuū contra hostem crudelem, & denuda mihi versutiam illius. Vox tua dulcis super omnem melodiam, harmonia Angelica ei non valet cōparari. Distilla mihi suauitatem gratiarū tuarum, & tuorum charismatum fragrantiam & odorem.

LXXIX.

Qui regis Israel intende ad me, fac me dignē matrem tuam collaudare. Expergiscere de puluere

ueri anima mea, perge in occursum reginæ cœli. Solue vincula colli tui pauperula anima mea, & gloriosis laudibus accipe illam. Odor vitæ de illa progreditur, & omnis salus de corde illius scaturifat. Charismatum suorum fragrantia suavi animæ mortuæ suscitatur.

LXXX.

Exultate Domina adiutrici nostræ, iubilate illi in læticia cordis vestri. Accendantur affectus vestri in illam, & inimicos nostros induat confusione. Imitemur humilitatē illius, obedientiā & mansuetudinem illius. Omnes gratiæ Dei radiantur in ea, capacissima enim fuit bonitas illius. Currite ad illam cum deuotione sancta, & de bonis suis participabit vobis.

LXXXI.

Deus stetit in synagoga Iudæorum, de qua vt rosa de sentibus progressa est mater eius. Terge sceditatem meam Domina, quæ semper rutilas puritate. Fons vitæ influe in os meum, ex quo viuentes aquæ profluunt & emanant. Omnes sitientes venite ad illam, & de fonte suo gratanter vos potabit. Qui hauriet ex ea, saliet in vitam æternam, & qui bibet ex ea, non sitiet vnquam.

LXXXII.

Domina mea quis similis erit tibi, quæ gratia & gloria superemines vniuersa? Sicut exaltantur cœli à terra, sic tu præcellis cunctis rutilas exaltata, vulnera cor meum charitate tua, fac me dignum gratia & muneribus tuis. Liqueat anima mea amore tuo, & concupiscentia tua cor meum inflammeretur. Fac me desiderare honorificentiam tuam & gloriam, vt per te recipiar ad pacem Iesu Christi.

LXXXIII.

Quam dilecta tabernacula tua Domina virtutum, quam amabilia tentoria requietionis tuæ? Honorate illam peccatores, & impetrabit vobis salutem & pacem. Super thus & balsamum incensum orationis eius, preces eius nō reuertuntur vacuæ nec inanes. Intercede pro me Domina apud Christum tuum, nec derelinquas me in vita neq; in morte. Benignus est enim spiritus tuus, & gratia tua replet orbem terrarum.

LXXXIII.

Benedixisti Domina domum tuam consecrasti habitationem tuam. Hæc est speciosa inter filias Hierusalæ, cuius memoria est in benedictione. Beatissimam prædicate illam Angeli sancti, glorificate illam virtutes & dominationes. Populi Gentium exquirite prudentiam eius. Sentite de illa in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illam.

LXXXV.

Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me, conuerte vultum tuum & miserere mei. Distillatio dulcoris oblectat animas Sanctorum, & infusio charitatis tuæ super mel dulcissimum. Irradiatio gratiæ tuæ dilacidat intellectum, & lux miserationum perducit ad salutem. Fons bonitatis tuæ inebriat sitientes, & aspectus faciei tuæ retrahit à peccato. Scire & cognoscere te, est radix immortalitatis & enarrare virtutes tuas, est via salutaris.

LXXXVI.

Fundamenta vitæ in anima iusti, perseverare in charitate tua vsque in finem. Gratia tua releuat pauperem in aduersitate & inuocatio tui

nominis immittit ei confidentiam bonam. Miserationib. tuis repletur Paradyus, & à terrore tuo confunditur hostis infernalis. Qui sperat in te, inueniet thesauros pacis, & qui te nō inuocat in hac vita, non perueniet ad regnum Dei. Fac Domina vt viuamus in gratia Spiritus sancti, & perduc animos nostros ad beatum finem.

LXXXVII.

Domina auxiliatrix salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Ingrediatur oratio mea in conspectu tuo, consolare cum facie tua mœstiam meam. Multiplicata sunt mala in anima mea, expurga eam à sordibus & peccatis. Virtus tua persequatur inimicos nostros, ne nos impediât ad salutem. Confer gratiam animæ ad resistendum eis, conforta cor nostrum contra concupiscentias carnis.

LXXXVIII.

Misericordias tuas Domina, in sempiternum decantabo, Vnguento pietatis tuæ medere contritis corde, & oleo misericordiæ tuæ resoue dolores nostros. Gratosus vultus tuus mihi appareat in extremis, formositas faciei tuæ lætificet egredientem spiritum meum. Excita spiritum meum ad amandum bonitatem tuam, excita mentem ad extollendum nobilitatem & preciositatem tuam. Libera me ab omni tribulatione mala, & ab omni peccato custodi animam meam.

LXXXIX.

Domina refugium facta es nobis in cunctis necessitatibus nostris. Diffusio gratiæ tuæ producit operationes sanctas, & stillidium dulcoris tui affectiones facit castissimas. Miserationū tuarum Domina recordabor, sacrificium laudis & carnem lætitiæ psallam tibi. Qui honorant te, coronam perennem pro cinere obtinebunt, & pallium laudis pro spiritu mœroris. Qui sperant in te amictu luminis induentur, gaudium & perpetuam lætitiā sortientur.

XC.

Qui habitat in adiutorio matris Dei, in protectione ipsius commorabitur. Cœcursum hostis non nocebit ei, sagitta volans non tanget eum. Quoniam ipsa liberabit eum de laqueo insidiantis, & sub pennis proteget eum. Clamate ad illam in periculis vestris, & flagellum non appropinquabit tabernaculo vestro. Fructus gratiæ inueniet qui sperauerit in illam, porta Paradyfi referabitur ei.

XCI.

Bonum est confiteri virgini Mariæ, & psallere illi gloriam prosperitatis & mentis, Annunciare merita eius lætificat intellectum, & imitari opera eius, exhilarat Angelos Dei. Qui acquirit gratiam eius, cognoscetur à ciuibus Paradyfi, & qui habuerit characterem nominis eius annotabitur in libro vitæ. Exurge Domina & iudica causam nostram, & ab insurgentibus in nos, libera nos. Ne retrahas à protectione dexteram tuam, & excipe gladio tuo iacula vastationis.

XCII.

Dominus regnauit, decorē induit, matremq; suam ornamento virtutum coronauit. Adimpleat propiciationem suam in nobis mater pacis, & viam æquitatis doceat seruos suos. Qui desideratis sapientiam Christi, seruite matri eius animo reuerenti. Quis sufficiat enarrare opera tua Domina,

Domina, aut quis inuestigabit thesauros misericordiarum tuarum? Sustine deficientes in tentationibus suis, destina illos in sortem veritatis.

XCIII.

Deus vltionum Dominus, sed tu mater misericordiarum, ad miserandum inflectis eum. Magnificencia tua Domina, predicatur in seculum, qui autem colunt te, inuenient viam vitae. Seruite illi reuerentialiter exultantes, & sanabit vos benedictus fructus castissimi ventris illius. Respice Domina humilitatem seruorum tuorum, & laudabunt te in generationibus saeculorum. Magnifica nomen tuum, in multiplicatione gratiarum tuarum, & ne sinas seruos tuos subiacerere periculis.

XCIII.

Venite exultemus Dominae nostrae, iubilemus virgini saluatrici nostrae. Praeoccupemus faciem in iubilatione, & in Canticis collaudemus eam. Venite adoremus & procidamus ante eam, confiteamur illi cum fletibus peccata nostra. Impetra nobis Domina indulgentiam plenam, assiste pro nobis ante tribunal Dei. Suscipe in fine nostro animas nostras, & introduce nos in requiem tuam aeternam.

XCV.

Cantate plenae gratiae canticum nouum, cantate Mariae omnes terrigenae orbis. Quoniam omnes Angelos sanctitate praecellit, & natos mulierum virtutibus mirabilibus & signis. Formositas & gloria in vultu illius, sapientia & gratiae in oculis illius. Afferte illi gloriam patriae Gentium, exultate in ea omnes creaturae Dei. Admirabile commercium habetis per eam, ex quo vocati estis filij Dei excelsi.

XCVI.

Dominus regnauit, exultet Maria, in omni imperio dominationis illius. Adorate eam ciues curiae Paradyssi, exaltate eam virgines speciosae filiae eius. Quoniam eleuata est super principatus & dominationes, exaltata est super Angelorum & Archangelorum legiones. Patriarchae & Prophetae concrepate illi laudem, concentum illi facite Apostoli & martyres Christi. Confessores cum virginibus de canticis Sion, dicite canticum ei, & regratiamini ei Monachi sancti, de acceptis triumphis.

XCVII.

Cantate Dominae nostrae canticum nouum, quia mirabilia fecit, in conspectu Gentium, reuelauit misericordiam suam, in extremis terrae auditum est nomen eius. Recordare Domina pauperum & miserorum, & sustenta eos ope refrigerij sancti tui. Tu autem Domina, suavis & verax, patiens nimis & miseratione plena. Conculca hostes animarum nostrarum & contumaciam eorum elide brachio sancto tuo.

XCVIII.

Dominus regnauit, irascantur populi, Maria super Cherubin sedet a dextris eius. Magna est in Syon gloria tua Domina, & in Hierusalē magnificencia tua. Cantate ante eam chori virginales, & adorate thronum eius, quoniam sanctus est, in dextera eius ignea lex, & in circuitu eius Sanctorum millia. Cantate ei ante oculos eius, & iustitiae regulam in corde illius.

XCIX.

Iubilate Dominae nostrae omnes homines ter-

rae, seruite illi in laetitia, & iucunditate. In toto animo vestro accedite ad illam, & in omni virtute vestra conseruate vias eius. Inuestigare illam & manifestabitur vobis, estote mundi corde, & apprehendetis eam. Quibus auxiliata fueris Domina, erit refrigerium pacis, & quibus auerteris vultum tuum, non erit spes ad salutem. Recordare nostri Domina, & non apprehendent nos mala, succurre nobis in fine, & inueniemus vitam aeternam.

C.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domina, psallam tibi in exultatione cordis cum laetificaueris animam meam. Laudabo nomen tuum & gloriam tuam, & praestabis refrigerium animae meae. Zelatus sum amorem & honorem tuum, ideo defendes causam meam ante iudicem saeculorum. Allectus sum gratia & bonitate tua, oro ne frauder a spe & confidentia bona. Conforta animam meam in nouissimis meis, & in carne ista me fac conspiciere Saluatorem meum.

CI.

Domina exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Non auertas sacrum aspectum tuum a me, neque abomineris me propter immunditiam meam. Ne derelinquas me in comitatu, & in concilio inimicorum meorum, & ne sinas me cadere in exprobrationem eorum pessimam. Qui confidunt in te, non timebunt colubrum tortuosum, & qui exaltant te praconiis, euadent manus acherontis. Per virginalem conceptum tuum, da mihi in te confidentiam bonam, & per admirabilem partum tuum, laetifica animam meam.

CII.

Benedic anima mea matri Iesu Christi, & omnia praecordia mea glorificate nomen eius. Ne obliuiscaris beneficia eius, neque gratias eius, & consolationes illius. Gratia eius peccata relaxatur, & misericordia illius aegritudines reparatur. Benedicite ei omnes virtutes caelorum, glorificate eam chori Apostolorum & Prophetarum. Benedicite ei mare & Insulae Gentium, Hymnum dicite ei caeli & habitationes eorum.

CIII.

Benedic anima mea virgini Mariae, honor enim & magnificencia eius in perpetuum. Formositatem & pulchritudinem induisti, amictus es Domina fulgenti vestimento. De te procedit peccatorum medela, ac pacis disciplina, ac feruor caritatis. Imple nos seruos tuos virtutibus sanctis, & ira Dei non appropinquet nobis. Iucunditatem aeternam da seruitoribus tuis, & noli eos obliuisci in certamine mortis.

CIII.

Confitemini Dominae nostrae, & inuocate nomen eius, cantate ei gloriose enarrantes virtutes eius. Laudate & exaltate virgines filiae Sion, quia desponsabit vobis regem Angelorum. Honorate Reginam plenam omni gratia, & contemplamini cum reuerentia sanctissimum vultum suum. Salus sempiterna in manu tua est Domina, qui te digne honorauerint, suscipient illam. Clemencia tua non deficiet a saeculis aeternis, & misericordia tua a generatione in generationem.

CV.

Confitemini Dominae nostrae, quoniam bona est,

na est, per cunctas tribus terræ enarrate misericordias eius. Longe est impiis conuersatio eius, à mandatis altissimi nõ declinauit pes eius. Fons irriguus gratiæ, procedit de corde illius, & emanatio virginalis, castificans animas sanctas. Spes de gloria Paradisi in corde illius, qui deuoto animo honorauerit illam. Miserere nostri fulgentissima Regina cœli, & præsta consolationem de gratia tua.

CVI.

Confitemini Domino, quoniam bonus, confitemini matri eius, quoniam in sæculum misericordia eius. Innocentiam & viam prudentiæ, ostende nobis Domina, & viam intelligentiæ indica seruis tuis. Timor Dei illustrat intellectum, & amor tuus exhilarat eum. Beatus vir cuius obsequium est gratum tibi, ossa illius impinguebuntur adipe & pinguedine gratiarum. Eloquiũ tuum sustentat animam imbecillem, & labia tua esurientem animam refocillant.

CVII.

Paratum cor meum Domina, paratum cor meum laudes tuas psallere & decantare. Melior est caritas tua cunctis diuitiis, & gratia tua super aurum & lapidem preciosum. Beatitude & iustitia donantur à Domino, qui autem de peccato conuersi fuerint ad te, pœnitentiæ remedium consequentur. Emissiones tuæ gratia & pax, qui autem tibi placuerint, procul fient à perditione. Esto vmbraculum protectionis in tentationibus nostris, expansio alarum tuarum defendet nos à deuorante.

CVIII.

Domina laudem meam ne despexeris, & hoc dedicatum tibi Psalterium digneris acceptare. Respice voluntatem cordis mei, & affectionem meam fac tibi beneplacentem. Propera ad visitandum seruos tuos, sub tegumento manus tuæ illæsi conseruentur. Illuminationem Spiritus sancti per te suscipiant, & refrigerium contra cupiditatis æstum. Medere contritis corde Domina, & refoue eos vnguento pietatis.

CIX.

Dixit Dominus Domine meæ, sede mater mea à dextris meis, Bonitas & Sanctitas placuerunt tibi, ideo regnabis mecum. Corona immortalitatis, in capite sancto tuo, cuius fulgor & claritas non exstinguetur. Miserere mei Domina mater luminis & splendoris, illumina nos Domina veritatis & virtutis. De thesauris infunde nobis sapientiam Dei, & intellectum prudentiæ ac formam disciplinæ.

CX.

Confitebor tibi Domina in toto animo meo, glorificabo te in tota mente mea. Opera gratiæ tuæ commemorabuntur, & testamentum misericordiæ tuæ ante thronum Dei. Per te missa est redemptio à Domino, populus pœnitens habebit spem salutis. Intellectus bonus omnibus honorantibus te, & fors illorum inter Angelos pacis. Gloriosum & admirabile est nomen tuum, qui illud in corde retinent, non expauescent in puncto mortis.

CXI.

Beatus vir, qui timent Dominam, & beatum cor, quod diliget eam, iucundus homo, qui non fatiatur laude tua, & à relatu virtutum tuarum non

fatigatur. Exortum est in corde eius lumen Dei, Spiritus illuminat intelligentiam eius. Disperge Domina gratiam pauperibus tuis. In memoria æterna fiant per te nomina nostra, ab auditu terribili non trepidet cor nostrum.

CXII.

Laudate pueri matrem Dei, glorificate senes nomen eius. Benedicta sit Maria mater Christi, ipsa enim est via ad patriam salutis. Excelsus super Cherubin thronus eius, & sedes eius super cardines cœli. Super humiles vultus eius, & super confidentes in ea aspectus illius. Misericordia eius super omnem carnem, & elemosyna illius vsque ad extremum terræ.

CXIII.

In exitu animæ meæ de hoc mundo, occurre illi, & suscipe illam, consolare illam vultu tuo sancto, aspectus dæmonis non conturbet eam. Esto illi scala ad regnum cœlorum, & iter rectum ad Paradysum. Impetra ei à patre indulgentiam pacis, & sedem lucis inter seruos tuos. Sustine deuotos ante tribunal Christi, suscipe causam eorum in manibus tuis.

CXIII.

Dilexi matrem Dei Domini mei, & lux miserationum eius infulsit mihi. Circumdederunt me dolores mortis, & visitatio illius lætificauit me, dolorem & periculum incurri, & recreatus sum gratia illius. Nomen eius & memoriale illius sit in medio cordis nostri, & non nocebit nobis iustus malignantis. Conuertere anima mea in laudem ipsius, & inuenies refrigerium in nouissimis tuis.

CXV.

Credidi propter quod locutus sum, laudem & gloriam tuam Domina orbi terræ. Compatere animæ meæ, & dilige illam, & beneplacitum tuum insinuare ei. Statue illi testamentum dilectionis & pacis tuæ, & præbe illi iugem memoriam nominis tui. De benedictione ventris tui da mihi sustentationem, & de pinguedine gratiæ tuæ dulcora animam meam. Dirumpe vincula peccatorum meorum, & de virtutibus tuis exorna faciem animæ tuæ.

CXVI.

Laudate Dominam nostram omnes gentes, glorificate eam omnes populi. Quoniam confirmata est super nos gratia & misericordia eius, & virtus illius permanet in seculum. Qui digne coluerit illam iustificabitur, qui autem neglexerit illam, morietur in peccatis suis. Labia Angelorum enarrabunt sapientiam eius, & omnes ciues Paradysi cantabunt ei laudem. Bono animo accedentes ad illam, non capientur ab Angelo deuaftante.

CXVII.

Confitemini Domino quoniam bonus, confitemini matri eius, quoniam in seculum misericordia eius. Amor illius expellit peccatum à corde, & gratia illius expiat conscientiam peccatorum. Via veniendi ad Christum, est appropinquare ad illam, qui autem fugerit eam, non inueniet viam pacis. Qui obduratus est in peccatis sæpe inuocet illam, & lux in suis tenebris orietur. Qui tristatur in corde suo, clamet ad illam, & dulcoranti stillicidio inebriabitur.

CXVIII.

Beati immaculati in via, qui matrem Domini imitantur. Beati imitatores humilitatis illius. Beati participes caritatis. Beati perscrutatores virtutum illius. Beati conformes imagini cordis illius. Beati qui conceptum & partum illius venerantur. Beati qui deuote ei famulantur. Beati qui in ea habent spem & confidentiam. Beati qui per illam suscipiunt felicitatem æternam.

Retribuere seruo tuo Domina, viuifica me, & faciam voluntatem tuam. Incola ego sum in terra, nihil abscondas mihi de amore tuo. Concupiuit anima mea laudes tuas desiderare omni tempore. Tu enim salus mea in Domino, quæ me morti adiudicatum liberaisti. Quid pro his retribuam tibi, nisi me totum, Domina suscipe me.

Legem pone mihi Domina voluntatis tuæ sanctarum sanctissima, & exquiram eam semper. Dede me in semitam miserationum tuarum mulierum pulcherrima, quia ipsam volui. Inclina animam meam ad supernorum amorem Domina, & non in impudicitiam. Ecce concupiui castimoniam tuam Domine à iuuentute mea, in misericordia tua confirma me. Et obseruabo viam testimoniorum tuorum in seculum, & scrutabor mandata filij tui, quæ dilexi.

Memor esto verbi tui dominarum primiceria in quo mihi spem dedisti. Hæc in tempestatum fluctibus potenter tenuit me, quia eloquium tuum viuificauit me. Circumdederunt me viri mendaces, & congregata sunt super me flagella, & ecce manus tua eripuit me. Communicauit in bonis omnibus honorantibus te, & custodientibus obnixè mandata tua. Miserationibus tuis plena est omnis terra, ideo viam iustificationum tuarum exquisiui.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domina, de quo lætantur Angeli Dei. Disciplinam morum tuorum, & æquitatem tuam doce me, quia verbis tuis præ cunctis credidi. Bonum mihi, quia onere tuo humiliasti me, vt sequar conuersationem tuam. Qui amant seruientes tibi, venerabuntur, qui autem abominatus fuerit eos, ruet in interitum. Veniant mihi semper guttæ clementiæ tuæ desuper, & viam, quia lex tua sancta meditatio mea est.

Defecit in semitis tuis anima mea Domina, & nisi misratio tua magna esset, periissem vtique in infirmitatibus meis. Defecerunt oculi mei in contemplatione tua velut vter in pruina ad te visa est anima mea. Secundum bonitatem tuam viuificasti me, & non obliuiscar sermones tuos, quia tibi adhærere bonum est. Dispositione tua mundus perseuerat, quem tu cum Deo fundasti ab initio. Tuus totus ego sum, Domina saluum me fac, quoniam desiderabiles erant laudes tuæ in tempore peregrinationis meæ.

Quomodo dilexi legem tuam Domina, quia testimonia tua in conspectu meo semper. Suauitatum tuarum affluentia cor meum alienauit à me & caro mea mirabiliter exultauit in te. Quam dulcia peccatoribus eloquia tua Domina, super omnem melodiam refectio tua dulcis ori meo. Illuminatio gressibus meis verbum tuum, & lumen infallibile semitis meis. Quoties exasperauerunt in me peccatores inferni, quia à caritate tua declinare nolui, ego autem in te speraui Domina.

Iniquos odio habui, & viam tuam dilexi Do-

mina. Adiuua me, & saluus ero Domina mundi, meditabor honorificentiam mandatorum tuorum. Fac me semper stare in timore tuo, & non tradas me virgo calumniantibus me. Vernaculus tuus sum ego minimus in domo tua. Custodi me Domina à negligentibus iudicia iustitiæ tuæ. Contemnis omnes discedentes à seruitio tuo, quia iniusta est conuersatio eorum.

Mirabilia testimonia tua mater alma, & sermonibus tuis illuminatum est cor meum. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, filie regum collaudent faciem tuam. Ardens verbum labiorum tuorum vehementer, qui ad te properat percipiet illud, vt arundo agitata sum in conspectu tuo, tene me Domina sub iugo tuo, vt non confundar. Seruientes tibi plus aliis inuadunt dracones inferni, sed tu Domina defende nos.

Clamaui in toto corde meo, ad te Domina, de necessitatibus meis clementer eripe me. Vocem gemitus mei exaudi Domina mea, doce me quid acceptum sit apud te omni tempore. Longe à nescientibus te salus, qui autem perstat in obsequio tuo procul fiet à perditione. Misericordia tua irrigat mundum vniuersum, Domina in salutare tuo viuifica me. Initium eloquiorum tuorum veritatis in æternum, & legem tuam immaculatam non sum oblitus.

Principes persecuti sunt me gratis, & ab inuocatione nominis tui trepidauit spiritus malignus. Pax multa obseruantibus amorem tuum mater Dei, & non est illis scandalum. Septenis horis cantauit tibi Domina laudes. Iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Intret oratio mea in conspectu tuo, vt non derelinquam te Domina cunctis diebus vitæ meæ, quoniam omnes vitæ tuæ misericordia & veritas. Concupiscam in æternum te laudare Domina, cum docueris me iustificationes tuas.

CXIX.

Ad beatam Mariam cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Domina libera nos ab omni malo cunctis diebus vitæ nostræ. Contere capita inimicorum nostrorum pede insuperabilis virtutis tuæ. Et exultauit Spiritus tuus in Domino salutari tuo, sic veram digneris infundere lætitiâ cordi nostro. Ad Dominum accede rogatura pro nobis, vt per te nostra peccata deleantur.

CXX.

Leuaui oculos meos ad te, mater Christi, per quam venit solatium omni carni. Auxilium tuum, & gratiam tuam nobis impende in omni tribulatione nostra. Custodi nos Domina iugiter virgo Maria, ne peccatorum laqueo capiamur. Non dormitet neque dormiat pupilla oculi tui, vt tua semper custodia protegatur. Angelorum & hominum te laudat omnis lingua, & ante te omnia genua incuruantur.

CXXI.

Lætatus sum in te regina cæli, quia te duce in domum Domini ibimus. Ierusalem cælestis ciuitas, ad te Maria veniamus. Pacem & indulgentiam virgo nobis impetra, & palmam de hostibus ac triumphum. Conforta & consolare cor nostrum tuæ dulcedine pietatis. Hic Domina tuam in nobis infunde clementiam, vt deuote in Domino moriamur.

Ad te

CXXII.

Ad te leuavi oculos meos regina, quæ regnas in cælis. Adiutorium nostrum in virtute sit nominis tui, per te omnia opera nostra dirigantur. Benedicte sis in cælo & in terra, in mari & omnibus abyssis. Benedicte sit fecunditas tua. Benedicte sit virginitas & mundicia tua. Benedictum sit corpus tuum sanctum. Benedicte sit anima tua sanctissima.

CXXIII.

Nisi quia Domina nostra erat in nobis, inuenissent nos pericula multa. Esto virgo defensatrix nostra, & ante Deum aduocata propicia. Ostende nobis Domina misericordiam tuam, & conforta nos in sancto seruitio tuo. Benedicant te sancti Angeli in cælo. Benedicant te omnes homines super terram. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi, nec ora te canentium obtulerentur.

CXXIII.

Qui confidunt in te mater Dei, non timebunt à facie inimici. Gaudete & exultate omnes, qui diligitis eam, quia adiuuabit vos in die tribulationis nostræ. Reminiscere miserationum tuarum Domina, & releua peregrinationem incolatus nostri. Conuerte amabilem vultum tuum super nos, confunde & destrue omnes inimicos nostros. Benedicte sint omnia opera manuum tuarum Domina. Benedicte sint omnia sancta miracula tua.

CXXV.

In conuertendo, faciem tuam serenissimam super nos, latificabis nos virginea mater Dei. Benedicte sis ô sacrarium Christi, præ cunctis mulieribus super terram. Benedictum sit gloriosum nomen tuum, quod os Domini mirabiliter nominauit. Non deficiat laus tua de labiis nostris, nec caritas tua de præcordiis nostris. Qui te diligunt benedicantur à Domino, & qui te volunt diligere non defraudentur à desiderio suo.

CXXVI.

Nisi Domina ædificaueris domum cordis nostri, non permanebit ædificium eius. Ædifica nos gratia & virtute tua, vt maneamus tibi in perpetuum. Benedictum sit eloquium sanctum tuum & benedicte sint omnia verba oris tui. Benedicantur à Deo, qui te benedicunt, & in iustorum numero computentur. Benedic Domina te benedicentes, & ne vnquam auertas ab eis gloriosum vultum tuum.

CXXVII.

Beati omnes qui timent te Domina nostra, & beati omnes, qui sciunt facere beneplacitum tuum. Benedicti sunt pater & mater, qui te genuerunt, quorum memoria permanebit in seculum. Beatus est venter, qui te portauit, & beata vbera, quæ te lactauerunt. Conuerte misericordiam tuam super nos, & deprecabilis esto super seruos tuos. Intuere & respice opprobrium nostrum, aufer cunctas iniquitates nostras.

CXXVIII.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea inimici mei, libera me Domina, & vindica me ab ipsis. Ne des illis potestatem in animam meam, custodi omnia interiora & exteriora mea. Obtrine nobis veniam peccatorum, & per te Spiritus

sancti gratia nobis detur. Fac nos dignè & laudabiliter pœnitere, vt beato fine ad Deum veniamus. Placatum tunc & serenissimum nobis ostende gloriosum fructum ventris tui.

CXXIX.

De profundis clamaui ad te Domina, Domina exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in vocem laudis, & glorificationis tuæ. Libera me de manu aduersariorum meorum. Confunde & destrue ingenia & conatus contra me. Erue me in die mala, & in die mortis ne obliuiscaris animæ meæ. Deduc me ad portum salutis, & inter iustos scribatur nomen meum.

CXXX.

Domina non est exaltatum cor tuum, neque sublimati sunt oculi tui. Benedixit te Dominus in virtute sua, qui per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedictus sit, qui tibi obumbravit, & sua gratia qui te fecundauit. Benedictus sit, qui te sanctificauit, & mundam de matris vtero te produxit. Benedic nos Domina, & conforta nos in gratia tua, vt per te ante conspectum Domini presentemur.

CXXXI.

Memento Domina Dauid, & omnium inuocantium nomen tuum. Da nobis in nomine tuo fiducia, vt confundantur aduersarij nostri. Consolare nos in terra peregrinationis nostræ, & releua paupertatem nostram. Da nobis panem lachrymarum virgo sancta, & dolorem peccatorum in terra incolatus nostri. Redde nobis propitium benedictum fructum ventris tui, vt Spiritus sancti gratia repleamur.

CXXXII.

Ecce quam bonum & quam iucundum Maria diligere nomen tuum. Vnguentum effusum & odor aromatum nomen tuum diligentibus ipsum. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domina, quam præparasti diligentibus & sperantibus in te. Esto refugium pauperum in tribulatione, & baculus miserorum. Inueniant quæso gratiam apud Deum, qui te in suis necessitatibus inuocabunt.

CXXXIII.

Ecce nunc benedicite Dominam; omnes qui speratis in nomine sancto eius. Gaudete gaudio magno, qui exultatis & glorificatis eam: quia satiabimini ab vberibus consolationis eius. Ecce enim iucundante vbertate declinabit in vobis ad consolandum & latificandum corda vestra. Benedicite illam omnes serui eius, nomen eius, & memoriale sit in desiderio animæ vestræ. Benedicite illam omnes angeli & sancti Dei, laudate in secula mirabilia eius.

CXXXIII.

Laudate nomen Domini, benedicite nomen matris Christi. Mariæ precamina frequentate, & suscitabit vobis voluptates æternas. In anima contrita veniamus ad illam, & non stimulat nos cupiditas peccati. Qui cogitat de illa in tranquillitate mentis inuenit dulcorem & requiem pacis. Respiremus ad illam in finitione nostra, & reserabit nobis atria triumphantium.

CXXXV.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam per Mariam datur misericordia eius. Impetra nobis Domina amicitiam Iesu Christi, &

custodine perdamus innocentiam nostrā. Comprimē hostem nostrum imperio tuo, ne feriat in nobis virtutem caritatis. Bona naturalia conserva in nobis, & bona gratiæ per te multiplicentur. Illumina vias & semitas nostras, vt noscamus, quæ placita sunt Deo.

CXXXVI.

Super flumina Babylonis fleuerunt Hebræi, nos verò super iniquitates nostras lugeamus. Clamemus humiles ad puerperam virginem, offeramus ei planctus & suspiria nostra. Non inuenietur propiciatio sine illa, nec salus sine fructu illius. Per illam peccata purgatur, & per fructum illius animæ dealbantur. Per illam fit vera satisfactio de peccatis, per fructum illius sanitas animæ condonatur.

CXXXVII.

Confitebor tibi Domina in toto corde meo, quia per te expertus sum clementiam Iesu Christi. Audi Domina verba mea, & preces meas & in conspectu Angelorum cantabo tibi laudes. In quacunque die inuocauero, exaudi me, & multiplica virtutem in anima mea, consiteantur tibi omnes tribus & linguæ, quia per te salus restituta est nobis. Ab omni perturbatione libera seruos tuos, & fac eos viuere sub pace & protectione tua.

CXXXVIII.

Domina probasti me & cognouisti me, tu cognouisti ruinam & transgressionem meam. Copiosa facta est super me misericordia tua, & dilatata est super me clementia tua. Imperfectum meum aspexit oculus tuus, & palpebræ tuæ nouerunt vias meas. Effluentiam desiderij sancti habeamus à Spiritu S. & macula peccati non deturbet conscientiam nostram. Serenecorda nostra lux misericordiæ tuæ, & recreet nos tuæ pacis dulcedo.

CXXXIX.

Eripe me Domina ab omni malo, & ab hoste inferni defende me, contra me tetendit arcum suum, & in fraude sua insidiatur mihi. Confringe vires eius malignas, & obtunde potenter astutiam eius. Conuertere iniquitatem ipsius in verticem illius, & in foueam quam fecit, corruat festinanter. Nos autem exultemus in seruitio tuo, & in tuis laudibus gloriemur.

CXL.

Domina clamaui ad te, exaudi me, intende orationi meæ, & postulationi meæ. Dirigatur obsecratio mea vel incensum coram facie tua, in tempore serotini sacrificij & matutini. Non declinet cor meum in verbis malignantibus, & nequitia cogitatus subuertant sensum meum. Fac me assentire beneplacito cordis tui, & tuis actionibus conformari. Radio intelligentiæ reuerbera cor meum, & igniculo caritatis inflamma.

CXLI.

Voce mea ad Dominā clamaui, ipsam quam humiliter deprecatus sum. Effudi in conspectu eius lachrymam meam, & dolorem meum sibi exposui. Insidiatur hostis calcaneo meo, extendit contra me suam rete. Adiuua me Domina ne corruam coram eo, fac vt conteratur sub pedibus meis. Educ de carne animam meam, vt confiteatur tibi & psallet Domino Deo forti in perpetuum.

CXLII.

Domina exaudi orationem meam, percipe tuis auribus supplicationem meam. Persecutus est malignus vitam meam, deposuit in terra conuersationem meam. Denigrauit me caligine sua, & anxiatus est nimis Spiritus meus. Ne auertas faciem tuam à me, vt non corruam cum descendentibus in lacum. Emitte lucem tuam, & gratiam tuam, & repara denuò vitam & conscientiam meam.

CXLIII.

Benedicta sis Domina, quæ instruis seruos tuos ad prælium, & eos roboras contra inimicum. Fulgure & coruscatione dissipillum. Mitte iacula tua, vt confundas illum. Glorifica de alto manum tuam, vt content serui tui laudem & gloriam tuam. Eleua de terrenis affectionem nostram, de sempiternis deliciis refice viscera nostra. Concupiscentiam supernorum accende in cordibus nostris & de gaudiis Paradyfi velis nos recreare.

CXLIIII.

Exaltabo te mater filij Dei, & per singulos dies cantabo laudes tuas. Generatio & populi laudabunt opera tua, & misericordiam tuam Insulæ expectabunt. Abundantiam dulcoris tui Angeli eructabunt, & de suauitate tua Sancti pronuntiabunt. Oculi nostri in te sperant Domina, mitte nobis cibum & escam delectantem. Laudationem tuam loquetur lingua mea, & benedicam te in seculum seculi.

CXLV.

Lauda anima mea Dominam, glorificabo eam, quam diu vixero. Nolite cessare à laudibus illius, & per singula momenta recogitate illam. Cum exierit Spiritus meus Domina sit tibi commendatus, & in terra ignota præsta illi ducatum. Non cõturbent eum culpæ prius commissa, nec inquietent ipsum cursus malignantis. Perduc eum ad portum salutarem, vt præstoletur securè aduentum redemptoris.

CXLVI.

Laudate Dominam, quoniam bonus est psalmus, iucunda & decora sit illi nostra laudatio. Ipsa enim medetur contritis corde, & refouet eos vnguento pietatis. Magna est virtus illius & gratia illius, & clementia eius nullum habebit finem. Præcinite ei in iubilatione, & in confessione Psalmum canite illi. Beneplacitum est ei super timentes Deum, & in eis qui sperant de misericordia eius.

CXLVII.

Lauda Ierusalem Dominam, glorifica etiam illam ô Syon. Ipsa enim construit muros tuos, & filios tuos benedicit. Gratia sua te impinguat, pacemq; donat terminis tuis. Leuemus corda nostra cum manibus ad illam, vt suam influentiam sentiamus. Glorificemus omnes misericordias eius, & benedicamus omnes bonitates illius.

CXLVIII.

Laudate Dominam nostram de cœlis, glorificate eam in excelsis. Laudate eam homines & iumenta, volucres & pisces maris. Laudate eam Sol & Luna, stellæ & circuli Planetarum. Laudate eam Cherubin & Seraphin, throni, dominationes & potestates. Laudate eam omnes legiones

nes

nes Angelorum. Laudate eam omnes ordines Spirituum supernorum.

CXLIX.

Cantate Domine nostrae canticum nouum, laus eius in congregatione iustorum. Latentur caeli de gloria eius, insulae maris & totus orbis. Aqua & ignis laudent eam, frigus & aestus, splendor & lumen. Exaltationes eius in guttate iustorum, & laudes eius in caetu triumphantium. Ciuitas Dei iucundare in illa, & pro incolis tuis, frequenta illi carmen.

CL.

Laudate Dominam in sanctis eius, laudate eam in virtutibus & miraculis eius. Laudate eam coetus Apostolorum. Laudate eam chori Patriarcharum & Prophetarum. Laudate eam exercitus martyrum, laudate eam turmae Doctorum & confessorum. Laudate eam collegia virginum & continentium. Laudate eam ordines Anachoritarum & Monachorum. Laudate eam conuentus omnium religiosorum. Laudate eam omnes animae ciuium supernorum: omnis spiritus laudet Dominam nostram.

SE Q V V N T V R A L I -
Q V O T C A N T I C A P R O -
p h e t a r u m .



CONFITEBOR tibi Domina, quoniam per te placatus est mihi Dominus, & consolata es me. Ecce Domina saluatrice mea fiducialiter agam in te, & non timebo. Quia fortitudo mea, & laus mea in Domino es tu, & facta es mihi in salutem. Hauriam aquas in gaudio de riuulo tuo, & semper inuocabo nomen tuum. Notas facite in populis virtutes Domine nostrae, quia excelsum est valde nomen eius. Exulta & lauda totum genus humanum, quia talem dedit tibi mediatricem Dominus Deus tuus.

Ego dixi circa dimidium dierum meorum, vadam ad Mariam, vt me Christo reconciliet. Quasi residuum annorum meorum in amaritudine animae meae. Generatio mea ablata est, quia pater & mater, & amici dereliquerunt me: Maria autem assumpsit me. Sperabo in illam manum, sero, meridie, quasi Leo contriuit omnia ossa peccatorum meorum. Et tu Domina eruisti animam meam vt non periret, & de manu canis vnicam meam. Domina saluum me fac, & laudem tuam cantabo cunctis diebus vitae meae, o pia mater Domini mei.

Exultauit cor meum in Domino, & exultatum est cor meum in Domina mea. Quia fecit mihi magna, qui potens est, per Mariam matrem eius. Non est sancta vt est Domina nostra, quae sola supergressa est vniuersas. Recedant ergo vetera de ore vestro, & linguis loquamur nouis. Exulta & lauda Mariam Syon & Ierusalem, quia maxima in dominabus Israel. Ipsa pauperem facit & ditat, humiliat & sublimat: Altior caelo, terra latior, stellis purior est haec Domina nostra.

Cantemus Domine nostrae gloriosae virgini Mariae, in Hymnis & confessionibus benedicamus eam, Domina nostra omnipotens, post Deum nomen eius, currus Pharaonis & exercitum eius

proiecit in mare, Dexteram tua Domina, magnificata est in fortitudine, quia in multitudine misericordiae tuae, straxisti aduersarios meos. De ore leonis liberaisti me Domina, & tanquam infantem genitum mater suscepisti me. O Domina carissima mea, velut pullum gallinae tege me mirabili possessione tua. Tuus totus ego sum, & omnia mea tua sunt, virgo super omnes benedicta. Ponam te sicut signaculum super cor meum, quia fortis est vt mors dilectio tua.

Domina audiui auditionem tuam, & obstupui, consideravi opera tua & expaui. Domina mea opus tuum circa medium annorum viuificasti illud. Confitebor tibi Domina, quia abscondisti haec a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Operuit caelos gloria tua, & misericordiae tuae plena est terra. Egressa es virgo in salutem populi, in salutem cum Christo tuo. Obenedita, in manibus tuis reposita est salus nostra, recordare pia paupertatis nostrae. Quem vis ipse saluus erit, a quo auertis vultum tuum, vadit in interitum.

Audite caeli quae loquar de Maria; audiat terra verba oris mei. Magnificate ipsam semper mecum, & exaltate nomen eius in seculum seculi. Generatio praua atq; peruersa, agnosce Dominam nostram saluatricem tuam. Nunquid ipsa non est mater tua, quae possedit & in fide genuit te? Si hanc dimittis, non es amicus summi Caesaris, quia ipse sine ea non saluabit te. Vtinam scires & intelligeres, ac nouissima prouideres. Quemadmodum infans sine nutrice non potest viuere, ita nec sine Domina nostra posset habere salutem. Siciat ergo anima tua ad ipsam, tene eam, nec dimitte, donec benedixerit te. Repleatur os tuum laude eius, decanta tota die magnitudinem eius.

Benedicite omnia opera Domini Domine gloriosae, laudate & superexaltate eam in secula. Benedicite Angeli Domine vestrae, benedicite caeli Domine nostrae. Benedicat omnis creatura Dominam nostram, quam Rex voluit sic benedici. Benedicta sis o summi Regis filia, quae odore praes cuncta lilia. Benedicta sis corona dominarum omnium, benedicta sis gloria Ierusalem, Odor tuus sicut agri pleni, cui benedixit Dominus. Qui in benedicentes te redundabit, irrigans omnia intima eorum. Qui benedixerit te o virgo beata, sit ille iugiter benedictus. Qui maledixerit tibi rosa candidissima, sit ille maledictus. Non recedat de domo seruorum tuorum vini & olei abundantia. In nomine tuo omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum. Benedicamus Deum qui te creauit, benedictus uterque parens, qui te genuit. Benedicta sis Domina in caelo & in terra, laudabilis & gloriosa, & superexaltata in secula: Amen.

Benedicta sis Domina & mater Dei mei Israel qui per te visitauit & fecit redemptionem plebis suae. Et erexit vnicornu salutaris castitatis tuae in domo Dauid pueri sui, sicut locutus est per os Esae, & aliorum sanctorum Prophetarum eius. Salutem ex inimicis praesta, virginum virgo, & de manu omnium, qui nos oderunt, pacem nobis tribue. Et fac misericordiam pro parentibus & nobis, vt memor sis testamenti omnipotentis Dei, quod iurauit ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Sic sine timore de

manu inimicorum nostrorum liberati, quietè seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram te omnibus diebus nostris. Et tu Maria prophetissa Dei vocaberis, quoniam nosti, quod respexit humilitatem ancillae tuae. Per quam dedit scientiam salutis plebi eius in remissione peccatorum eorum. Per viscera multitudinis misericordiae tuae visita nos stella matutina oriens ex alto. Illumina tenebras sedentium in umbra mortis, & eas luce dilectissimi filij tui digneris instellare. Miserere, misericordiae mater, nobis miseris peccatoribus, qui retrò acta peccata poenitere negligimus, & multa quotidie poenitenda committimus.

Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est vt teneat de Maria firmam fidem: Quam nisi quisque integram inuolatamque seruauerit, absque dubio in aeternum peribit. Quoniam ipsa sola virgo manens peperit, sola cunctas haereses interemit. Confundatur & erubescat Hebraeus, qui dicit Christum ex Ioseph esse natum. Confundatur Manichaeus, qui Christum fictum dicit habere corpus. Palliat omnis, qui hoc ipsum aliunde, non de Maria dicit assumpsisse. Idem namque filius, qui est patris in diuinis vnigenitus, est & verus vnigenitus Mariae filius in caelis sine matre, in terra sine patre. Nam sicut anima rationalis, & caro propter vnionem, de homine vere nascitur, ita Deus & homo Christus, de Maria verè generatur, induens carnem de carne virginis: quia sic humanum genus redimi congruebat. Qui secundum diuinitatem aequalis patri, secundum humanitatem verò minor patre. Conceptus est in utero Mariae virginis, Angelo annunciante de Spiritu sancto: non tamen Spiritus sanctus pater eius est. Genitus in mundum sine poena carnis virginis Matris: quia sine carnis delectatione conceptus. Quem lactauit mater vberibus de caelo pleno, quam circumstant Angeli obstetricum vice, nuntiantes pastoribus gaudium magnum. Hic à Magis muneribus adoratus, ab Herode in Aegyptum fugatus, à Ioanne in Iordane baptizatus, traditus, captus, flagellatus, crucifixus, mortuus & sepultus, cum gloria resurrexit, ad caelos ascendit, Spiritum sanctum in discipulos & in matrem misit, quam demum in caelum ipse assumpsit, & sedet ad dexteram filij, non cessans pro nobis filium exorare. Haec est fides de Maria matre virgine, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit, &c.

Te matrem Dei laudamus, te Mariam virginem confitemur, Te aeterni patris sponsam omnis terra veneratur, Tibi omnes angeli & Archangeli, tibi throni, potestates & principatus, fideliter seruiunt. Tibi omnes virtutes caeli caelorum & vniuersae dominationes obediunt.

Tibi omnes chori, tibi Cherubin & Seraphin, exultanter assistunt. Tibi omnis Angelica creatura, incessabili voce proclamant: Sancta, Sancta, Sancta Maria Dei genitrix, mater & virgo. Pleni sunt caeli & terra, & mare, maiestatis gloriae fructus ventris tui. Te gloriosus Apostolorum chorus, sui creatoris matrem collaudat. Te beatorum martyrum coetus candidatus genitricem glorificat. Te gloriosus confessorum exercitus, Trinitatis templum appellat. Te sacrarum virginum chorea amabilis, virginitatis & humilitatis exemplum praedicat. Te tota caelestis curia, caelorum Reginam honorat. Te per vniuersum or-

bem, Ecclesia sancta inuocanda celebrat. Matrem diuinam maiestatis. Te venerandam, te veram Regis caelestis puerperam. Sanctam quoque dulcem ac piam. Tu Angelorum Domina, tu Paradysi ianua. Tu scala regni caelestis & gloriae, tu thalamus, & tu arca pietatis & gratiae. Tu vena misericordiae. Tu sponsa & mater Regis aeterni. Tu templum & sacrarium Spiritus sancti, totius Trinitatis beatissimae nobile triclinium. Tu mediatrix Dei & hominum, amatrix mortalium, reparatrix caelestium, illuminatrix fidelium. Tu agonisatrix pugnantium, aduocata pauperum, miseratrix & refugium peccatorum. Tu erogatrix munerum, superatrix & terror Daemonum superborum. Tu mundi Domina, caeli Regina, post Deum sola spes nostra. Tu salus te inuocantium, portus naufragantium, miserorum solatium, pereuntium refugium. Tu mater omnium beatorum, gaudium plenum post Deum, omnium supernorum ciuium solatium. Tu promotrix iustorum, congregatrix errantium, promissio Patriarcharum. Tu veritas Prophetarum, praeconium & doctrix Apostolorum. Magistra Evangelistarum. Tu fortitudo martyrum, exemplar confessorum, honor & festiuitas virginum. Tu ad liberandum exulem hominem, filium Dei susceperisti in utero. Per te expugnato hoste antiquo, sunt aperta fidelibus regna caelorum. Tu cum filio sedes in gloria patris. Tu ipsum pro nobis roga virgo Maria, quem nos ad iudicandum credimus esse venturum. Te ergo poscimus nobis tuis famulis lubueni, qui precioso sanguine filij tui redempti sumus. Aeterna fac pia virgo, cum Sanctis tuis nos gloria munerari. Saluum fac populum tuum Domina, & vt simus participes hereditatis filij tui. Et rege nos & custodi nos in aeternum. Per singulos dies o pia te salutamus. Et laudare te cupimus vsque in aeternum mente & voce. Dignare dulcis Maria, nunc & semper sine delicto nos conseruare. Miserere pia nobis miserere nobis. Fiat misericordia tua magna nobiscum, quia in te virgo Maria confidimus. In te Maria speramus, nos defendas in aeternum. Te decet laus, te decet imperium, tibi virtus & gloria, in secula seculorum, Amen.

Magnificat anima mea Dominam Mariam. A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Mariae. Renuit consolari anima mea, memor fui Mariae, & delectata & exercitata sum, & defecit spiritus meus. Ideo dilexi Mariam, super aurum & topazion. Accedite ad Mariam, & illuminamini, & facies vestrae non confundantur, &c.

Nunc dimittis ancillam Mariae Domine in pace, quia viderunt oculi mei salutare Mariae, quod paraisti ante faciem omnium populorum. Lumine ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuae Israel, &c.

INCIPIT LITANIA

M A R I A E.

KYrie eleyson. Christe eleyson. Christe audi nos.

Pater de caelis, Mariae gloriosus conditor, Miserere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, Mariae fecundator, Miserere nobis.

Spi-

Spiritus sancte Deus, mirabilis obumbrator,
Miserere nobis.

Sancta Trinitas, vnus Deus, quæ Mariam glori-
ficas, Miserere nobis.

Quæ totum orbem illumi-
nas,
Quæ tuos seruentes exal-
tas,
Quæ pro peccatoribus sup-
plicas,
Illuminatrix cordium,
Fons misericordiæ,
Flumen sapientiæ,
Splendor sanctæ Ecclesiæ,
Ab Angelo salutata,
Per Spiritum sanctum ob-
umbrata.
In cœlis glorificata,
Rosa veris gratiosa,
Vitis frondens generosa.
Virgo dulcis & speciosa,
A Deo patre sponsa electa,
Dei verbo mater præelecta,
A Spiritu sancto virgo pro-
tecta,
Quæ Deum in utero conce-
pisti,
Quæ Dominum in tuo vte-
ro humanasti.
Quæ Dominum & homi-
nem peperisti,
Virgo virginum signifera,
Virga Iesse Christifera,
Arbor vitæ fructifera,
Fœminarum pulcherrima,
Humilium humilima,
Sacrarum sanctissima,
Super omnes diligentius a-
manda,
Super omnes reuerentius
celebranda,
Super omnes excellentius
magnificanda,
Mater conditoris,
Mater redemptoris,
Mater saluatoris,
Mater mundo desiderabilis,
Mater inferis terribilis,
Mater terribilis.
Virgo plena gratia.
Virgo plena clementia,
Pia fundens solatia,
Flos & decor virginalis,
Fluuus sapientialis,
Splendor & lux Orientalis,
Virtutum cœli Regina,
Domus Dei cypressina,
Fenestra cœli cristallina,
Perpetuæ lucis aurora,
Virgo pulchra & decora,
Melodia dulcis & sonora,
Deliciarum Dei dapifera,
Cœlestis cuius pincerna,
Piacidū deitatis vmbra-
culū,
Paradisī porta peruia,
Purissimum cœlestis gratiæ
vasculum,

San-
cta
Mar.

Ora pro
nobis.

Dignum Christi cœnacu-
lum,
Virgo virginum, noua ex-
ultatio,
Mulierum I. benedictio,
Miserorum pia consolatio,
Vera salus & beatitudo,
Charitatis magnitudo,
Pietatis latitudo,
Mater orphanorum,
Mammilla paruulorum,
Consolatio afflictorum,
Nobilis Regina cœlorum,
Cui Angeli obediunt & ob-
sequuntur,
Cui Sancti & Sanctæ con-
gaudent & congratulan-
tur,
Quam omnia laudant & ve-
nerantur,

Propicia esto, parce nobis Do-
mina.

Propicia esto, Libera nos Do-
mina.

Ab omni malo,
Ab omni mala tentatione,
Ab ira Dei & indignatione,
A periclitatione & desperatione,

Libera nos
Domina.

A superbia præcipitante,
A luxuria deturbante,
Ab avaritia deuastante,
A peccato iræ, & inuidia cruci-
ante,
A peccato gulæ & gastrimargiæ
commaculante,
Ab incurſu hostis malignantis,
Per dulcorem & gaudium de Chri-
sti incarnatione.
Per dolorem & angustiam ipsius
passionis,
Per gaudium & lætitiā de eius
ascensione,
Per gaudium & lætitiā de tua
coronatione,
In mortis hora deuastante,
In iudicis stricto examine,
Ab inferni horribili crucia-
mine,

Libera nos
Domina.

Peccatores,

Vt sanctam Ecclesiam piissima
conseruare digneris,
Vt iustis gloriam, peccatoribus
gratiam impetrare digneris,
Vt nauigantibus portum, peregrin-
antibus reditum, infirman-
tibus sanitatem, tribulatis con-
solationem, captiuis liberatio-
nem impetrare digneris,
Vt famulos & famulas tuas, tibi
deuote seruentes, consolari di-
gneris,

Te roga-
mus audi
nos.

Vt cunctum populum Chri-

4 stianum;

stianum, filij tui precioso sanguine redemptum, conseruare digneris.

Vt cunctis fidelibus defunctis æternam requiem impetrare digneris.

Vt nos exaudire digneris,

Mater Dei,

Filia Dei,

Sponsa Dei,

Mater charissima, Domina nostra miserere, & dona nobis perpetuam pacem.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster, &c. Et ne nos inducas, &c. Sed libera, &c.

Ego dixi, Domina miserere mei, sana animam meam, quia peccaui coram facie tua. Conuerte misericordiam tuam super nos, & deprecabilis esto super seruos tuos. Ostende nobis potentiam tuam contra inimicos nostros, vt sanctificeris in nationibus procul. Miserere seruorum tuorum, super quos inuocatum est nomen tuum, & ne sinas angustiari eos in tentationibus suis. Ne proicias nos in tempore mortis nostræ, & succurre animæ meæ, cum deseruerit corpus suum. Educ de carcere animam meam, vt confiteatur tibi, & psallat Domino meo forti in perpetuum. Esto nobis Domina turris fortitudinis, & petra durissima conterens inimicum. Adiuua me Domina, ne corruam coram eo, fac, vt conteratur sub pedibus meis. Exaudi orationem meam Domina, & deprecationem meam, vt contabescant aduersarij mei. Domina exaudi orationem meam, & clamorem, &c.

COLLECTA.

Omnipotens, sempiternus Deus, qui pro nobis de castissima virgine nasci dignatus es, fac nos, quæsumus, tibi casto corpore seruire & humili mente placere. Oramus & te piissima virgo regina mundi & Angelorum, vt eis, quos purgatorius examinat ignis, impetres refrigerium, peccatoribus indulgentiam, iustis in bono perseverantiam, & nos fragiles ab instantibus defende periculis, per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Hæc ex impresso publico exemplari descripta sunt, & existimassem sanè Pontificios, in tanta verbi Dei luce, quæ his temporibus, oculis ipsorum, ipsius inuitis sæpius se ingerit, nec velle, nec audere, tam crassam idolomaniam excusare, multò minus defendere. Sed ecce anno superiori editur, à Martino Isengrino fabula, quam ex Angelis Satanæ quidam in obsessa puellula, exorcista Canisio, saltauit, vbi cum alia argumenta desint, ab autoritate, ex ipsius scilicet Diaboli testimonio, inuocatio Sanctorum probatur & confirmatur. Narrat enim obsessam quãdam puellam, ex peculiari quadam Mariæ reuelatione, adductam esse ad capellam beatæ virginis in antiqua Oetingen, cumq; Canisio præside Litaniam cantaretur, & inuocaretur misericordia, auxilium & liberatio Dei patris, Filij, & Spiritus sancti, Diabolum nihil fuisse motum, cum verò Lauretana Litaniam de beata Maria (quæ

eiusdem argumenti & sententiæ est, sicut ea, quæ ex Psalterio Mariæ iam descriptimus) incoaretur, tunc demum Satanam cœpisse in obsessam turbari, clamare & furere. Mox verò Canisium, ligneam antiquam & cariosam Mariæ imaginem arreptam, imposuisse capiti puellæ obsessæ, tum verò Diabolum cœpisse exclamare: Ach mulier, quid me calcas, & caput meum conteris? Et quis iam dubitet, ipso scilicet Diabolo teste, Genes. 3. legendum esse, non ipsum semen, sed mulierem contriuisse caput Satanæ & adhuc conculcare. Sequitur autem in Isengrini narratione, quòd Diabolo, cum ipsi à puella obsessa exeundum esset, quasi satisfactionum loco impositum fuerit, vt ipse per obsessam, barbotaret aliquot patres nostros, Auctq; Marias, tanquam rosarium Mariæ, & diabolum, quasi inuitus & coactus illud faceret, cum gemitu & indignatione præfatum: En vos Ioannes non vult inuocare Sanctos, cum tamen nos diaboli inuiti hoc cogamur facere. Cum verò expansis manibus, & flexis genibus, orationem dominicam diabolus supplex & deuotus perorasset, ac iam in salutatione Angelica eò peruenisset (Auc Maria gratia plena) scribit sonora ac deuota voce ipsum diabolum in tertexuisse hanc apostillã, O Maria, gratia & misericordia tua, sit super omnes illos, qui hanc tuam capellam visitant, Ach ora pro omnibus illis. Atque ita diabolum, relicto post se (sicut solet) fœtore exiisse. Hæc possent ad Alatum, tanquam noua confirmatio Psalterij Mariæ addi, nec iniuria, vt ad Sixum & Innocentium, tertius hic testis adiungeretur, ipse scilicet diabolus.

Atque hinc manifestum est, Pontificios quicquid vel simulent vel dissimulent, omninò tamen velle ipsos nervos veteris idolomanie in inuocatione Sanctorum, retinere & in theatrum reducere.

Possent autem multò plura exempla superstitionum preclararum adduci, sed nunc tantum ex iis, quæ publica autoritate in cõmuni Pontificiæ Ecclesiæ praxi, vstitata fuerunt, & adhuc sunt, exempla proferre volui. Inde enim iam status, ad quem refutationes dirigendæ sunt, rectè constitui poterit.

Postremò addam hoc loco sequentiam (vt barbarè vocant) in Concilio Constantiensi decantatam, in honorem atq; inuocationem Mariæ, vt eò minus tergiversari nunc possint Pontificij, quid inuocationibus suis, Sanctis tribuerint. Quod enim vetus Ecclesia spiritui sancto piè tribuit. Veni sancte Spiritus, & emitte cœlitus, lucis tuæ radium: Hoc Constantiense Concilium eodem genere carminis, & eadem melodia, publica inuocatione à Maria petit.

Veni mater gratiæ
Fons misericordiæ
Miseris remedium.
Veni lux Ecclesiæ
Tristibus lætitiæ
Nunc infunde radium.
Tereginam colimus
Tibi laudes canimus
Ex affectu cordium.
Quæ es in angustiis
Et in rebus dubiis

Salus & solatium.
 O stella perfulgida
 Tu dira certamina
 Maris huius reprime.
 Simonis nauicula
 Filij tunicula
 Ne scindantur prohibe.
 Portus nauigantium
 Preces supplicantium
 Filiorum suscipe.
 Consolare fiebles
 Iuua pusillanimes
 Et errantes corrige.
 Quæ Deum hominibus
 Et ima cœlestibus
 Iungis ô puerpera.
 Hæreses interime
 Schismataq; reprime
 Firma pacis fœdera.
 Amen.

tura vita pertinent, quæq; ad externa seu temporalia beneficia pertinent.

V. Disertè Sanctos inuocant, vt donatores & largitores beneficiorum & spiritualium, & corporalium, cum huius, tum futuræ vitæ. Item, vt auxiliares, præseruatores, custodes & liberatores in periculis & malis, tam spiritualibus quam corporalibus. Imò sancti in inuocationibus vocantur refugium, præsidium, tutela, vita & salus nostra, &c.

VI. Docentur homines, in necessitatibus ad Sanctorum gratiam, misericordiam, opem, auxilium & præsidium confugere, atque consolationem, spem & fiduciam in Sanctos collocare.

VII. Sentiant beatos in cœlo singulorum particularia vota, & quidem tacitas cogitationum mentium videre, cognoscere, intelligere, & audire, imò adesse & assistere singulis prædicantibus.

VIII. Singulis Sanctis certæ & peculiare procuraciones commissa finguntur, sicut in præcedentibus ostendimus.

Hos esse neruos & substantiam inuocationis Sanctorum per se notorium est, atq; ex authenticis monumentis, & quidem ex publica praxi Ecclesiæ Pontificiæ, quasi ad oculum iam demonstrauimus. Nec difficile est, de ea iuxta normam & regulam Scripturæ iudicare, modò semper in memoriam sibi reuocet Lector, quid in controuersia positum sit, quando de inuocatione Sanctorum disputatur. Iudico autem explicatione planiorem & expeditiorem reddi, si adhibeatur hæc distributio, vt ostendatur. Primò, quòd inuocatio Sanctorum non sit verbo Dei tradita. Secundò, quòd non sit consentanea doctrinæ de vera inuocatione in Scriptura patefactæ, sed ab ea recedat. Tertio, quòd cum verbo Dei in Scriptura reuelato pugnet.

Quod ad primum attinet, extra controuersiam certum & manifestum est, inuocationem Sanctorum non esse in Scriptura Canonica, vel veteris vel noui Testamenti, expressè traditam, id quòd Eccius in suo Enchiridio disertè fatetur. Coguntur etiam Iesuitæ hoc concedere, licet fidem suam implicitam libenter eò usque extenderent, vt Laici necesse haberent credere, Scripturam etiam ea, quæ prorsus non habet, docere. Sed res manifesta est, sicut per enumerationem ostendi potest. Nulla enim in tota sacra Scriptura sententia extat, quæ doceat inuocationem Sanctorum. Nullum extat mandatum, quòd præcipiat inuocare Sanctos, qui ex hac vita discesserunt. Nulla extat promissio, quòd talis inuocatio Deo sit grata, & efficax, hoc est, quòd exaudiat, & impetret gratiam & auxilium. Nullum extat in Scriptura exemplum, à pijs inuocatos fuisse Sanctos, qui ex hac vita discesserunt. Nulla extat comminatio in Scriptura, nullam exemplum pœnæ contra illos, qui Sanctos non inuocant. Atque idè inuocationem Sanctorum præcipui etiam inter Pontificios, inter ea numerant, quæ sine Scriptura & extra Scripturam recepta sunt. Idè etiam Tridentinum Decretum non Scripturam allegat, sed tantum inueteratum vium, consensionem Patrum, & Conciliorum Decreta, de quibus postea quædam dicemus.

Non leue autem, sed maximi momenti argumentum

DEMONSTRATIO,
 QVOD INVOCATIO SAN-
 CTORUM non sit in verbo Dei tradita, quodq; doctrina de
 vera inuocatione in Scriptura diuinitus pate-
 facta, non sit consentanea,
 sed eirepugnet.



ESTIMONIA & fundamenta Scripturæ, quæ inuocationem illam Sanctorum, qui ex hac vita discesserunt, sicut eam hætenus ex Pontificiorum libris descripsimus, improbant & reiiciunt, non sunt obscura, sed manifestam & firmam præbent refutationem, si modo capita, in quibus Pontificiorum inuocatio consistit, obseruentur. Ex illis autem, quæ in præcedenti capite prolixè ipsis Pontificiorum verbis descripsimus, hæc capita luculenter colliguntur.

I. Sanctos, qui ex hac vita discesserunt, in necessitatibus esse inuocandos, orationem ad illos esse dirigendam, & quidem suo modo adorandos esse, sicut Romanus Catechismus inquit.

II. Quia propter peccata indigni sumus exauditione, beatos in cœlo, suis intercessionibus esse nostros aduocatos & patronos, qui causam nostram apud Deum agant, idque idè, quia Christus vt iudex & iustus, sit durior & rigidior, ad quem mediatorem, aliis nobis opus sit mediatoribus. Sanctos igitur vt magis mites, propitios & misericordes nobis propositos esse, vt ad eorum patrocinia confugiamus, qui nostris calamitatibus quas & ipsi in carne experti sunt, magis afficiantur, atque idè ad suffragandum promptiores sint, quàm Christus.

III. Quia nos meritis idoneis & sufficientibus destituimur, idè Sanctos inuocari, vt merita sua, quæ supererogarunt, nobis applicent, & accommodent, ac ea interponant inter iustitiam Dei, & nostram indignitatem, vt ita digni efficiamur promissionibus Dei.

IV. Docent omnia beneficia, quibus indigemus, beatis in cœlo à Deo collata esse, vt ipsi implorati dent, largiantur & distribuant nobis ea, quæ ad gratiam in hac vita, & ad gloriam in fu-

Quintum.

Septimum.

Septimum.

Octauum.

Distributio
 capitum tra-
 ditionis hu-
 ius.

Inuocatio
 Sanctorum
 non tradita
 in verbo Dei.

Eccius.
 Iesuitæ.

Dicitur seu te-
 stimonia Scri-
 pturæ.
 Mandatum.
 Promissio.

Exemplum.

Comminatio
 vel pœna non
 inuocantium
 Sanctos.
 Inuocatio
 Sanctorum
 sine Scriptu-
 ra recepta est.

Capita præci-
 pua de Papi-
 stica inuoca-
 tione Sancto-
 rum.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

hoc est, propter intercessionem & merita ipsius, petamus nos exaudiri & iuvari. Et affirmat Scriptura intercessionem, & merita ipsius a deo grata & efficacia esse coram Deo, vt propter ea certo affirmet, inuocantes licet indignos exaudiri & iuvari. Ipse etiam mediator iubet nos ad se confugere, Matth. 11. Venite ad me, &c. De hoc mediatore Scriptura affirmat, quod ingrediatur in Sanctum sanctorum, hoc est, in arcanum consilium diuinitatis, cernens pectus aeterni patris, interpellans pro nobis, aspiciens motus, dolores, gemitus & preces cordis nostri, ac perferens ea ad patrem.

Et quid præterea ad certitudinem inuocationis desiderari posset? Ab hac vero regia via, inuocatio Sanctorum discedit, & quasi hic modus inuocationis, quem Scriptura præscribit, non satis sit vel tutus, vel sufficiens, vel certus, vel efficax, vel Deo gratus, alios & quidem varios modos inuocationis Sanctorum miscet, quos vel præfert, sicut ostendimus, vel vbi verecundissime agit, succuriat ad adiungit inuocationi, quæ habet mandata & promissiones diuinas, in Scriptura expressas. Hæ vero opiniones & persuasiones, partim impiæ, partim iniquæ sunt, in verbum, mandata & promissiones diuinas, in Scripturis traditas. Et quæ pœna sit eorum, qui à verbo Dei discedunt, & ei aliquid addunt, denunciatur Apocalyp. 22. De cultibus certe & adoratione Deus inquit, Ierem. 2. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt sibi cisternas, &c. Et Roman. 1. Coluerunt creaturam præter creatorem, hoc est, non tantum creatorem, sed præterea etiam creaturas coluerunt. Ita enim præter usurpatur, 1. Corinth. 3. & Galat. 1. Et Samaritani reprehenduntur, quod & Deum, & præter Deum etiam creaturas adorarint & coluerint, 4. Reg. 17.

Inuocatio igitur Sanctorum, ideo, quia discedit à forma veræ inuocationis, quæ in Scriptura diuinitus est tradita, monstrata & mandata, repudianda est, cum vt gratitudinem nostram erga ingens hoc beneficium Dei, quod doctrinam veræ inuocationis rationi ignotam, in verbo suo nobis patefecit, ostendamus, tum vt à corruptelis veræ inuocationis alienos nos esse, probemus. Diabolus enim inde vsque ab initio generis humani, ad corrumpendam puritatem doctrinæ de inuocatione, variis modis semina sparsit, & semper sparget, in initiis leuioribus quidem, sed ex quibus postea manifesti idololatrici furores sequuntur, sicut exemplis iam ostensum est in historia inuocationis Sanctorum, mox plenius ostendemus.

Quod si inuocatio Sanctorum nihil aliud haberet vitij, tamen periculosum esset, à modo inuocationis, ab ipso Deo, in verbo ipsius præscripto, discedere. Et inter ipsos Pontificios multi agnoscunt, melius, rectius, certius & tutius esse, ipsum Deum in nomine Christi inuocare, quam inuocationem ad Sanctos dirigere. Cur igitur propter incerta ea, quæ certa sunt, relinquimus? aut quare certis incerta vel præferimus, vel certe miscemus? Cum inuocatio maxime debeat religiosa esse, & certo ac firmo fundamento niti. Audiui à viro quodam clarissimo, Georgium Casandrum, qui inuocationem Sanctorum, vt alia quædam Pontificia pingere conabatur, cum in

colloquium hæc de re cum quibusdam venisset, tandem post multas velitationes respondisse: Ego, inquit, in meis precibus, nõ soleo Sanctos inuocare, sed inuocationem dirigo ad Deum ipsum idque in nomine Christi, hoc enim tutius esse existimo. Ita Hofmeisterus, postquam multas sententias veterum de inuocatione Sanctorum conaceruasset, tandem concludit illa sententia, quæ extat in libris de visitatione infirmorum, qui Augustino adscribuntur, libro 1. cap. 2. Tutius & iucundius loquar ad meum Iesum, quam ad aliquem sanctorum Spirituum Dei, &c. Audiui ex Sarcerio, cum Georgius Dux Saxonie in agone mortis constitutus esset, & Monachi certatim ipsam exhortarentur, alius vt Mariam, alius vt Angelos, alius vt diuersos Sanctos auxiliares inuocaret, tandem nobilem quendam, Ducis familiarem accessisse, & Ducem ita compellasse: Cellitudo vestra in politicis negotiis semper vsa fuit hoc proverbio: Recta sine ambagibus progredi, esse viam maxime compendiarium. Quare igitur in hac via periculosissima Cellitudo vestra tam varias ambages sectatur, & non potius inuocatione sua, recta per Christum ad Deum ipsum, qui certo iuuare & vult & potest, accedit? Erasmus suo more iocatur, cum in naufragio quisque ad suum sanctum, tanquam ad Deum tutelarem inuocatione confugeret, vnum quendam, cum videret præsentissimum imminere periculum quod moram longam & lenta auxilia non admitteret, varia cogitasse, si Nicolaum suum inuocaret, incertum esse an audiret, & forsitan aliorum votis audiendis & expediendis occupatum, non posse sibi tam cito vacare, aut si veller, forsitan non admitti tam cito ad audientiam apud Deum, tandem igitur id, quod certius & tutius esset, constituisse, se recta ad ipsum Deum per Christum confugere velle, cum scriptum sit Psalmo 50. Inuoca me in die tribulationis, & ego eripiam te, & glorificabis me. Item Ebra. 4. Accedamus ad Pontificem nostrum Christum, thronum gratiæ, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus ad auxilium opportunum.

Tertio, Inuocatio Sanctorum non hoc tantum habet vitij, quod sine verbo Dei suscipitur, & à norma inuocationis in Scripturis tradita recedit, sed præterea directe, & quasi aduersa fronte pugnat, contra manifesta Scripturæ testimonia. Id quod manifestissimum est, si modo ea, quæ Pontificij in suis inuocationibus Sanctis tribuunt, ad Scripturam cõferantur. Sunt autem in inuocatione Sanctorum quædam, quæ tam crasse & enormiter, contra verbum Dei pugnant, vt piorum animi exhorrescant, & ipsos etiam Pontificios ferme pudeat crassæ istius turpitudinis, quæ à superstitione & idololatria, excusari & defendi nequaquam potest. Et tamen in publica praxi Ecclesiæ ipsorum retinentur. Prolixe enim ostendimus, Pontificios inuocare Sanctos, vt auxiliares, præseruatores, custodes, & liberatores in necessitatibus, imo Sanctos in inuocationibus diserte nominat refugium, præsidium, tutelam, vitam, salutem nostram, quod tam euidenter cum Scriptura pugnat, vt inter ipsos Pontificios, qui aliquid adhuc frontis habent illud negare non possint. Soli enim Deo in inuocatione hæc tribuenda sunt. Psalmo 46. Deus noster,

Hofmeisterus

Narratio de Georgio Duce Saxonie.

M.

Erasmus.

Inuocatio Sanctorum pugnat cum manifesto verbo Dei.

Quid Sanctis Pontificij in inuocatione tribuant.

Antehesti in uocationis Sanctorum.

Inuocatio Sanctorum pugnat cum forma veræ inuocationis in Scripturis tradita.

Georgius Casander.

noster, refugium & robur, adiutor in tribulationibus, propterea non timebimus, etiam si turbetur terra. Deus est in medio eius, non commouebitur, adiuuabit eam Deus mane diluculo, Dominus exercituum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. Psalm. 18. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, adiutor meus, & sperabo in eum, protector meus, & cornu salutis meae, & susceptor meus, laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluabor. In tribulatione mea inuocaui Dominum & exaudiuit me, de inimicis meis, & factus est Dominus protector meus. Liberauit me, quoniam voluit me. Et dedisti mihi protectionem salutis tuae, & dextera tua suscepit me, propterea celebrabo te in nationibus, & nomini tuo canam. Psalm. 143. Dominus misericordia mea & refugium meum, susceptor meus, & liberator meus, & in ipso speraui. Ioan. 14. Ego sum vita. Psalm. 36. Quoniam apud te est fons vitae. Psalm. 62. Vtiq; ad Deum silens respicit anima mea, ab ipso enim salus mea. Ipse est petra mea, & salus mea. Deus auxiliij mei, & spes mea in Deo est. Semel locutus est Deus, duo haec audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. Actor. 4. Non est in aliquo alio salus. Isaia quadragesimo quinto, Rogant Deum non saluantem. Nam Deus saluans non est praeter me. Osee decimotertio. Tantum modo in me auxilium tuum. 2. Par. 20. Quando ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Esther 14. Domine adiuua me, cui praeter te nullus est auxiliator alius. Sed quid laboro colligere multa talia testimonia, cum tota Scriptura nihil aliud doceat? Quam enormiter vero, & quam crasse, inuocatio Sanctorum apud Pontificios, hisce testimoniis, & vniuersae Scripturae repugnet, sola inspectio & collatio eorum, quae supra ipsorum verbis transcripsimus, plus satis docet.

*Spem, fiduciam
& solatium
in Sanctos collocare.*

Ita in sanctos collocare spem, fiduciam & solatium, sicut inuocationes Pontificiorum expresse faciunt, manifeste pugnat cum verbo Dei. Quid enim in toto Psalterio aliud resonat, quam, In te Domine speraui, non confundar. Tu es spes mea. In Domino confido, In te confidit anima mea? Et 2. Cor. 1. pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione. Ro. 15. Deus patientiae & consolationis. Et tota Scriptura sacra asseuerat, spem & fiduciam cultus esse soli Deo debitos. Iere. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine. Psalm. 117. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. Psalm. 146. Nolite confidere in filiis hominum, in quibus non est salus. Psalm. 113. Qui timent Dominum, sperent in Domino, adiutor eorum, & protector eorum est.

*Confugere in
inuocatione
ad gratiam
& misericordiam
Sanctorum.
Blasphemia
Pontificiorum
in Deum.*

Pugnat etiam cum Scriptura ad gratiam & misericordiam Sanctorum in inuocatione confugere, quod Pontificios facere ipsorum verbis ostendimus. Ebr. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus ad auxilium opportunum. Contumeliosum autem & blasphemum est, quod fingunt, Deum vt truculentum, misericordiam abdicasse, & tradidisse eam exercendam Mariae & Sanctis. Totius enim Scripturae vox vnica est, sicut Exodi 33. Deus ostensus gloriam suam,

& omne bonum, inquit: Miserebor cui miserebor, & clemens ero erga quem clemens ero. Et Psalm. 145. Miserator & misericors Dominus, patiens & multum misericors. Bonus est Dominus in omnes, & miserationes eius super omnia opera eius.

Similiter cum verbo Dei ex diametro pugnat, quod omnia ea, quae diuina beneficia sunt, quae Scriptura affirmat a solo Deo nobis dari & conferri, Pontificij a Sanctis petunt. In preculis enim suis, expresse Sanctos vt donatores & largitores beneficiorum ac donorum tam spiritualium, quam corporalium, cum huius, tum futurae, vitae, compellant, implorant, inuocant, & propter impetranda a Sanctis illa beneficia, eos colunt & venerantur, id quod Pontificios facere ex authenticis ipsorum inuocationibus ostendimus. Talis autem inuocatio manifesta & horribilis idololatria est: gloriam enim Dei in creaturas transfert, Isaia 48. Rom. 1. Haec in inuocatione Sanctorum, tam enormiter & crasse impia sunt, vt multi ex Pontificiis, eorum defensionem suscipere non aufint. Cumq; inficiando elabi non possint (res enim manifesta est) de vulgi superstitionibus & abusibus, quaedam declamant. Sed in authenticis formulis precationum, publice talia in Ecclesiis ipsorum leguntur, demurmurantur, imo sonoro boatu decantantur, & a summis Pontificibus confirmata leguntur, quae si iam non probant, sicut probare non possunt, cur igitur publice & expresse ea non damnant, & ex Ecclesia abiiciunt?

Reliqua vero in inuocatione Sanctorum nonuis coloribus pingere, & Sophisticis fucis incrustare, & occultare conantur. Dicunt enim, se non tribuere Sanctis, quod sua potestate inuocantibus possint auxiliari, sed quod Deus beatis in caelo omnia illa beneficia conferat, vt ipsi inuocati, dent, largiantur & distribuunt ea hominibus. Sed & hoc sine omni Scripturae testimonio dicitur, imo Scripturae repugnat, quae ad gloriam Christi mediatoris affirmat pertinere, quod acceperit dona pro hominibus, Psalm. 68. Et sedens ad dextram patris, ea conferat hominibus, Ephes. 4. Nam dextera Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hoc, quod videtis & auditis, Actor. 2. Pater enim diligit filium, & omnia ipsi dat in manum, Ioan. 3. & 13. Vt ex plenitudine eius accipiamus, Ioan. 1. Ideo pater ipsum dedit caput Ecclesiae, vt dona & beneficia diuina, a Deo per Christum caput nostrum ad membra deriuentur, Ephes. 1. & 4. Colos. 2. Quia igitur inuocatio Sanctorum, hanc gloriam mediatoris & capitis nostri, partim Christo prorsus adimit, & ad sanctos transfert, partim in hoc officio mediatoris & capitis, Christo Sanctos tanquam socios & sodales adiungit, & quidem tanto numero, & eo modo, vt Christus inter tot socios, in hoc officio, vix agnosci possit, sicut preculae Pontificiorum ostendunt: manifestum est etiam, hanc qualemcumq; incrustationem inuocationis Sanctorum, verbo Dei destitui, imo contra Scripturam & contra officium Christi capitis pugnare.

Pleriq; hoc collyrio vtuntur, Sanctos tantum vt intercessores apud Deum inuocari, vt suis intercessionibus & meritis apud Deum nobis, qui indigni sumus, ea, quae petimus, impetrent & obti-

Bona a Sanctis petere, quae a Deo dari, Scriptura tradit.

Excusationes impetratis, quae inest inuocatione Sanctorum.

Quomodo idololatriam inuocationis Sanctorum Pontificij pingant & occultent.

Quod Sanctos tantum & intercessores inuocent.

obtineant. Sed & hoc Scripturæ aduersari planum faciemus. Ad gloriã enim sacerdotij Christi, pertinet etiam officium intercessionis, vt scilicet propter intercessionẽ, & merita ipsius exaudiamur, recipiamur, iuuemur & saluemur, sicut Scriptura multis hoc probat, Ebr. 7. & 9. Quia vero viuentes in hoc seculo, iubentur pro se inuicem intercedere seu interpellare, 2. Tim. 2. Et Paulus petit pro se preces fieri ad Deũ in Ecclesia, Rom. 15. Et certum est tali intercessione nihil derogari officio sacerdotij mediatoris Christi: videndum igitur est, quomodo Scriptura illam intercessionẽ apud Deum, quã soli Christo mediatori & Pontifici nostro, tanquã proprium & peculiare officium sacerdotij ipsius tribuit, describat. Inde enim manifestum euadet, nullũ in hoc officio sociũ Christo adiungendum esse. Summa autem hæc est: Quia propter peccatã indigni sumus, qui in conspectum Dei, nostris orationibus admittamur, exaudiamur, recipiamur, misericordiam & gratiam, ad auxilium oportunum inueniamus: Deus igitur ipse Christum cõstituit Pontificem, Mediatorem, Aduocatum seu intercessorem, Ebr. 7. Qui in cœlo appareat vultui Dei pro nobis, Ebr. 9. Et sit misericors & fidelis Pontifex, in his, quæ apud Deum nobis agenda sunt, vt peccatoribus Deum propitium reddat, Ebr. 2. Vt per ipsum aditum & accessum habeamus ad Deum, Ephes. 3. Ebr. 7. Vt per & propter intercessionem & merita ipsius, misericordiam consequamur, & gratiã inueniamus ad auxilium oportunum, Ebr. 4. Vtq; intercessio illa sufficiens, Deo grata, nobis utilis, efficax, certa & tuta sit. Epistola ad Ebreos cap. 7. & 9. docet officium redemptionis & intercessionis coniuncta esse, ita vt dignitatem, virtutem seu efficaciam intercessionis Christi ex meritis redemptionis pendere ostendat. Secundo addit. Ideo oportuisse, mediatorem seu Aduocatum nostrum, filium Dei esse. Tertio, secundum assumptam naturã, excelsiorem cœlis factum, ad dexterã Dei, ingressum Sanctum sanctorum, vt appareat vultui Dei pro nobis. Quarto, Deum ipsum & quidem iureiurando constituisse illum mediatore, aduocatum & intercessorem. Et ex his fundamentis concludit, vnde saluare ad plenum potest, qui per ipsum accedit ad Deum, semper viuens ad hoc vt interpellat pro nobis. His etiam fundamentis reliqua, quæ Scriptura de hac parte sacerdotij Christi tradit, nituntur, vt Ioannis 16. Quicquid patrem petieritis in nomine meo, dabit vobis. Ioannis 14. Ego sum via, veritas & vita, nemo venit ad Patrem nisi per me. Ioan. 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pasca inueniet. Ephes. 3. Per Christum habemus fiduciam & accessum, in confidentia per fidem ipsius. Rom. 5. Per Christum habemus accessum fide in gratiam. 1. Ioan. 2. Si quis peccauerit, Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Roman. 8. Quis accusabit? Quis condemnabit? Christus mortuus est, imo & resuscitatus est, & est ad dexteram Dei, & intercedit pro nobis. Tales aduocatos seu mediatores, ex nulla creatura facere debemus. Solius enim Christi mediatoris, propriũ officium hoc est, & ad sacerdotium ipsius pertinet. Inde Paulus 1. Timoth. 1. dicit.

Vnus est mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus, vbi non tantum de mediatore redemptionis loquitur, sicut Pontificij per distinctionem inter mediatorem redemptionis & intercessionis, locum illum Pauli eludere conantur: Sed diserte & hoc tractat, propter quem orationes nostræ Deo acceptæ sint ad salutem, propter vnum scilicet illum mediatorem, qui semetipsum dedit pretium redemptionis pro omnibus. Et Christus ipse exclusiuam particulam expresse ponit, Ioan. 14. Nemo venit ad patrem nisi per me.

Huic vero officio Sacerdotij Christi, diserte aduersatur & repugnat Põtificia inuocatio Sanctorum, sicut ex iis, quæ supra annotauimus, manifestum est. Expresse enim Sanctos ita inuocant, vt merita sua interponant inter iusticiam Dei, & indignitatem nostram. Et summa omnium precularum huc redit, quod petunt, intercessionibus & meritis Sanctorum se exaudiri, recipi, iuuari, protegi & saluari, sicut & Canon Missæ ipsorum dicit: Quorum precibus & meritis concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Intercessionis Christi vero non faciunt expresse in suis preculis mentionẽ, imò diserte disputant, Christum non esse ita inuocandum, vt oret seu intercedat pro nobis. Hac vera ratione Christus ab ea parte sacerdotij sui, vel prorsus deiicitur & deturbatur, aut si mitissime cum ipso agatur, alij multi & varij socij in hoc officio ipsi adiunguntur, quod Scripturæ, sicut ostendimus, repugnat.

Considerentur saltem illæ rationes, quas reddunt, quare præter Christum, etiam Sancti vt mediatores & aduocati, seu intercessores inuocandi sint, quia scilicet Christus durior, rigidior & asperior sit: Sancti vero magis propitij, clementes & misericordes, imò ad exaudiendum & iuandũ promptiores, vt qui easdẽ calamitates in carne ipsi etiam experti sint. Hæc certe ratio Sanctos in officio mediatoris, non tantum Christo adiungit, sed manifeste præfert, & ex diametro pugnat contra expressam Scripturæ sententiam Ebr. 2. Debit per omnia fratribus similis reddi, vt misericors & fidelis esset Pontifex in his quæ apud Deũ forent agenda. Nam ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse, potest & iis, qui tentantur auxiliari. Ebr. 4. Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed tentatum per omnia, secundum similitudinem absq; peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, vt consequamur misericordiã, & gratiam inueniamus ad auxilium oportunũ: Ita etiam cum scriptura pugnat, quod dicunt, peccatores etiam si penitentiam agant, non audere ad Christum mediatorem accedere, cum ipse omnes voce dulcissima ad se inuitet, Matt. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Et promissio extat suauissima, Ioan. 6. Eum, qui venerit ad me, non eiiciam foras.

Ex his manifestum est, immensam & infinitũ discrimen esse, inter intercessionem Christi capitis, Pontificis, Mediatoris & Aduocati nostri, & inter preces cõmunes, quibus membra Ecclesiæ, in hac vita, pro se inuicem orant. Et ostensum est, Pontificios in suis inuocationibus, tribuere Sanctis illam intercessionem, quæ ad sacerdoti-

*Distinctio Pa-
pistia, inter
mediatorem
redemptionis
& intercessi-
onis.*

*Antihesis
inuocationis
Sanctorum,
Summa præ-
cularum Pa-
pistarum,
quibus San-
ctos inuocant.
Canon Missæ.*

*Causa cur Sã-
cti inuocandi
sint, et aduo-
cati & inter-
cessores.
Prima.
Sancti Christi
misericordio-
res.*

*Refutatio d
Scripturæ.*

*Secunda.
Peccatores nõ
audere adire
Christũ me-
diatorem.*

*Intercessio
pars sacerdotij
Christi.*

*Descriptio in
tercessionis
Christi apud
Deum, iuxta
Scripturam.*

*Officium re-
demptionis
& intercessi-
onis Christi
constituitur.*

Inuocatio & adoratio soli Deo debetur.

cerdotium Christi pertinet, & ipsius propria est. Imò totum negotium, & quidem ipsa appellationes inuocationis & adorationis Sanctorum, pugnat contra Scripturam, quæ Deum iubet inuocare & adorare. Psal. 17. inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluabor. Item, in tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui, &c. Psal. 50. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Psal. 86. Beneficus esto mihi Domine, quia te quotidie inuoco. Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui, quoniam tu Domine bonus es & propitius, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. Psal. 120. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Psal. 144. Præsto adest Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, voluntatē timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos, &c. Et ne opus sit ire per singula, Salomon 3. Reg. 8. enumerationem instituit per partes seu species, quod in omnibus necessitatibus Deus sit inuocandus. Quodq; gloria exauditionis Deo debeatur, testatur Psal. 18. & 50. Et breuiter, salutarem inuocationem debere ad Deum fieri per Christum cõfirmat Paulus ex Ioële: Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Vnus enim & idem est Dominus omnium *πλῆθῶν*, hoc est, thesaurus bonitatis, gratiæ & beneficentiæ suæ exuberans in omnes inuocantes se. Et salutarem inuocationem cum fide ita connectit, vt diserte dicat: Quomodo inuocabunt in quem non credunt? Eum igitur solum inuocare debemus, in quem Scriptura nos credere iubet. Et sicut in nullum alium, quam in solum Deum credere debemus, ita etiam solum Deum inuocare debemus. Alias sicut fide, ita etiam inuocatione, si ad creaturas transferatur, idololatria committitur. Scriptura quidem dicit, Exod. 14. Crediderunt Domino & Moysi seruo eius. Sed Patres recte dicunt: Aliud esse credere alicui, & aliud credere in aliquem, quod soli Deo competit. Osius, quia videt hoc argumēto, Rom. 10. causam inuocationis Sanctorum funditus subuertit, vt ei periclitanti & labascenti subueniat, non veretur affirmare, etiam in Sanctos credendum esse. Idq; probare conatur ex Epist. ad Philemonem, vbi Paulus dicit: Audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in Domino Iesu, & erga omnes Sanctos. Paulus vero nequaquam dicit: Credo in Deum & in omnes Sanctos, sed vtitur consueta sua distributione, quod recenset fidem in Deum & charitatem erga proximum. Scriptura recte inde probat, Christum esse Deum quia iubemur in illum credere, & ipsum inuocare. Quod argumentum de diuinitate Christi per inuocationem Sanctorum prorsus obscuratur & labefactatur.

Formula orationis Domini, euertere inuocatio Sanctorum.

Discrimē veræ & falsæ inuocationis.

Est & hoc firmum & illustre argumentum contra inuocationem Sanctorum, quod Christus præscribens formulam veræ, piæ & salutari inuocationis, inquit: Quando oratis dicite: Pater noster, qui es in cœlis, Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria. Ille ergo solus inuocandus est, qui est pater noster in cœlis, cuius est regnum, potentia & gloria. Quæ vt solius Dei propria sunt, ita Sanctis vel verbo, vel ipso facto inuocationis ea tribuere, idololatria est. Hac certa nota discernitur vera inuocatio à falsa, sicut Dauid & Ie-

remias pronunciant. Effunde iram tuam in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt. Et impiorum descriptio traditur, Psalmo 53. Deum non inuocant. Licet enim omnes Gentes sentiant, se inuocare illum Deum, qui est creator cœli & terræ, quia tamen non ita sicut se patefecit, inuocant, patrem scilicet, filium & Spiritum sanctum in nomine Christi, sed præter Deum, alias potestates intermedias inuocant, sicut Augustin. lib. 8. de ciuitate ostendit, Deus pronunciat ipsos non inuocare nomen suum. Se enim solum vult inuocari & adorari, sicut Christus inquit, Matth. 4. Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & ipsum solum coles. Atque propter hanc causam Sancti & homines & Angeli, magno zelo adorari se prohibuerunt, Actorum 10. & 14. Apoc. 19. & 22. Quomodo vero Pontificij locos illos eludere conentur, mox in refutatione argumentorum dicemus.

Postremo pugnat & hoc contra Scripturam, quod Sanctis in cœlo, inuocationibus suis hoc tribuunt, quod præsto adsint inuocantibus, quod hominum corda intueantur, cogitationes & gemitus cognoscant, audiant, discernant & iudicent. Solius enim Dei & Christi mediatoris, proprium est, omnibus adesse, corda intueri & scrutari, ac cogitationes videre: Idq; in oratione fieri, Paulus ex professo affirmat, Rom. 8. Qui scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus. Matth. 6. Ora patrem tuum, qui est in occulto, & pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi in propatulo. Psalmo 18. Clamor meus in conspectu eius, introiuit in aures eius. Psalmo 38. Gemitus meus à te non est absconditus. Psalmo 79. Introeat in conspectum tuum gemitus compeditorum. Psal. 144. Præsto adest Dominus omnibus sese inuocantibus. Deu. 4. Non est alia natio, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. De Sanctis vero, qui ex hac vita discesserunt, Scriptura expresse tradit, quod nos & res nostras in terris non cognoscant. 4. Reg. 22. Colligam te ad patres tuos, vt non videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus sum super locum istum. Isaiæ 63. Populus protestatur se ideo oratione ad Deum confugere, quia Abraham nescit nos, & Israel ignorat nos, tu vero pater noster es, respice de cœlo.

His simpliciter contraria sunt, quæ in inuocatione Sanctorum geruntur, sicut ostendimus. Quod vero singulis Sanctis certas procuraciones assignant, hoc fit sine omni Scriptura, exemplo prorsus Ethnico, sicut Mantuanus dicit: Vt Martem Latii, sic nos te diue Georgi.

Hæc Scripturæ testimonia, quæ liquido & certo ostendunt, quid de Pontificia inuocatione Sanctorum sentiendum & iudicandum sit, sine rhetoricis amplificationibus, nuda tantum, simplici & breui recitatione, opposuimus præcipuis erroribus, qui in inuocatione Sanctorum hærent, vt ipsa contrapositio iudicium ex verbo Dei ostendat. Possent formari & aliæ rationes contra inuocationem Sanctorum, quod scilicet eum quem in necessitatibus inuocamus, necesse sit scire, velle, & posse iuuare inuocantes se, quodq; inuocantium preces ad ipsum possint pertinere, & quod melius intelligat, quibus rebus opus habeamus, quam à nobis exponi potest. Hæc vero soli

Docent Sanctos inuocantibus adesse, & gemitus cordis humani intelligere.

Sancti mortui non cognoscunt res humanas in terris.

Procuraciones singulorum Sanctorum.

Congeries rationum oppositarum inuocantibus Sanctis.

rosoli Deo conueniunt, nisi Sanctos velimus omnipotentes & omniscios facere. Sed quādo Scripturæ testimonia, ipsis verbis Dei, erroribus opponuntur, tunc non humanæ argumentationes, sed ipsa vox diuina iudicium pronunciat de controuersia.

EXPLICATIO ET REFUTATIO ARGUMENTORVM,
quæ à Pontificiis pro stabilienda inuocatione
Sanctorum formari & opponi solent.

DIS conscientiis satis est, & firmis & perspicuis Scripturæ fundamentis, cognitam habere doctrinam de vera inuocatione Dei in nomine Christi. Hac enim recte cognita, quicquid ab ea diuersum est, aut cum ea pugnat, sine disceptatione repudiabunt, etiam si non possint omnia sophismata, quæ veritati acute opponuntur, soluere. Cumq; præterea hætenus ostensum sit, Pontificiam inuocationem Sanctorum non esse verbo Dei traditam, sed ab eo dissentire, imo cum eo pugnare: Et contra manifestam Scripturæ sententiam, nulla argumenta vel admittenda vel recipienda sint, possit totū hoc caput, quod in refutandis argumentis aduersariorū occupatur, omitti. Ne tamen aliquid, q̄ certam & solidā fidei *πληροφάν* turbare aut labefactare possit, relinquatur: præcipua argumenta quæ à Pontificiis, ad stabiliendā inuocationem Sanctorū formari & opponi solent, colligemus, addita singulis breui explicatione & refutatione. Nam & huius operæ non cōtemnendum erit pretium. Qualis enim causa sit, quā de inuocatione Sanctorum Pontificii defendunt, infirma, aliena & contorta argumenta, quibus ad eam stabiliendā vtuntur, ostendent. Et in refutationibus istorum argumentorū quædam, quæ ad illustrandam doctrinam de vera inuocatione nō parum faciunt, commodè explicari poterunt.

Præiusquam autem ordine argumenta recenseamus, illud præmittere non erit inutile, vnde colligi potest, qua fide & conscientia, Scripturæ quædam testimonia, ad stabiliendam inuocationem Sanctorum detorqueant. Eccius enim in suo Enchiridio disertè fatetur, Spiritum sanctū expressis Scripturis, hoc est, nec doctrina, nec mandato, nec promissione, nec exemplo tradidisse inuocationem Sanctorum. Et in veteri Testamento ideo non fuisse traditam inuocationem Sanctorum, quia populus alioquin propensus fuerit in idolatriam, & patres in limbo nondum fuisse beatos, quia ante passionē Christi non peruenerint ad visionem Dei. In nouo vero Testamento non esse traditam, ne Gentes ad veterem cultum idolorum reuerterentur, & ne Apostolis arrogantia hoc daretur, si docerent Sanctos post mortem colendos & inuocandos, quasi ipsi post mortem, gloriam illam quærerent. Hoc Lector bene notet. Si enim iuxta propriam ipsorum cōfessionem inuocatio Sanctorum nec in veteri, nec in nouo Testamento tradita est, Ergo nec ex testimoniis illis, quæ ex Scriptura allegari solent, probari potest. Imo ipsi Pontificii, quando tales Scripturæ sententiæ ascitant, non credunt, inuocationem Sancto-

rum in illis tradi. Nihil aliud itaq; agunt, quam quod simpliciorum oculos perstringere, & animos fascinare conantur, vt existiment, in allegatis Scripturæ testimoniis hoc tradi, quod ipsi allegatores fatentur, in tota sacra Scriptura expresse & certo non contineri.

Hanc glossam memineris semper præponendam, quando videris Pontificios testimonium aliquod Scripturæ, ad stabiliendam inuocationē Sanctorū proferre. Quod enim Aforus dicit, in Scripturis non quidem doceri, sed insinuari, inuocationē Sanctorum: Quodq; Iesuite scribunt, non aperte eam in Scripturis tradi, sed in mysterio, vnde elicienda sit: non probationes sunt, sed ludificationes in re tanta. Sed ordine argumenta ipsorum videamus.

I. In Regum aulis, non statim ad ipsum Principem subditis patet aditus, & si quis in conspectum ipsius Regis statim prorumpat, male accipitur. Sed illi, qui apud Principes in autoritate sunt, primum ad eundem & obsequiis deliniendi sunt, vt per eos negotia apud Principem conficiantur. Ergo multo magis hoc obseruandum erit, quando Deus nobis ad eundem est.

Ad hoc argumentum facilis est responsio. Nō enim ex similitudinibus rerum humanarū, præfertim, quæ per peccatum deprauatæ sunt, sed ex verbo diuinitus patefacto, de voluntate Dei iudicandum est. Quia scriptum est: Deus ego & nō homo, Ose. ii. Et de ipso negotio inuocationis disertè scribitur, Isai. 55. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestra, q; via vestra via mea, dicit Dominus, sed sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatē sunt cogitationes, & via mea à vestris. Et quæ sint cogitationes, & via Domini quod ad inuocationem attinet, tradito certo verbo, nobis reuelauit. Ab illo discedere, & Deum ex corruptis aularum moribus astimare, stultissimū sane, ne impium dicam, esset. Quod enim Principes ipsi non audiunt suos, illud non faciunt ratione officii, sed vel præ superbia & negligentia, quod suos despiciunt, & non curant, vel quod aliis deliciis & voluptatibus dediti, rebus suorum vacare nolint. Quam infelicitè vero subditorum rebus corruptis hisce moribus cōsultatur, testantur totius Orientis & Occidentis querele, vt non inueniste argumentum hoc, homo quidam facetus deriserit. Cum enim in aula quadam, manibus singulos prensando, verbis demulcendo, & muneribus promerendo, diu circumactus fuisset, & tamen parum proficeret, audiens Episcopum quendam declamitare, de inuocatione Sanctorum, ex aulica illa cōsuetudine, exclamauit: Si in cœlis, quando Deus nobis ad eūdus est, ea ratio est, quæ in aulis, tūc simpliciter actum & cōclamatam nobiscum est.

Volui autem hoc argumentum primo loco ponere, vt obseruetur, inuocationem Sanctorum non ex verbo Dei sumptam, sed ex illis ipsis humanis ratiocinationibus extructam esse, ex quibus omnes idolomania Ethnicorum ortæ sunt. Hoc enim argumento Ethnicos ad stabiliendam suam idolatriam vsos fuisse (sicut per Comites peruenitur ad Regem) testatur Ambrosius in primum caput ad Romanos. Et Augustinus libro octauo de ciuitate Dei, prolixè recitat, Platonicos ideo inter summum Principium, & inter vota hominum intermedia quæ-

Petrus à Soto.

Iesuita.

I. Argumentū à moribus aularum.

Faceta huius argumenti irrisio.

Ethnicorum hoc argumentum est. Ambrosius. Augustinus.

*Pontificij Sci-
olentur Scri-
pturæ ad San-
ctorum inuo-
cationem de-
torquent.*

*Eccius.
Pontificij fa-
tentur Scri-
pturam non
tradere de
inuocatione
Sanctorum.*

dam numina, tanquam internuncios seu mediatores, qui vota nostra susciperent, & ad summum Deum ea referret, acibi expedirent, & expedita ad nos referrent, finxisse: quia cogitarint nos indignos esse, quibus ad ipsum Deum pateat aditus, & infra maiestatem Dei esse, singulorum precibus vacare, cum supremam illam maiestatem aliis maioribus negotiis occupari verisimile sit. Nota autem est ex Scriptura, dulcissima doctrina, quod Deus velit & quidem mandet, vt inuocatione se accedamus, & promittat se singulos audire, & singulorum res etiam minimas, vt capillos defluentes curare velle. Quod si similitudo illa de intercessoribus in aulis pertinaciter vrgeatur, recte respondet Apologia nostra: Si Rex constituerit certum intercessorem, non volet ad se causas per alios deferri. Ita cum Christus sit constitutus Pontifex & intercessor cur querimus alios?

Apologia.

II. Indignitas nostra cogit ad Sanctos confugere.

II. Humilitas in oratione Deo grata, nobis vtilis & necessaria est, vt indignos nos agnoscamus, qui ob conditionis vilitatem, & propter enormitatem ac multitudinem peccatorum, Deum interpellamus, & ab ipso exaudiamur. Ergo sancti Deo carissimi, in quibus nulla exorandi indignitas cognoscitur, inuocandi à nobis sunt. Respondeo: Verum est, quod ad Deum eo propius quis accedit, quo se magis coram eo humiliat agnitione, conscientia, & confessione peccatorum & propria indignitatis. Deus enim superbiam cum semper, tum maxime in oratione odit, Luc. 18. Sed inde non sequitur, ad Sanctorum intercessionem & merita nobis indignis esse confugiendum. Deus enim certum nobis constituit Mediatorem, filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, per hunc vult nos ad se accedere, & propter huius intercessionem & merita affirmat nos licet indignos, exaudiri, recipi & iuari. Et hæc vera est humilitas, agnoscere & fateri, tantam esse nostram indignitatem, vt nec nostra, nec omnium Sanctorum, sed solius Christi merita, interposita inter Deum & indignitatem nostram, possint nobis impetrare gratiam & misericordiam ad auxilium opportunum. Pharisæica autem superbia est, vel nostra, vel aliorum hominum merita Deo in oratione opponere.

III. Quia Sancti sunt honorandi.

III. Honor, qui ministris & amicis alicuius Domini exhibetur, Domino non potest ingratum esse. Indicium enim est benevolentiam erga Dominum: Ergo cultus & inuocatio Sanctorum (de quibus Christus inquit: Non iam dicam vos seruos sed amicos meos) non potest Deo displicere.

Respondeo: Sanctos Dei esse honorandos seu venerandos, supra prolixè ostensum est. Sed inde non sequitur, eos esse inuocandos. Non enim ex coniecturis aut similitudinibus, sed ex verbo Dei de voluntate ipsius statuendum est. Scriptum enim est, Lucerna pedibus meis verbum tuum: In verbo Dei autem traditur, quomodo Deus Sanctos suos velit honorari, & quem honorem sibi soli, vt Domino velit exhiberi, ita vt gloriam suam non velit dare alteri. Sanctos autem inuocatione esse honorandos, Scriptura non docet, sed affirmat solum Deum adorandum & colendum esse, Matth. 4. Item, Inuoca me in die tribulationis, &c.

III. ex gloria Christi exaltatione.

III. Christus secundum diuinam naturam equalis est maiestatis cum patre: Secundum humani-

tatem autem exaltatus est, super omne nomen ad dexteram maiestatis. Ergo maior & altior est, quam vt vel nostris malis afficiatur, vt ad ipsum accedere auesimus, sed reuerentes tantam in ipso maiestatem, ad Sanctos potius confugiamus, qui promptiores erunt ad patrocinandum nobis, quia membra nostra sunt, & easdem miseras experti. Respondeo: Hoc argumentum simpliciter pugnat cum expressa Scriptura sententia. Ebr. 2. & 4. Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed ideo similis factus est fratribus per omnia, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum. Nam ex hoc quod contigit ipsum tentari, potest & iis, qui tentantur auxiliari. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiam, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus ad auxilium opportunum. Roma. 8. Est in dextera Dei intercedens pro nobis. Luc. 23. Memento mei quando veneris in regnum tuum. Matt. 11. Venite ad me. Ioan. 16. Quicquid in nomine meo petieritis, &c. Manifestum igitur est, vel ex hoc argumento, sine Scriptura, imò contra Scripturam, ex humani cordis cogitationibus & ratiocinationibus extructam esse inuocationem Sanctorum. Ad talia vero argumenta omnia Paulus respondet, Rom. 1. Frustrati sunt per ratiocinationes suas, & obtinebratum est cor insipiens eorum, cum putaret se esse sapientes, stulti facti sunt.

V. Sed Genes. 48. Iacob dicit: Inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque Abraham & Isaac.

V. ex dicto Genes. 48.

Respondeo: Vel hæc sola allegatio ostendit, qua fide causam hanc agant Pontificij. Certissimum enim est pios in veteri testamento nunquam inuocasse nomen Abraham, Isaac & Iacob: Quod ipsi etiam pontificij fatentur & concedunt, addita hac ratione, quod tunc Sancti in limbo caruerint visione Dei. Ergo falso, & quidem contra propriam conscientiam, hoc testimoniū ad stabilendam Sanctorum inuocationem allegant. Et quod Scholastici olim phrasin illam Genes. 48. non recte intellexerunt, barbariei istorum temporum imputari potest. Nunc vero studiis linguarum tam feliciter illustratis, idem facere, morbida causa, & male conscientiam indicium est. Vilitata enim in Scriptura hæc phrasin est, quando aliquis alterius nomine, tanquam familiae ipsius insertus appellatur, vt Isai. 4. Vxores dicunt ad maritum: Inuocetur nomen tuum super nos. Et de templo sapientissime Scriptura ita loquitur: Super quod inuocatum est nomen tuum, id est, quod nomine tuo appellatur, scilicet Domus Domini. Ita Iacob nihil aliud vult dicere, quam se nepotes suos, ex Iosepho natos adoptare in filios, vt sint & dicantur filij Iacob, siue Israël, ac si ex ipso Iacobo essent nati. Ne quis existimaret, ipsis aliquid derogari ideo, quod vel ex matre Aegyptiaca essent nati, vel quod Ioseph inter Aegyptios viuens eos genuisset. Sed excipiunt, Iacobum in illa oratione, non tantum de politica adoptione sed de spiritali etiam benedictione agere. Plus igitur quam solam nuncupationem phrasin illam complecti. Respondeo: Quia tota posteritatis Israël felicitas & beatitudo constabat diuini foederis hereditate: Ero Deus tuus, & seminis tui post te. Item, Multiplicabo semen tuum, &c. Iacob igitur hac adoptione, simul etiam foede-

Scholasticè. Fallacia figuræ dictionis.

Inuocare nomen alicuius super aliquem.

Sententia Serborum Iacobi.

Ad exceptionem responsio.

fœderis successionem ad nepotes illos transmittere voluit: Quod inde fiebat, quia iam facti erant filij Abraham, Isaac & Iacob. Phrasis igitur illa, per se simpliciter hoc sonat, Ephraim & Manassē, familiæ Iacob annumerari, & genere ipsius censerī. Inde vērō sequebatur fœderis hæreditas, ideo Hebraismus simpliciter habet, Nomen meum vocetur in eis.

VII. *erem. 15.* Si staret Moses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Respondeo: Regula vsitata & vera est: Conditionalis nihil probat, nisi posita conditione. Et sensus verborum eo inclinatur. Mosen & Samuelem tunc non stetisse coram Deo pro populo. Ex hoc igitur loco contrarium potius ostēdi posset, intercessionem scilicet mortuorum tunc ignotam fuisse. Et vt maximè alterum concederetur, non tamen sequeretur esse inuocandos. Pontificii vero nō possunt dicere Mosen & Samuelem tempore veteris Testamenti stetisse coram Deo pro populo. Tradunt enim, patres in limbo ante passionem Christi non admissos ad visionem Dei. Interum ergo Lector animaduertit, qua fide Pontificij causam hanc agant. Sensus vero Prophetæ certus & manifestus est. Tam abominandū peccatum esse idololatriam coram Deo, vt etiam si talis aliquis ipsi cōtingat intercessor, quales Moses & Samuel, dum in hac vita essent, fuerunt, se tamen non parciturum populo. Hęc interpretatio non est incerta. Eodem enim prorsus modo Deus loquitur, *Ezech. cap. 14.* Si fuerint tres viri illi, in medio eius, Noe, Daniel & Iob, ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas: & sciunt Pontificii, Thomam ex glossa interlineari, glossam vero ex Hieronymo. eodem modo locū illum interpretari, quod scilicet loquatur iuxta statum, quo hac vita Moses & Samuel fuerunt. Hos enim legimus, dum viuerent pro populo orantes iræ Domini restitisse, & impendentem auertisse sententiam. Et glossa addit: Hic est intellectus istius loci. Reputo autem hinc recte iudicari, quam ruinosa sit causa inuocationis Sanctorum, cuius talia ponuntur fundamenta.

VII. Sed patres veteris Testamenti in inuocatione sæpe opposuerunt Deo nomina & merita Patriarcharū, vt *Gen. 32.* Deus patris mei Abraham & Isaac erue me, &c. *Exod. 32.* Dent. 9. Recordare seruorum tuorum Abraham, Isaac & Iacob, &c. *Psal. 132.* Memento Domine Dauid, & omnis afflictionis eius. Respondeo: Ipsa Scriptura se diserte declarat, quod hisce phrasibus veteres, Deo tantum rationem fœderis, quo Abrahamo, Isaaco & Iacobo pepigerat, se posteritati ipsorū benefacturum, proponāt, quodq; se promissionibus Dei ad Patriarchas factis, niti ostendant. Ita enim Moses inquit, *Exo. 32.* Memento Abraham, Isaac, Iacob, quibus iurasti per te metipsum dicens: Multiplicabo semen eorum, & terram hanc dabo ei, ne dicant Ægyptij, &c. *Deu. 26.* Sicut iurasti patribus nostris. Ita in cantico græco Daniel. 3. Propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum, quibus locutus es pollicens, quod multiplicaturus, &c. Et 3. Regum 8. Solomon in dedicatione templi, Psalmum 132. ita declarat: Nunc Domine Deus Israël, conserua famulo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei. Item, firmentur verba tua, quæ locutus es seruo tuo Dauid, patri meo. *Psal.*

89. Disposui pactum electo meo, iuravi Dauid seruo meo. Si deliquerint filij eius, non prophanabo pactum meum, semel iuravi in sanctitate mea, si Dauidi mentiar. Vbi ergo sunt misericordiarum tuarum Domine antiquarum, sicut iurasti Dauid in veritate tua, Hinc 2. Paralip. 21. Noluit Dominus disperdere domū Dauid propter pactum quod inierat cum eo. Et *Isai. 37.* Protegam ciuitatem hanc, propter me & propter Dauid seruum meum. Quod vero in orationibus illis non confugerint ad mortuorum intercessionem, manifestum est ex oratione, quæ extat *Iesa. 63.* Abrahami nō cognoscit nos, & Israël ignorat nos, Tu Domine pater noster.

Et tamen mox additur: Conuertere propter seruos tuos, quia sumus tribus hæreditatis tuæ: Ergo tantum ad promissiones patribus factas, & ad beneficium fœderis cum patribus initi, confugiunt, quando dicunt: Recordare Abraham, &c. Promittit quidem Deus, se propter pios, etiam posteris benefacturum, *Exod. 20.* *Gen. 22.* & 26. *Iesa. 37. 3.* *Reg. 15.* Sed pii in suis orationibus, sicut ostendimus, non merita patrum, sed gratuitam Dei promissionem allegant. Non enim dicunt, exaudi quoniam illi bene meriti, sed quia promissisti, pepigisti, iurasti illis.

VIII. Allegant exemplum 2. *Reg. 14.* Absalom recōciliatus patri, non statim admittitur in conspectum eius, sed per biennium sedet in domo sua, & faciem Regis non videt, donec per intercessionē Ioab hoc impetret. Ergo multo minus peccator agens pœnitentiā, debet oratione sua statim in conspectum Dei prorumpere, sed ad Sanctorum intercessionem confugere.

Respondeo: Alia ratio est reconciliationis apud ciuilem Magistratum, alia vero apud Deū, de qua ex verbo iudicandum est, quod pronunciat nos fide per Christum habere accessum ad Deum, *Ephes. 5.* Accessum ad gratiam, *Roma. 5.* Et pater redeunti filio prodigo, cum adhuc longe abesset, obviam procedit, amplectens illum, *Luc. 15.* Filius enim qui est in dextera patris, intercedit pro nobis, quis ergo accusabit, quis damnabit, cum Deus intercedente filio iustificet? *Roman. 8.*

IX. Sed Adonias impetraturus Abisagen à Solomone matrem eius Bethsabe submittit aduocatam, quia inquit, nō potest tibi vt matri quicquam negare. Et Solomon matrem intercessuram collocat ad dexteram suam dicens, pete mater mea, neq; enim fas est, vt auertam faciem tuam, 3. *Reg. 2.* Ergo multo magis, de matre Domini hoc itatuendum est, cum Solomon typum Christi gesserit.

Respondeo. De regno Christi, non ex similitudine regnorum huius mundi, sed ex verbo Dei iudicandum est: regnum enim eius, non est de hoc mūdo, sed cœlorum regnum. De solio vero Marię collocato ad dexteram Christi, & de autoritate eius, qua in societatem officij Christi admissa sit, Scriptura nihil docet, sed hæc soli & vni Christo tribuit. Et Christus ipse, eorum, quæ officij sui sunt, nihil ad matrem pertinere ostendit, cum deprecanti respondet, *Ioann. secundo.* Quid mihi & tibi mulier? Similis etiam historia extat *Matth. 14.* *Marc. 3.* *Luc. 8.* Ipsa etiam Maria inquit: Beatam me dicent omnes generationes, non quod ego magna futura sim, vt meum no-

Vl. Ex dicto
Ieremia 15

Sententia Sen
torum Ierem.

Confirmatio.

Thomas.

VII. Patres
Vet. Test. in o-
rationibus suis
memmerūt
Patriarcha-
rum.

Solutio argu-
menti, & ex-
plicatio phra-
seos.

VIII. A com-
parato mmo-
ri.

Solutio per di-
stinctionem.

IX. E simili-
tudine regno-
rum mundi.

men sanctum sit, sed quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. Et quam incepta sit hæc ratiocinatio pro inuocatione Sanctorum, ipsa historia ostendit. Solomon enim duriter increpat matrem, ac sanctè iurat Adoniam moriturum, eumq; è vestigio interfici iussit. Infausta sane intercessio, quæ mortem affert. Talem sibi intercessionem Pontificii habeant: Nos Christum habemus aduocatum, qui est propiciatio pro peccatis nostris, 1. Iohan. 2. per cuius vitam seruamur ab ira, Rom. 5. Qui saluat eos, qui per ipsum accedunt ad Deum, Ebr. 9. Eo pro nobis intercedente, quis accusabit? quis damnabit? Rom. 8.

X. Ex dicto
Iob. 5.

X. Iob. 5. Voca ergo, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.

Respondeo, nequaquam sententia est, Iobum debere in sua calamitate ad Sanctorum inuocationem confugere, sed præcedentia & sequentia ostendunt sensum: Neminem scilicet à iusto Deo puniri, ubi non causa pænæ subsit. Et ideo inquit: Ostende aliquem Sanctorum, qui in tali calamitate sicut tu, fuerit sine causa, quemadmodum tu existimas.

XI. Ex dicto
Iob. 33.

XI. Iob. 33. Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt annunciet hominis æquitatem, miserebitur eius, & dicet: Libera eum, inueni in quo ei propiciet. Respondeo: Elihu ostendit, quam variis modis Deus homines adducat ad penitentiam, vel immixtis conscientia terculamentis, vel per flagella castigationum. Et si tunc adfuerit homini nuncius, interpres voluntatis diuinæ, ex verbo ostendens homini, quid rectum sit: Hoc modo si in terroribus conscientie seu in cruce accesserit ministerium verbi, operatur Deus penitentiam ad salutem. Et hanc sententiam quæ vera est, verba ipsa reddunt: Angelos enim vocari Doctores, tanquam nuncios Dei, notum est, & hoc loco addit vocabulum, מַלְאָכִים, quod significat interpretem, vt ostendat, qualem Angelum intelligi velit, nec textus habet (loquens pro eo) sed si fuerit iuxta eum Angelus interpres. Neq; hoc textus dicit: Angelum Deo annunciare hominis æquitatem, habet enim מַלְאָכִים, vt scilicet homini annunciet rectitudinem seu officium ipsius, quæ omnia ad ministerium verbi congruunt. Gregorius interpretatur de intercessione Christi mediatoris. Hieronymus ita accipit, sicut Esaias pro Ezechia ægrotante orauit. Aut si de Angelo intelligatur, idem erit quod Actorum decimo Angelus ad Cornelium dicit: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Inde vero non sequitur Sanctos esse inuocandos. Nam ne Angeli quidem se adorari aut inuocari volunt, Apocal. 22. & 19.

Gregorius.
Hieronymus.

XII. Ex vi-
uorum homi-
num pro alio
intercessio-
nis aut depre-
cationibus.

XII. Sed Paulus vult fieri intercessionem in Ecclesia pro omnibus hominibus, 1. Timoth. 2. Et Iacobi 5. Orate pro vobis inuicem, vt saluemini, multum enim valet deprecatio iusti efficacis. Et Paulus petit, vt Romani & Colossenses pro se orent, Roma. 15. Col. 4. Et quantum illis intercessionibus tribuat, ostendit, cum ad Philemonem inquit: Spero quod per orationes vestras donabor vobis: Et Deus ipse vult intercessores ad se parari Sanctos, vt propter ipsos exaudiat. Genesis 20. Orabit pro te, est enim Propheta, & viues. Iob. 42. Ite ad seruum meum Iob, & orabit pro

vobis, faciem eius suspiciam, vt non imputetur vobis stultitia.

Ezechielis 22. Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni. Ita Abraham pro Sodomitis, Gen. 18. Moses pro Israëlitis intercedit, Psalm. 106.

Respondeo: Hæc omnia & similia etiam testimonia, loquuntur expresse de viuorum orationibus in hac vita. De illis habemus mandata, exempla, & promissiones in Scriptura Canonica. Et sicut miraculis, ita etiam exauditione orationum, Deus sæpe Prophetis & Sanctis suis, quia in hoc mundo contempti erant, testimonium præbuit veritatis, innocentia & acceptationis, Sicut cum Paulus captiuus duceretur Romam ob confessionem Euangelij, Deus ipsius orationibus donauit animas 276. In naufragio, Acto. 27. De iis vero, qui ex hac vita discesserunt, tale nullum extat mandatum, nullum exemplum, nulla promissio in Scriptura Canonica.

Textuntur quidem ratiocinationes à minori ad maius, & cogitationes non sunt impia, beatos in cælis orare pro Ecclesia in genere, sicut supra diximus. Sed quomodo orent, in Scriptura reuelatum non est. Ex iis vero, quæ Sancti in hac vita agunt, non est sine expressis Scripturae testimoniis dogma constituendum, aut articulus fidei faciendus de statu beatorum in altero seculo. Scriptura enim dicit: Oculus non vidit, auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit. Concedimus bonas & pias esse cogitationes, de beatis in cælo, cupientibus & optantibus, ecclesiæ modo, Ecclesiæ in terris sub cruce militanti, optima quæq; sicut in capite de veneratione Sanctorum ostensum est, modo non pro necessario articulo fidei proponatur. Inde vero non sequitur: Sanctos esse inuocandos, sicut apud Pontificios fit. De patrum enim cogitationibus, quod attinet ad loci tatem orationis Sanctorum, qui in cælo sunt, & qui adhuc in terris versantur, mox in historia de origine inuocationis Sanctorum quædam dicemus.

Sed vrgent Pontificij, ex citatis testimoniis de viuorum intercessione hoc tamen consequi, non repugnare officio mediatoris & Pontificis Christi, si alios & plures intercessores paremus, qui vna nobiscum, Deum in nomine Christi, pro nostris necessitatibus inuocent. Paulò ante vero ex perspicuis Scripturae testimoniis, descriptissimam intercessionem Christi mediatoris, Pontificis & aduocati nostri, quæ solius ipsius ita propria est, vt in ea nullum admittat socium. Et ostendimus, Pontificios suis inuocationibus ex Sanctis facere tales intercessores, vt ipsorum intercessionibus & meritis accessum habeant ad Deum, exaudiantur, recipiantur, iuuentur, & saluentur, quod simpliciter repugnat officio sacerdotij Christi. Ecclesiæ vero siue viuorum intercessio alia est. Petimus enim, vt Deum vna nobiscum per Christum inuocent, pro nostris necessitatibus. Et hoc, quia de Sanctis, in hoc seculo nobiscum adhuc versantibus, habet mandatū & promissionem Dei, non pugnat contra officium Christi mediatoris, Pontificis & aduocati nostri. Quod si quis vero etiam viuorum preces pro se fieri, ea opinione peteret, sicut Pontificij Sanctos inuocant, vt scilicet viuorum intercessione & me-

Ecclesia pro
nobis interces-
sit in hac vita
14.

ritis exaudiretur, reciperetur, & saluaretur, is non iuxta Scripturam, Ecclesie intercessionem flagitaret, sed officio sacerdotij Christi manifeste derogaret.

Instant verò ex Pontificiis τὰ πλῆθὸς μαλακῶς λέγοντες. Sicut sine impietate possum viuos inuocare, hoc est, petere ab ipsis, vt pro me orent: Ita potero etiā Sanctos, qui iam cum Christo sunt, inuocare, vt pro me intercedant. Respondeo, Paulus petit per literas, vt Romani pro se orent, sed non inuocat Romanos. Est enim inuocatio præcipua pars cultus diuini, & complectitur affectum mentis, confugientis ad gratiam, præsidium & auxilium eius, quem inuocat. Atq; ideo Scriptura non dicit viuos à nobis inuocari, quos petimus, vt pro nobis orent. Sed quid, inquit, si vocabulum inuocationis non tribuatur Sanctis, sed dicantur à nobis compelliari? Respondeo: Hoc Pontifex & Concilium Tridentinum non cōcedit; nam pro inuocatione Sanctorum, vt pro aris & focis pugnat. Et de ipsa etiam compellatione res plana est. Etiam si enim beati in cœlo orent pro Ecclesia, non tamen sequitur ipsos in oratione nominatim à nobis esse compellandos. Nullum enim dubium est, fideles in Africa & in India orare pro Ecclesia, sed non sequitur, quando vel coram, vel per literas non possum cum ipsis agere, me eos in oratione debere compellare, vt pro mea necessitate orent. Ita enim vel tribuerem ipsis, quod desideria & gemitus cordis mei viderent, vel certe in oratione, quæ maxime religiosa esse debet, luderem.

Sed postremò aiunt quidam: Si statuam beatos in cœlo optare Ecclesie in terris omnia bona, potero sine impietate in oratione mea optare, vt illis generalib. beatorum votis, mea etiam necessitas includatur. Respondeo: Quomodo Patres quidam talem societatem orationū beatorum in cœlis optarint in suis precibus, postea in historia annotabimus. Pontificiorum verò inuocationem, longe aliam esse, ex ipsorum libris & præculis, antea liquido ostendimus.

XIII. Sed sicut Angelus Actorum 10. vel coram cernit, vel in Deo videt, vel ex eius reuelatione agnoscit, elemosynas & orationes Cornelij: Et Zachar. 1. Angelus scit adesse septuagesimum annum: Et quia corā Angelis in cœlo gaudium est, super vno peccatore agente pœnitentiam, Luc. 15. Innotescit igitur Angelis in cœlo, quando peccator aliquis agit pœnitentiam: Ita eodem modo dicunt beatos, quia sunt εὐαγγελιοί, Lucæ 20. licet per se non possint videre motus cordium, tamen Deo reuelante, posse cognoscere & intelligere, quando inuocantur à viuis. Respondeo: Angelorum officium Scriptura ita describit, quod sint administratorij spiritus, qui mittantur ad ministrandum credentibus, Ebr. 1. Angelis enim suis mandauit de te. Psalm. 91. Illis ergo à Deo reuelantur ea, quæ ad exequendum ministerium illud circa homines necessaria sunt, & emissi interfunt rebus humanis. De beatis verò in cœlo, Scriptura hoc non dicit. Et lucerna pedibus nostris est Dei verbum. Eadem ratio est alterius etiam argumenti. Quia enim Deus, qui solus omnia potest, & omnia operatur in omnibus, tamen Angelorum ministerio vitur ad custodiam hominum. Cur igitur non idem, inquit, etiam de beatis in cœlo crederemus? Et sicut An-

gelorum diuersa sunt ministeria, Dan. 10. Quid prohiberet etiam Sanctis in cœlo, certas procuraciones in terris commissas esse? Respondeo: Ad hanc consequentiam vnicum tatum deest, quod scilicet de Angelis Scriptura hoc tradit. De Sanctis verò in cœlis, Scriptura tale nihil docet. Imò de Dauide Paulus inquit, Acto. 13. Postquam suæ generationi voluntate & consilio Dei inseruisset, appositus est ad Patres. Ita etiam, quod beati in cœlo, non intersint rebus humanis in terra, nec nostra administrent, Augustinus probat ex loco Esaiæ 65. & 4. Reg. 22.

XIII. Sed 4. Reg. 5. Elisæus ex reuelatione diuina cognoscit, quid Gezi absens & egerat & dixerat. Imò Daniel. 2. Visionem cordis Nabuchodonosor, quæ ipsi exciderat, Daniel per diuinam reuelationem agnoscit. Et 4. Reg. 6. Elisæus inde nouit omnia, quæ Rex Syriæ secreto in suo conclauis consultat. Inde etiam Abraham scit de scriptis Mosis & Prophetarum, Luc. 16. Cur igitur impossibile iudicemus, beatos in cœlo posse, Deo reuelante, cognoscere orationes nostras? Respondeo: Nequaquam dicimus, Deo hoc impossibile esse. Quæstio verò est, non quid Deus possit, sed an ex absoluta Dei potentia, quiduis sine Scripturæ testimonio statuendum sit. Deus enim noster in cœlo, omnia quæcunque voluit, fecit. Potentia igitur & voluntas Dei cōiungenda sunt, quando statuere volumus Deum aliquid facere. De voluntate vero eius ex verbo iudicandum est. Et verbū Dei nihil prorsus docet, quod Deus beatis in cœlo, nostras necessitates & orationes reuelet. Sunt igitur phantasiæ cordis humani, sine verbo Dei, quod ex Pontificiis quidam asserere non verentur, Sanctos cognitione beata, omnia videre & cognoscere. Quid enim, inquit, non viderent & scirent, qui videntem & scientem omnia, vident & sciunt? Sed hoc, quia Dei proprium est, alij negant. Sunt qui fingant Sanctos vbique adesse vbicunque inuocentur, sed hoc Augustinus negat. Alij igitur philosophantur de reuelatoria cognitione. Et Deum hoc posse non est dubium, sed quia inuocationem oportet certo fundamento verbi Dei niti: Dubitatio enim impedit exauditionem & impetrationem, Iacobi 1. Ideo cum in Scriptura hac de re nihil sit traditum, asseuerationes humanas, sine verbo Dei non recipimus. Et cum de Christo mediatore habeamus certa & expressa mandata, & promissiones Dei: cur ad ignota & incerta nos abduci pateremur? Et profecto magna audacia est, de rebus cœlestibus sine verbo Dei, tam audacter disputare, ac si cum Menippo heri ex cœli penetralibus deuolassemus. Pia vero est Augustini modestia, qui inquit: Vbi de re obscurissima disputatur, non adiuuantibus diuinarum auctoritatum certis clarisque documentis, cohibere se debet humana præsumptio, nihil faciens in partem alteram declinando. Solomon certe 3. Reg. 8. rationem, cur in afflictionibus oratione ad Deum sit confugiendum hanc reddit: Des cuique sicut videris cor eius. Tu enim solus nosti cor omnium filiorum hominis.

XV. Apocalyp. 5. Quatuor animalia, & viginti quatuor seniores, prociderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas, plenas odorem torum, quæ sunt orationes Sanctorum. Respondeo: Non opus est diuinationibus,

XIII. A
possibili ad
esse.

Sanctos ubi-
cunque inuo-
cantur, ibi
adesse.

Augustinus

XV. Ex Apoc.
cal. 5.

Licet à viuis
petere, & pro
nobis orent.
Ergo & San-
ctos inuocare
licet, & pro
nobis inter-
cedant.

An compellā-
di Sancti, si
non inuocan-
di.

Alia exceptio
Pontificiorū.

XIII. E cō-
laratione
Angelorum
& Sanctorū.

Aliud argu-
mentum eius-
dem farinae
& coloris.

bus, quales fuerint illæ *προσευχαι* Sanctorum. Iohannes enim ipse mox explicat: Canunt canticum nouum, dicentes: Dignus es accipere librum, & aperire sigilla eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo per sanguinem tuum, ex omni tribu & lingua, & fecisti Deo nostro Reges & Sacerdotes, & regnabimus super terram. Ex hoc itaque loco, non tantum non probatur inuocatio Sanctorum. Sed cum certum sit, beatos in cælo non esse mortuos, nec otiosos, & inde colligatur eos orare: In hoc loco ostenditur, quales sint beatorum orationes in cælo. Et c. 16. describitur alia oratio martyrum: Vsq̄quo Domine non iudicas & vindicas sanguinem nostrum, de his qui habitant in terra? Quod vero vel particularia vota audiant, vel speciales necessitates viuientium in terra cognoscant, & pro iis in specie Deum interpellent, hoc sane Iohannes non vidit, nec nobis id, quod scriptum non est, affingere licet.

XVI.

XVI. Apocalyp. 8. Alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium, super altare aureum, quod est ante thronum. Et ascendit fumus incensorum, de orationibus Sanctorum, de manu Angeli coram Deo.

Primasius.

Respondeo: Primasius intelligit per Angelum Christum. Is enim apparet vultui Dei pro nobis, Ebr. 9. Et per ipsum offerimus Deo sacrificia laudis, Ebr. 13. Et quia propter ipsum preces nostræ à Deo recipiuntur, ideo dicitur addere incensum orationibus nostris, vt ascendant, sicut incensum ad Deum, Psal. 141.

Interpres in Apocalypsi vertit, vt daret de orationibus Sanctorum. Sed Græca habent: Data Angelo incensa, vt daret ea orationibus Sanctorum: vel si intelligatur de Angelo simpliciter, idem erit, quod Scriptura alibi dicit: Angelos offerre orationes nostras Deo, & referre exauditionem earum, Tob. 12. Dan. 9. & 10. Luc. 1. Acto. 10. Et illis adde incensum odoris fragrantis coram Deo, non ex Angelorum dignitate aut meritis, sed ex ara, quæ est ante thronum Dei. Christus enim est ipse sacerdos, sacrificium & ara, Ebr. 13. Et tamen Angeli adorari se omnino non volunt, Apocal. 19. & 22.

Exceptio de orationibus Sanctorum in cælo.

Si quis verò contendat intelligendas esse orationes Sanctorum, non qui in terra sunt, sicut Psal. 16. loquitur, sed qui in cælo versantur, nihil aliud inde eruetur, quam non tantum credentes in terris, verum etiam beatos in cælo offerre Deo preces. Quales verò illæ beatorum preces in cælo sint, expresse describitur Apocal. 5. & 6. Addit autem Ioann. etiam Angelos suas celebrationes, tanquam socia thura, adicere, vt omnia, quæ in cælo & in terra sunt, adorent & glorificent Deum, Apocal. 5. Hæc sententia etiam vera est, sed de inuocatione Sanctorum, nullo artificio ex loco illo aliquid elici potest.

XVII. Exa-guocatione Vocabuli adorationis.

XVII. Sed scriptura testatur adorationem etiam creaturis suo modo tribui, vt Abraham adorauit populum terræ, Genes. 23. Iacob adorauit Esau. Gen. 33. Nathan adorauit Dauidem, 3. Reg. 1. Salomon adorauit matrem, 3. Reg. 2. Sunamitis Elisæum, 4. Reg. 4. & c. Ergo licet Deus solus sit adorandus & inuocandus, tanquam primum, supremum & æternum principium, nihil tamen

obstat, quò minus suo modo etiam Sanctos inuocare & adorare liceat.

Respondeo: Notum est, reuerentiam quæ magnis viris geniculatione, aut inflexione corporis exhibetur, appellari in veteri Testamento adorationem. Sed adoratio, qua genua cordis flectuntur (vt Paulus loquitur) in inuocatione, vt exaudiamur, recipiamur, iuuemur & saluemur, est opus fidei, & præcipua pars cultus diuini. Ideo Christus dicit: Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles. Nec valet Sophisticum effugium, si dicatur, non admitti idololatriam, si modo creaturæ, quæ adoratur, & inuocatur, non tribuatur, quod sit primum, supremum, & æternum principium. Satan enim Luc. 4. petens se adorari, non petebat sibi à Christo hoc tribui, quòd esset ab æterno, & principium omnium, nec quòd à seipso haberet potestatem & gloriam mundi, sed inquit: Mihi tradita sunt, & cui volo, do illa: Si igitur me adoraueris, dabo tibi. Adorare igitur seu inuocare Sanctos ea opinione, quòd omnia ipsis tradita sint, ita vt adorati seu inuocati, ea nobis dent, idololatria est, pugnans cum illo mandato Dei, Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles, sicut definitio adorationis, quæ soli Deo debetur, ex illo loco Luc. 4. manifeste colligitur. Nec verò hoc discrimen est, quòd idololatria sit, si Diabolo tribuatur adoratio seu inuocatio, si verò Sanctis tribuatur, esse pietatem. Nam Apocal. 19. & 22. Iohannes adoraturus Angelum, non erat tam stultus & prophanus, quòd cogitaret Angelum esse primum, supremum, & æternum principium, sed gratiam Angeli, ad consequenda ab ipso alia plura beneficia, illa adoratione ambire volebat. Angelus vero duriter Iohannem repellit: vide ne feceris, Dominum adora. Manifestum igitur est, Pontificias inuocationes Sanctorum, quæ superius descriptæ sunt, esse non venerationes Sanctorum, sed adorationes soli Deo debitas, hoc est, esse idololatriam.

Sophisma Pontificiorum.

Pontificia inuocatio Sanctorum est idololatria.

XVIII. Sed Augustinus de ciuit. 10. distinguit inter honorem, seu cultum *δουλείας*, qui creaturis tribui potest, & inter cultum *λατρείας*, qui soli Deo debetur, quique sine crimine idololatriæ, non potest creaturis tribui. Et hoc fæcit omnes superstitiones purgare conatur Pontificij. Quia enim eo modo, sicut superius ex ipsorum libris annotauimus, Sanctos inuocant & adorant, quando ipsis opponuntur manifesta Scripturæ testimonia, de solo Deo adorando & inuocando, conantur per hanc vnicam rimam elabi, quòd inuocent & adorent Sanctos, cultu dulci, non autem latricæ. Sed respondeo: Augustinus videns Scripturam docere, vt Deum diligamus, timeamus, honoremus, colamus, & ipsi seruiamus: Et eandem etiam præcipere, vt parentes honoremus, illis seruiamus, amicos colamus, proximum diligamus, regem timeamus: Vt igitur honorem & cultum, qui soli Deo debetur, distingueret ab honore, qui creaturis etiam recte impendi potest, bono & recto consilio hanc distinctionem tradidit, alterum vocas *λατρείαν*, alterum *δουλείαν*. Ex Scriptura vero vult sumi & iudicari, qui honores soli Deo debeantur, & qui creaturis etiam recte impendi possint. Sed Pontificij, illa Augustini distinctione ita abutuntur, quasi omnia, quæ Sanctis tribuunt, etiam si soli Deo, iuxta

XVIII. Ex discrimine cultus δουλείας & λατρείας.

Causa huius distinctionis Augustini.

Scriptu-

Scripturam debeantur, si modo hanc appellationem appingant, quod sit cultus dulix, excusare & iustificare hoc facio possint, quod Augustino nunquam in mentem venit. Loquitur enim de re ipsa, quam iuxta Scripturam vult iudicari, quod scilicet sit cultus quidam, qui soli Deo debetur, & hunc Augustinus distinctionis gratia appellat *λαρρείαν*. Quādo verò cultus ille ad creaturas transfertur, tunc dicit esse idololatriam, siue cultus ille ab hominibus appelletur *δουλεία* siue *λαρρεία*. Ostendimus autem supra clarissime, Pontificios adorationem & inuocationem, quæ solius Dei propria est, re ipsa transferre ad Sanctos. Nihil itaque releuantur, si verbo dicant, se illud facere cultu *δουλείας*. Rem ipsam enim & non vocabula, quæ sæpe optima, rebus pessimis ab hominibus imponuntur, Deus iudicat. Neq; Augustinus dicit, posse etiam creaturas inuocari & adorari, si modo addatur vocabulum dulix: Deum enim solum vult adorari & inuocari. Et hunc esse cultum *λαρρείας*, ostendit Psal. 50. Inuoca me, & eripiam te, & honorificabis me. Item: Dominum adorabis, & ipsum coles, vbi expresse ponitur verbum *λαρρείαν*. Scio Vallam disputare *λαρρείαν*, tribui etiam hominibus, vt in Sophocle, & in Græca versione, Leuitici 22. & 29. Num. 28. & 29. opus seruile vocatur *λαρρείαν*, & *δουλείαν* tribui etiam Deo, Actor. 20. Romanor. 7. 1. Thessal. 1. Quod quidem etiam Augustinus non ignorauit. Inquit enim Scriptura, aut semper, aut tam frequenter, vt pene semper seruitutem, quæ pertinet ad colendum Deum, appellet latriam. Sed non incommoda est hæc Augustini distinctio, si recte vsurpetur, & sicut Augustinus eam tradit, nihil prorsus patrocinator Pontificiis superstitionibus.

XIX. Ex di-
cto Christi,
Ioan. 5.

XIX. Ioan. 5. Est qui vos accusat Moses, in quo vos speratis, ergo fides tempore Christi fuit: Mosen Iudæos apud Deum pro meritis, vel excusare, vel eis patrocinari, & Iudæos in eius patrocinio spem collocasse. Respondeo: Christus non facit Mosen aduocatum Iudæorum coram Deo in altero seculo, in quo sit sperandum, sed loquitur de ministerio, seu de doctrina Mosis. Et idem est, quod Pharisei dicunt Ioan. 9. Nos Mosis discipuli sumus, & scimus, quod Mosis locutus sit Deus. Sperabant igitur, si Mosis doctrinam sequerentur, se Deo gratos & acceptos esse. Christus verò inquit: Ministerium seu doctrina Mosis vobis maxime aduersatur & accusat vos. De me enim loquitur, & est pædagogus ad me, quem vos reiecit. Et vsitatum est, authorem seu ministrum nominari, quādo ministerium seu doctrina intelligitur, vt Luc. 16. Habent Mosen & Prophetas, audiant illos. Non intelligendū est, quod Moses tempore epulonis istius vel vixerit, vel reuixerit, & corporaliter tunc docuerit, sed ministerium & doctrina illius intelligitur. Sicut igitur tunc habebant Mosen, & audiebant Prophetas, qui dudum mortui fuerant, quia doctrinam eorum habebant & audiebant: Ita & sperabant in Mose, & Moses accusabat eos.

XX. Ab ex-
plo damnati
epulonis.

XX. Luc. 16. Diues epulo, cum esset in altero seculo, & videret statum beatorum, Abrahami & Lazari, in altero seculo, petiturus mitigationem pœnæ, non Deum ipsum accedit, sed Abrahamum inuocat, & fratrib. impetraturus pœnitentiam, Abrahamum rogat, vt S. Lazarum mittat.

Respondeo: Damnati in altero seculo, quia vident se à Deo prorsus abiectos esse, Deum fugiunt, & vbiuis potius, quam apud Deum quærunt consolationem, licet frustra. Num igitur à damnatis, qui à Deo abiecti, & in æterna desperatione sunt, discemus veram inuocationem? Ita vt propter damnatum epulonem, à manifesta Scripturæ sententia, de solo Deo in nomine Christi inuocando, discedamus? Et certe diues ita orans non exauditur, sed tristem audit sententiam. Orent igitur cum diuite isto, qui ita exaudiri, & iuari volunt. Nos iuxta doctrinam, mandatum & promissionem Christi, in nomine Domini inuocabimus. Vidit diues iste Abrahamum & Lazarum, atq; ideo alloquitur illos, inde verò non sequitur, eodem modo absentes Sanctos compellendos. Meminerat, in quo statu fratres moriens reliquerat: Ignorabat autem, an postea pœnitentiam egissent, inde certe non sequitur beatos cognoscere omnia, quæ singuli viuentes in terris agunt vel cogitant. Eiusdem verò ponderis est & hoc argumentum, quod milites crucifigentes Christi dicunt: Heliam vocat, sinite videamus, an veniat Helias. Quid enim? Num ab impiis militibus, qui in Ethnica idololatria educati & instituti erant, discemus, quomodo Deus inuocandus sit? Num propter militares sacrosmos, à verbo Dei, monstrante veram & salutarem rationem inuocationis, discedemus? Audierant milites isti Iudæorum opinionem, quod Elias tempore Messix rediturus esset; ideo putat Heliam iam adesse: Cumque linguam Syriacam non intelligant, existimant ipsum à Christo vocari. Ex hisce verò argumentis lector iudicet, quale dogma sit inuocatio Sanctorum, cui stabiliendo talia quæruntur fulcra.

XXI. Cochleus adducit & hæc testimonia, Psal. 134. In seruis suis deprecabitur. Psal. 32. Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Psal. 120. Leuavi oculos meos ad montes. Psal. 119. Aspice in me, & miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum. Hæc testimonia annotaui, non quod verear vlli sano posse persuaderi, in illis tradi & stabiliri inuocationem Sanctorum, sed vt Lector ex huiusmodi argumentis & probationibus discat æstimare, qua fide & qua conscientia Pontificij causam hanc agant. Nam Psal. 134. est verbum *דבר*, quod significat Deum cōmiseratione moueri erga seruos suos, quibus iratus fuerat. Psal. 32. loquitur de Sanctis in hac vita, petentibus remissionem peccatorum suorum. Ita enim Paulus Romanorum 4. exponit, Psal. 120. Montes in quo Syon & templum sita erant, intelligit, eo enim oraturi se vertebant, Daniel. 6. In Psal. verò 119. phrasis est, secundum iudicium, id est, sicut soles misereri eorum, qui diligunt te.

Richardus etiam verba 2. Pet. 1. in hanc sententiam allegat: Dabo operam post obitum meum, vt horum omnium memoriã faciatis. Cum verba hoc sonent: Dabo operam, vt post obitum meum habeatis, vnde horum memoriã habere & retinere possitis. Illud verò scripta illa Epistola se efficere declarat. Sunt, qui dicunt verba, Daniel. 8. Gabriel fac intelligere visionem, esse inuocationem Angeli, cum sit mandatum filij Dei, vt Gabriel visionem illam Danieli explanet.

XXII. Sed 2. Macca. 15. Onias olim Pontifex &

Aliud ab exemplo militis crucifigentium Christum.

XXI. Genes argumentorum è Cochleus.

XXII. Ex 2. Macchab. 15.

Augustinus.

Ieremias, apparent orantes pro populo, & pro ciuitate, Respondeo: liber est Apocryphus, & propter historiam utilis est, si sobrie legatur, sicut Augustinus inquit: Non autem ut inde proferantur testimonia ad auctoritatem fidei confirmandam. Eius enim auctoritas ad corroboranda ea, quæ in contentionem veniunt minus idonea iudicata fuit. Hoc enim est Cypriani & Hieron. iudicium de libris Apocryphis. Et si testimonium illud expèdatur, somnium est, quod ad excitandos militum animos Machabæus recitat. Et tamen in illo ipso loco, nec Machabæus, nec exercitus, vel Oniam, vel Ieremiam, sed Dominum inuocant, ideo nec inde inuocatio Sanctorum probari potest.

*Cyprianus.
Hieronimus.**XXIII. Ex
Baruch 3.**Lyra.*

XXIII. Baruch 3. Audi nunc orationem mortuorum Israël. Respondeo: Et hic liber est Apocryphus. Lyra verò hæc verba ita exponit. Patriarchæ & Prophetæ dum uiuerent, orarunt pro felici statu posteritatis, illam orationem, quam uiuentes adhuc orarunt, nunc petit exaudiri.

*XXIII. Ex
miraculis ad
inuocatione
Sanctorum
factis.*

XXIII. Ad inuocationem Sanctorum multa edita sunt miracula. Et miracula sunt testimonia veritatis doctrinæ.

Respondeo: Ex solis miraculis, sine testimoniis uerbi diuini, non posse vllum dogma probari, nec hoc titulo debere recipi, ipsa Scriptura disertè testatur, Deuter. 15. Si surrexerit Propheta, & dederit tibi signum & portentum, atque euenerit, quod locutus est. Si dixerit tibi: Eamus post Deos alienos, quos non nouisti, non audies uerba Prophetæ illius, quia tētat uos Dominus, ut palam fiat, an diligatis ipsum. Matth. uicesimo quarto, Surgent Pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi. 2. Thessal. 2. Aduentus Antichristi est in omni uirtute, & signis, & prodigiis mendacibus in omni seductione iniquitatis. Apocalyp. 13. Facit signa magna, & seducit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu Bestiæ, &c.

*Differentia
miraculorū.*

Non igitur unius generis sunt omnia signa: quædam enim sunt diuina miracula, quædam sunt præstigiæ Diaboli, quædam sunt figmenta hominum. Quod uero ad inuocationem Sanctorum attinet, quia in Scriptura non est tradita: an ex solis miraculis possit probari & recipi, res plana est. Scriptum enim est, Ebræo. 1. Olim quidem Deum multis modis uerbum suum patefecisse, quod miraculis comprobatum fuit: Nouissime uero in postremis dieb. locutum nobis esse per filium, cuius doctrina, per Apostolos propagata, & per signa subsequētia confirmata est. Post illam igitur nouissimam & postremam patefactionem, non est expectanda reuelatio alterius, & noui alicuius dogmatis. Cum itaque dogma de inuocandis Sanctis, Scriptura Canonica ignoret, atque ita nouum sit, nulla uel signa, uel portenta extra uerbum Dei, ad probationem noui istius dogmatis admittēda sunt. Si enim relicta regula uerbi Dei, signis & prodigiis agendum erit, eadem opera uniuersam Ethnicorum idolomaniam stabiliemus. Paria enim, si non plura & maiora signa & prodigia, edita sunt apud Ethnicos, ad inuocationes & cultus idolorum.

Postremò, cum uideant, causam inuocationis Sanctorum, non reddi meliorem, proferendis huiusmodi alienis & contortis ex Scriptura testimoniis: Alij qui inter Pontificios prudentiores haberi uolunt, omittis Scripturæ testimoniis, in quibus parum ad uictoriam spei collocant, ad patres, & ad antiquam consuetudinem, longi temporis præscriptione confirmatam, cōfugiunt. Dicunt enim, ab annis plus mille, inuocationem Sanctorum in Ecclesiam receptam fuisse. Et Patres ferme omnes eam docuisse, uersurpasse & defendisse. Cum autem euidenter hæctenus demonstratum sit, Pontificiam inuocationem Sanctorum, in Scriptura Canonica non tradi, possem simplici, breui & uera, ad hoc argumentum responsione defungi: Patres scilicet, suo siue sensu, siue consensu, sine certis, claris, & firmis uerbi Dei testimoniis, non posse nouos articulos fidei in Ecclesia facere. Nam sicut Augustinus uere dicit, ad auctoritatem fidei seu dogmatis in Ecclesia non ualeat. Hæc ego dico, Hæc tu dicis, Hæc ille dicit. Sed, Hæc dicit Dominus.

*Patrum te-
stimonia, &
longissimi te-
poris consue-
tudo inuocā-
di Sanctos.**Generalis re-
sponso ad re-
sponso Pa-
trum.*

Possent etiam ex Gratiano adferre, consuetudinem sine uerbo Dei non esse ueritatem, sed uetustatem erroris. Iuxta Cypriani enim dictum non attendendum est, quid aliquis ante nos fecerit, sed quid ille, qui ante omnes est, faciendum & docuerit, & mandarit. Possent etiam Heronymi dictum allegare: Errantium multitudinem non parere errori patrociniū. Sed quia canices patrum reuerenter, salua tamen uerbi Dei præminētia, & fidei sinceritate, tractanda est, & aliquid poterit adferre utilitatis, si præcipuis sententiis, quæ ex ueteribus ad stabiliendam inuocationem Sanctorum proferri solent, addantur ueræ declarationes: Ponamus sane in hac etiam explicatione aliquid operæ. Ut autem explicatio illa sine tædio, ac maiori cum fructu considerari possit, colligemus quasi historiam, ex præcipuis antiquitatis Scriptoribus, de origine & progressu inuocationis Sanctorum.

*Responso ad
longiss. tem-
poris consue-
tudinē.
Cyprianus.
Augustinus.*

HISTORIA DE O- RIGINE INUOCATIO- NIS SANCTORUM.



NON dubium est, multum accessurum lucis huic controuersæ, si ex ueris & probatis antiquitatis monumentis, contexatur historica annotatio, de origine inuocationis Sanctorum. Inde enim non tantum ueterum sententiæ, quas ad stabiliendam Sanctorum inuocationem, Pontificij colligere, & ostentui habere solent, recte explicari poterunt, sed præterea multas etiam alias uiles commonefactiones hæc consideratio præbebit. Et integram quidem talem narrationem, more & stylo historico formandam alijs eruditioribus & eloquentioribus concedam. Pro ratione uero nostri instituti, simpliciter & breuiter de hisce capitibus quædam annotabo.

I. Quod optimis & purissimis Ecclesiæ temporibus, Christi scilicet & Apostolorum. Imo in primitiua etiam seu uetustissima Ecclesia, post Apostolorum

*Capita huius
historice nar-
rationis.*

stolorum tempora, prorsus ignota fuerit inuocatio Sanctorum.

II. Quibus temporibus, & à quibus auctoribus spargi cœperint seminaria ratiocinationum, de orationibus beatorum in cœlis pro Ecclesia.

III. Quod illam opinionem primò, vt priuatū, non autem tanquam publicum & authenticum dogma Ecclesiæ, auctores habuerint.

III. Quod illi ipsi auctores Sanctos tunc nondum inuocauerint, sicut in Pontificia Ecclesia fit, sed quod ingens dissimilitudo sit inter illas veterum cogitationes, & inter Pontificiam inuocationem Sanctorum.

V. Quomodo ex illis initiis sensim progressum sit ad speciem quandam inuocationis.

VI. Quod in ipsi apostrophis compellationū, facti sint patres, se de opinione illa dubitare.

VII. Licet cœperint tunc priuatæ quædam & singulares veterum quorūdam deuotiones (sicut nominant) quod tamen in publicas Ecclesiæ preces illæ admixtæ non fuerint, sed quod priuatæ quorundam deuotionibus publica illorum temporum praxis (vt ita loquar) in inuocatione Dei in Ecclesia, recte opponi possit.

VIII. Quod antiquis temporibus, cum quidam inuocationem Sanctorum inciperent vsurpare & defendere, alij fuerint, qui eam improbarint & reprehenderint, donec extincta luce doctrinæ, superstitiones prorsus inualuerunt.

IX. Quod ex incertis & supposititiis scriptis, quæ falso Patribus tribuuntur, ad stabiliendam inuocationem Sanctorum, à Pontificiis proferantur testimonia. Hisce capitibus comprobatis, facilis & plana erit responsio ad argumenta ex Patribus adducta.

Non autem institutam tractationem, quæ fuerit origo idololatriæ inter Gentes, ab initio mūdi, & quomodo ea etiam in populum Dei, sub veteri testamento irrepserit, sed tantum de temporibus noui testamenti dicemus, vtque explicatio planior sit, breuiter primum describemus, qualis tunc fuerit idololatria apud Ethnicos. Ita enim diligentius & rectius ex antithesi considerabitur, qualis doctrina & inuocatio in Ecclesia, primis & optimis temporibus, idololatriæ Gentium opposita fuerit: Quomodo postea ad illos Gentium διδωμοσις (Sicut Paulus nominat, Roman. i.) utpote rationi humanæ consentaneos, sensim cœperit etiam in Ecclesia fieri quædam inclinatio, donec tandem in manifestam superstitionem res euasit, quæ semel admissa, in immensum creuit, ita vt tandem inter idololatriam Gentium, & inter cultum ac inuocationem Sanctorum, nihil nisi nominum seu appellationum tantum mutatio interfuerit, id, quod Ludouicus Viues in Commentariis suis, super libros Augustini de ciuitate Dei manifeste fatetur.

Neque vero totam Camarinam de Diis Gentium, de cultu & inuocatione eorum mouebimus, sed tantum quædam, quantum ad institutam antithesin necessarium iudicabitur; breuiter perstringemus.

Plerique igitur inter Gentes, vnum summum cōstituerunt Deum, sed illi alia inferiora numina adiunxerunt seu substituerunt. Ideo, quod exultimarent, supremam illam numinis maiestatem sublimiorem esse, quam vt vel singulas mor-

talium res curare velit, vel à miseris & indignis hominibus adiri possit: Inferiores verò Deos aditu faciliores esse, & affici cura rerum humanarum, ac quia apud summum illum Deum auctoritate valeant, posse hominibus ea, quæ petunt, conficere, & impetrata ad homines perferre. Inde conficti tanta varietate Dij cœlestes, aërij, terrestres, marini, syluestres, tutelares, penates: Inter quos quasi distributa fuit, per certas procuraciones, administratio vniuersi, præfecti peculiare patroni, regionibus, prouinciis, ciuitatibus, familiis, domibus, elementis, frugibus, pecoribus, opibus, morbis, artibus, opificiis, &c. Pleni sunt omnium Poëtarum libri, quomodo homines inferiores illos Deos coluerint & inuocarint, & quomodo Dij illi sic culti & inuocati, mortalium causas, suis intercessionibus apud summum Deum egerint: Quomodo etiam, vt suorum supplicum negotia eò melius conficerent, & petita impetrarent, gratiam & merita sua coram summo illo Deo, prolixè allegarint. Hæc quia vulgata, & in lectione Poëtarum, vbiq; obuia sunt, hoc loco non repetemus, sed tantum ex Eusebio & Augustino, de Platoniorum opinione quædam adscribam, quæ institutam antithesin illustrare poterunt.

Platonici enim inter summum Deum, & inter homines, duplices constituerunt mediatores, quorum intercessione & opera, mortalium preces ad Deum perferrentur, & negocia conficerentur, Dæmones scilicet & animas defunctorum. Quos enim in hac mortali vita, de genere humano præclare meritos esse cognouerant, eorum animas post mortem, vt Deo propiores factas, & curare res humanas, & iis plurimum apud Deum prodesse posse, opinabantur. Ita Æneas patrem suum defunctum inuocat: Nunc pateras libate Ioui, precibusq; vocate Anchisen genitorem. Et Eusebius de præparatione Evangelica, lib. 15. dicit ex Platonis & Stoicorum sententia, duplices esse patronos mortalium in cœlo apud Deum, Dæmones scilicet & Heroas. Et Dæmones esse δαίμονες ψυχικαί, essentias spirituales. Animas vero à corporibus separatas esse ἡρώαυ. Et libro 12. citat ex Platone de legibus hanc sententiam. Defunctorum animæ virtutem quandam habent, qua post mortem (ὀπιμελδόντι) res humanas in fidem curamque suam recipiunt, & iis præsent. Et addit Plato, disputationes, in quibus illa continentur, veræ quidem sunt, sed nimium prolixæ. Credere vero oportet, & aliis de huiusmodi rebus opinionibus & narrationibus, cum & multæ & valde antiquæ sint. Hæc Plato.

Augustinus verò in libris de ciuitate Dei plenius ex Platonis, Apuleio & Porphyrio opinionem illam explicat, vt libro 8. capite 14. dicit, Platonicos assignare Diis locum excelissimum, hominibus infimum, Dæmonibus medium, capite 16. & 17. Dicunt Dæmones obsequiis donisque placari, gaudere honoribus, diuersis sacrorum ritibus oblectari, & in cis si quid neglectum fuerit, commoueri, donis inuitari, honoribus mulceri, religione coli, capite 18. Hunc honorem ipsis ideo deferri, vt quādo iuxta Platonem nullus Deus miscetur homini, isti ad Deos perferant preces hominum, & inde ad homines impetrata, quæ poscunt, vt homo eos patronos adhibeat,

Vnus Deus summus, sub quo alia numina inferiora.

Officia & beneficia Deorum intermediorum.

Libri Poëtarum.

Platonici enim Dij mediatores inter Deum summum & homines.

Eusebius.

Augustinus de mediato-ribus Platoniorum.

Ludouicus Viues.

De Diis Gentium & eorum cultu & inuocatione.

hibeat, per quos illum Dij exaudiunt, capite 20. Vrgens causa cogit dæmones medios inter Deos & homines agere, vt ab hominibus auferant desiderata, & ad eos referant impetrata, capite vigesimo primo. Ab hoc & ipsi dæmones putantur colendi, per quos Dij possint, & quid in rebus humanis agatur addiscere, & vbi oporteat hominibus subuenire, capite 22. Ita esse medios dæmones inter Deos & homines, tanquam internuncios & interpretes, qui hinc ferant petitiones nostras, inde referant Deorum suppetias, quia meritis superiores sint hominibus, cap. 23. Apuleius dicit, dæmones hominibus apud Deos necessarios esse, vt inter homines, Deosque quadam medietate versentur, capite 25. per dæmonum medietatem ambiendum ad benevolentiam seu beneficentiam Deorum, cap. 26. Æsculapij mundanus homo, id est, corpus iacet in monte Lybiæ, reliquus vero, vel potius totus (si est homo totus in sensu vitæ) melior remeavit in cælum: omnia etiam nunc hominibus adiumenta præstans infirmis numine suo, quæ ante solebat medicinæ arte præbere. Item Hermes in cognominis sui patria consistens, omnes mortales vndique venientes adiuuat atque conseruat. In vero vxorem Osiris, tam multa bona præstare propiciam, quantis scimus obesse iratam. Item opinantur dæmones ex hominum mortuorum animis extitisse: Libro 9. capite 2. Per dæmones tanquam medios Diis conciliari affectat, & studet. Capite nono, Dæmones mediatores sunt inter homines & Deos, per quos ad Deorum amicitias homines ambiant. Capite vndecimo, dicunt & animas hominum dæmones esse, & ex hominibus, si meriti boni sint, fieri lares, si mali, lemures seu laruas. Cap. 25. Quærun mediatores, per quos arbitremur nobis peruentiois gradus ad Deum esse molindos. Cap. 18. Dicunt dæmones mediatores viam præbere ad Deum. Idem libro 8. cap. 13. Putant Deos malos sacris placandos esse, ne lædant, bonos autem vt adiuuent inuocandos. Has sententias de Platoniorum opinionibus ex Augustino, ideo primo loco adscripsi, vt eò facilius & rectius institui possit ea, de qua supra dictum est, antithesis. Cum illis enim Platoniorum opinionibus, in re ipsa tantum appellationibus immutatis, prorsus cõueniunt ea, quæ Pontificij de mediationibus, suffragiis, patrociniis, meritis, ope & auxilio Sanctorum tradunt, sicut ex ipsorum libris supra monstrauius.

Hermes.

Dæmones ex animab. mortuorum.

Vera inuocationis doctrina opinionibus Ethnicorum à Christo & Apostolis opposita.

Sed videamus iam qualem doctrinam de vera inuocatione Dei, Christus & Apostoli, istis Ethnicorum opinionibus opposuerunt. Et diabolos quidem seu malos spiritus, non esse colendos & inuocandos seu adorandos, Christus manifeste tradit Matth. 4. Quia vero apud Deum sunt sancti & electi Angeli, qui emittuntur ad ministerium saluandorum: Sunt etiam animæ iustorum, quæ apud Deum in cælo viuunt, sicut concilio cœlestis Hierusalé describitur, Ebr. 12. Num igitur Scriptura Canonica tradit, infima reduci ad summa, hoc est, homines habere accessum ad Deum per hæc media, hoc est, per intercessiones, patrocina & merita Angelorum & beatorum in cœlis, quorum auxilium in inuocatione implorandum sit?

Ex Platoniorum certe ratiocinationibus hoc

sequeretur. Et Philo, qui Apostolorum temporibus vixit, cum Platonice Philosophiæ adeo deditus esset, vt de ipso vulgò diceretur, sicut Hieronymus notauit, ἡ φίλων πλατωνιστῆν Πλάτων φιλοσοφίαν inuexit in Eccliam Iudæorum. Opinionem Platoniam de dæmonibus, ad animas seu Spiritus iustorum defunctorum trās tulit. Ita enim in libro de execratione scribit. Iudæi tres habent aduocatos, & intercessores apud Patrem. I. Bonitatem patris. II. Priscos Gentis conditores, qui nudis animis pro filiis & filiabus indefinenter efficacibus precibus supplices, hoc honore digni habiti sunt à patre, vt facile exaudiantur. III. Habent profectum pœnitentium.

Et ita quidem Philo platonisat: Christus vero & Apostoli, nec de Angelis, nec de spiritibus beatorum tale quid tradunt, sed docent: Vnum nos habere Mediatorem & aduocatum apud Patrem, Iesum Christum, qui appareat vultui Dei in cœlis, interpellans & intercedens pro nobis: per hunc affirmat Scriptura, nos habere accessum ad Deum, addita promissione. Quicquid patrem in nomine huius Mediatoris petierimus, ratum fore. Christus igitur & Apostoli docuerunt, inter Deum & homines, propter peccata & indignitatem nostram omnino opus esse Mediatore, ad quem inuocatione confugiendum sit, vt causam nostram suscipiat, & eam patrocinio suo apud patrem agat & conficiat. Illud verò officium Mediatoris, nec Angelis, nec beatorum spiritibus in cælo, sed soli Christo vnico Mediatori tribuunt. Et contra Platonios asseuerant, Deum ipsum res nostras curare, & velle ipsum à nobis per Christum inuocari. Et quidem Christus addit sententiam exclusiuam: Nemo venit ad Patrem, nisi per me.

Dignum verò est obseruatione, quod tempore Christi & Apostolorum, illis ipsis humanæ rationis cogitationibus, ex quibus Platonici suam opinionem de Mediatoribus extruxerant, quidam non Ethnici tantum, verum etiam pij moti, & in eam hallucinationem adducti fuerunt, quod tentarunt ea tribuere, vel Sanctis Dei, vel Angelis, & quæ Platonici dæmonibus, & heroibus suis tribuerunt, sed grauitè & seriò fuerunt reprehensi & prohibiti, ac solum Deum in nomine Christi adorare, & inuocare iussi sunt.

Notæ enim sunt historiæ Actuum 10. & 14. Apocalyp. 19. & 22. Et Coloss. 2. Paulus eorum seductionem cauendâ esse docet, qui prætextu humilitatis, ὑποκρίαν Angelorum docebant. Quam sententiam Theodoretus ita exponit: humilitate vtentes hoc consulebant dicentes: Vniuersorum Deum nec cerni, nec comprehendere, nec ad eum posse perueniri, & oportere per Angelos diuinam sibi benevolentiam conciliare. Ipsa igitur argumenta, quare Angeli & Sancti, iuxta Pontificiorum traditionem, sint inuocandi, & agitata, & refutata sunt tempore Apostolorum. Et in nouo Testamento, omnes piorum preces diriguntur ad Patrem per Christum, non autem vel ad Angelos, vel ad beatos in cælo. Damnatos quia Deum fugiunt, ostendit Scriptura, præterito Deo ad Sanctorum inuocationem conuerti, sed frustra, Luc. 16.

Hæc in præcedentibus plenius & diligentius sunt explicata. Nunc tantum antithesin inter opinio-

Philo Platoniam Philosophiam inuexit in Eccliam Iudæorum.

Philo de Iudæorum aduocatis apud patrem.

Quid Scriptura doceat de mediatore.

Initio N. Testamenti pij reprehenduntur, quod sanctis vel Angelis tribuerunt, quæ Platonici dæmonibus & Heroibus.

Angelorum mediationem Paulus refutaust.

opiniones Gentium, & inter doctrinam CHRISTI & Apostolorum, de inuocatione notare volui. Cui addatur hæc obseruatio, quod inter Iudæos qui CHRISTI & Apostolorum doctrinam repudiabant, spargi tunc cœperit opinio de inuocatione mortuorum, sicut ex Philone ostendimus, cum Isaia tempore Patres ita orarint: Abraham ignorat nos, Israel nescit nos, Tu pater noster. Hæc antitheses multas vtilis præbent cōmonefactiones.

Porro etiam post Apostolorum tempora, vsque ad annos à nato CHRISTO ducentos & ultra ignota fuit in primitiua Ecclesia inuocatio Sanctorum, nec de intercessionibus & patrociniis beatorum in cœlis, illa ætate dogma vllum fuit in Ecclesia. Cum enim Patres illius temporis, contra superstitiones Gentium, qui Dæmones & Heroas, tanquã mediatores inter Deum & homines colebant & inuocabant, multa grauius & proluxe disputarēt & scriberent, nullibi, nunquã & nusquã, vel Sanctis Angelis, vel beatis defunctorum spiritibus, tale quid tribuerunt, cum tamen antithesis, si Ecclesia illorum temporum ita sensisset, hoc requireret. Sed solū Deū per Christum, vnicum Mediatorem colendum, adorandum, & inuocandum docuerunt, & hanc fidem sanguine suo obfignarunt. De animabus iustorum à corpore separatis, multa disputant, sed quod in cœlo patroni & aduocati sint eorum qui in terris viuunt, hoc profus ignorant.

Extant descriptiones apud eius ætatis scriptores, de publica forma inuocationis, quæ tunc vsitata fuit in Ecclesia, vt apud Clementem 7. Stromatum, Iulianum Apologia secunda, Tertullianum in Apologetico capite trigesimo. Solū autem Deum in nomine Christi inuocatum fuisse legimus, nulla facta mentione, vel patrocini, vel inuocationis, siue Angelorum, siue Sanctorum. Hæc certa & manifesta sunt, nec opus est aliquot sententias inde describere, cum integris libris & iustis tractatibus, illa ab ætatis illius scriptoribus explicata extent. Imo hæreticos illorum temporum, vsos fuisse inuocationibus Angelorum, testatur Irenæus, libro primo, capite vigesimo tertio. Et capite trigesimo quinto ponit formam inuocationis: O Angele te oro, &c. Quidam etiam coluerūt & inuocarunt Cain & Iudam: eos enim, sicut Augustinus scribit, existimarūt esse fortissimæ virtutis. Audi vero, quid illis hæreticorum inuocationibus Irenæus opponat, libro secundo, capite quinquagesimo octauo, Ecclesia, inquit, per vniuersum mundum varias gratias à Deo accipiens, in nomine Christi perficit. Non inuocationibus Angelicis faciens aliquid, sed munde & pure & manifeste orationes dirigens ad Dominum, qui omnia fecit, & nomen Domini nostri Iesu Christi. Vides Irenæum non ponere hanc antithesin. Hæretici inuocant cōmentitios Angelos & falsos Sanctos, vt Cain & Iudam, Ecclesia vero inuocat veros Angelos & veros Sanctos. Sed Ecclesia, inquit, per vniuersum mundum, non vtitur inuocationibus Angelicis, sed orationes dirigit ad Deum in nomine Christi. Hoc sane illustre testimonium est.

Extat etiam apud Eusebium libro quarto, capite decimo quinto, in Epistola Ecclesiæ Smyrnenfis, oratio Polycarpi, qua postrema vsus est, cum in rogo iam palo alligatus esset. In illa orati-

one, Deū nominat quidem Deum Angelorum & potestariū, & omnis creaturæ, ac vniuersi generis iustorum, qui viuunt, inquit, coram te, in conspectu tuo. Non autem inuocat vel Angelos, vel spiritus illos iustorum, nec patrocini, aut suffragij illorum meminit, cum tamen fateatur ipsos esse & viuere coram Deo, Sed patrem, filium & Spiritum sanctum inuocat & glorificat, per æternum pontificem Christum.

Porro martyres illa ætate in magno habitos fuisse honores, non est dubium. Irenæus enim libro 3. ca. 20. dicit: Hæreticos, qui fingebant Christum non vere esse passum, etiam martyres spreuisse, & vituperasse eos, qui propter Domini cōfessionem occiduntur. Et addit: Cum inquireretur sanguis eorum & gloriam consequentur, tunc à Christo confundentur omnes, qui inhonorauerunt eorum martyrium. Ecclesia vero, sicut Epistola Smyrnenfis narrat, martyrum ossa honorifice condidit, & in illo loco solebant *συναγῆσαι*, hoc est, Ecclesiasticos conuentus celebrare, maximè annuo martyrij ipsorum die, quem pulcherrima appellatione, vocarunt *γενέθλιον* diem natalem, seu natalitia, eo, quod miseram hanc vitam cum meliori commutassent, & ex morte in veram ac cœlestem vitam, vere iam regenerati essent. Et inde quidem Pontificii conantur suam inuocationē Sanctorum probare & stabilire, quando legunt, veterem Ecclesiam apud monumenta martyrum solitam Ecclesiasticos conuentus tractatione verbi, administratione Sacramentorum, & exercitiis orationum celebrare. Sed quæ fuerit primitiua illius Ecclesiæ sententia, illius narratione explicatur in Epistola illa Smyrnenfi. Et quia subsequenti temporibus, illa *συναγῆσις* ad monumenta martyrum, occasione & seminaria præbuerunt, ad cultus & inuocationem Sanctorum: grata Ecclesiæ debet esse Smyrnenfis illa Epistola, quia perspicue ostendit, & affirmatiue & negatiue, qua opinione primitiua Ecclesia martyrum memoriam celebrarit. Narrat enim illa Epistola, & Gentes, & Iudæos apud præfectum instituisse, ne Polycarpi corpus Christianis traderetur, addita hac ratione: Ne relicto crucifixo Polycarpū inciperent *εὐσεβείῳ* colere. Quomodo vera Ecclesia Christum colit? Certe sicut Epistola ad Hebræos perpetuum Christi Sacerdotium describit, quod scilicet pro peccatis nostris mortuus sit, & resuscitatus iam sit in dextera patris, merito vnicæ suæ oblationis, & intercessione apparens vultui Dei pro nobis, vt sit aduocatus noster, & Pontifex in iis, quæ apud Deum nobis agenda sunt, interpellans pro nobis, vt per ipsum accedentes ad Deum, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus ad salutem & ad auxilium oportunum, Hebræorum 2. 4. 7. & 9. Audi vero quid Ecclesia Smyrnenfis illis Gentium & Iudæorum calumniis respondeat: Ignorant, inquit, quod neque Christum, qui pro salute eorum, qui in toto mundo saluandi sunt, passus est, vnquam relinquere, neque aliquem alium colere poterimus. Qua igitur opinione, qua sententia & intentione memorias martyrum celebrarunt in primitiua Ecclesia? Respondeat Epistola Smyrnenfis: Christum tanquam filium Dei adoramus, martyres vero tanquam discipulos & imitatores Domini, diligimus, & *αἰῶς* sicut dignum est, propter insuperabilem erga regem

*De honoribus
& memoris
martyrum in
primitiua Ec-
clesia, qua pos-
tea semina-
ria præbue-
runt inuocati-
oni sanctorū.
Epistol. Smyr-
nenfis.*

*Ecclesia ossa
martyrū ho-
norificè condi-
dit, non autem
eos in interces-
sione in oratio-
nibus coluit.*

*Natalitia
martyrum.
Conuentus Ec-
clesiasticus ad
monumenta
martyrum.*

*Causa cur Ec-
clesia marty-
rū memoriā
celebrauerit.*

*Negatiua.
Cuius Chri-
sti in Ecclesia.*

*Affirmatiua.
Cultus mar-
tyrum in pri-
mitiua Ec-
clesia.*

regem & præceptorem suam benevolentiam, quorum & nos cõsortes & discipulos fieri optamus. Et in fine: Celebramus diem natalitium Polycarpi, *εις των περιηλικότων μνήμων, και των μάλλόντων άσκησιν και έτοιμασίαν*, hoc est, memoriam eorum, qui certamen suum iam deceitarunt, & ad sequentium exercitationem & præparationem, siue vt Ruffini paraphrasis habet, vt sequentium animi ad præcessorum viam insignibus exemplis fuscitentur, audientes ipsos ob certamina celebrari, & iam corona incorruptionis ornatos, ac brauius incomparabili donatos esse. Hæc enim sunt Smyrnenis verba. Scripta autem fuit Epistola illa circa annum Domini 160. Vnde manifestum est primitiuam Ecclesiam, post Apostolorum tempora, in memoriis martyrum, non proposuisse hominibus suffragia & patrocinia, per intercessionem & merita Sanctorum in celo: Sed recitata & celebrata fuisse certamina martyrum, quæ pro fide Christi pertulerunt, addita ex verbo Dei prædicatione, quibus iam coronis ac brauiis ornati essent: idque ideo, vt auditorum animi ad imitationem fuscitentur, & ad similia certamina, propositis martyrum coronis & brauiis, præpararetur & animarentur. Facta fuerunt etiã ibi vota ad Deum, vt Ecclesia in hac miseriarum valle militans, consors & socia fieret martyrum, cum in virtutibus eorum in hac vita, tum in coronis & brauiis in æterna vita, sicut Græca verba votum illud eleganter & significanter exprimunt, *ων γένετο και ήμας συγκαινωνες γένεσθαι*: in voto autem illo, non martyres, sed ipsum Christum filium Dei inuocarunt, sicut Epistola illa inquit.

Collectio s. personarum.

Dionysius.

Memoria Sanctorum in actione Eucharistica.

Causa huius nominationis Sanctorum Dionysii.

Cum hac confessione Ecclesie Smyrnenis, consentiunt ea etiam, quæ sub nomine Dionysii in Ecclesiastica Hierarchia scribuntur, capite 3. Refert enim, in administratione Eucharistie, solita ex sacris tabulis recitari nomina eorum, qui pie, sancteque vixerunt, & in Domino obdormierant. Sed quæ fuerunt causæ, & qui fines illius *ἀναρρήσεως*? Num vt homines docerentur, ad intercessionem, suffragia, patrocinia, opem, & auxilium Sanctorum, inuocatione sua cõfugeret? sicut Pontificius Canon inquit: Quorum meritis & precibus concedas, vt in omnibus tuæ protectionis muniamur auxilio. Hoc vero Dionysius nequaquam dicit, sed causas nominationis Sanctorum has describit. I. Vt viuentes ad imitationem prouocarentur, & ad exemplum beatorum sancte viuere, & pie in Domino mori docerentur. II. Vt Sancti illi prædicarentur esse non mortui, sed viui, qui ex morte ad vitam vere diuinam translati iam essent. III. Vt ostenderetur eos esse in memoria apud Deum. Nouit enim Deus, qui sui sunt. Et preciosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius. IIII. Quãdo altari imposita sunt venerabilia symbola, per quæ Christus *σημαίνεται και μετέχεται*, signatur & sumitur, statim, inquit, ad est descriptio Sanctorum, vt indicetur indiuidua ipsorum coniunctio, & sacratissima vnio cum Christo.

Hæc de cœtibus Ecclesiasticis apud monumenta martyrum, & de recitandis nominibus Sanctorum, diligenter sunt obseruanda, quomodo instituta & obseruata fuerint in primitiua Ecclesia. Illa ipsa enim postea, cum non eo modo, eo fine & ea simplicitate, in Ecclesia obseruarentur, sed additis nouis opinionibus alio inflecteren-

tur, facta fuerunt tandem seminaria cultus & inuocationis Sanctorum, sicut mox ostendemus. Adeo periculosum est, in Ecclesia aliquid sine verbo Dei instituere, etiam si principio nihil videatur habere incommodi.

In primitiua igitur Ecclesia, vsq; ad annos ducentos post Christum natum, dogma de suffragiis, patrocinis, intercessionibus, meritis, ope, auxilio & inuocatione Sanctorum in cœlis, prorsus ignotum fuit: & longe alia tunc fuit, sicut ostendimus, ratio venerationis Sanctorum, quam quæ postea inuicta est. Cumque iuxta Tertulliani dictum aduersus Praxeam, id sit verum, quodcunque primum, id sit adulterium, quodcunque posterius, non difficile erit, vel ex hac sola obseruatione, de hac controversia iudicare.

Vide autem astum Pontificiorum. Cum enim veris primitiua Ecclesie testimoniis destituantur, & tamen intelligant non leue esse præiudicium, quod Ecclesia primis, optimis & sincerissimis temporibus per annos ducentos, inuocationem Sanctorum ignorauit, ex supposititiis scriptis, & ex locis quibusdam mala fide detortis, testimonia cõquirere conantur, fucum facturi simplicioribus, quasi ab ipsis Apostolorum temporibus inuocatio Sanctorum semper in Ecclesia fuerit. Ita ex commentitia Epistola Anacleti citant, pro omnibus assiduam apud Deum, omnium Sanctorum effundi orationem. Ex Missa supposititia Iacobi citant: Communem orationem agamus Mariæ & omnium Sanctorum, vt precibus & intercessionibus eorum, omnes misericordiam consequamur. Recens vero Lipomannus & Surius, sub veterum nominibus, nouas cõsarcinarunt legendas, vt videantur non destitui, vel vetustissimis primitiua etiam Ecclesie testimoniis. Ibi Aurelianus inuocat Marcialem his verbis: Adsit nobis ille de cœlestibus, vt orationibus eius muniti, mereamur hæreditatis æternæ participes adscisci in regnum Dei. Ibi Cyrus scriba inuocat Leontium martyrem, per quem inquit, Deus sui regni partem nobis concedat. Sed ex fabulis non probantur dogmata.

Perionius vero ex Iustino conatur inuocationem Sanctorum probare. Vt autem Lector iudicare possit, quis sit candor, & quæ fides Pontificiorum, locum adscribam ex secunda Apologia, pagina 137. Obiectio erat, Vos Christiani estis athei. Iustinus vero respondet: Fatemur nos taliorum (*νομιζομένων*) qui putantur esse Dii, atheos esse: sed non veri Dei, *ἐκείνων γδ πατέρες και τον παρ αυτε υδον (ελθόντα και διδάξαντα ήμας ταύτα, και τον άλλον επομένων, η εξομοιμένων αγαθων αγγελων σεβτρον) πνεύματε τδ πνευματικόν, σεβόμεθα και προσκλυνόμεν*, hoc est, Nos patrem, & qui ab ipso est, filium (qui venit & docuit hæc nos, & reliquum exercitum aliorum bonorum Angelorum, qui ipsum sequuntur & ipsi assimilantur) & spiritum Propheticum colimus & adoramus. Hoc Perionius ita deprauat, quasi sensus sit: Nos adoramus Patrem, Filium, Angelos & spiritum sanctum. Quæ sententia prorsus & manifeste impia est. Ita enim Angeli cum ipso Deo, imo supra spiritum sanctum adorarentur. Cum Iustinus alludens ad locum, Ephesios tertio, hoc tantum dicat: Filium Dei, eam sapientiam, quam hominibus reuelauit, etiã Angelis patefecisse, sicut sententia manifesta est, si verba legatur in paræthesi.

Tertullianus.

Ex apocryphis & suppositiis scriptis Pontificij conantur inuocationem asserere pro traditione Apostolica.

Epistola Anacleti.

Missæ Iacobi.

Lipomannus & Surius.

Perionius.

Refutatio.

Ex Irenaeo.

Alij locum Irenaei allegant, qui libro quinto dicit: Vt virginis Euae virgo Maria fieret aduocata. Sed si Lector rem ipsam consideret, sententia plana erit. Maria enim annis ferme quater mille post Euae lapsum & nata est, & concepit Christum. Quis igitur vel per febrim somniabit, Euae tunc cum esset virgo, inuocasse Mariam aduocatam suam, quae nondum nata erat? Et Mariam in caelo apud Deum aduocatam fuisse Euae virginis, id est, priusquam illa ab Adamo cognosceretur, cum Maria tunc nondum nata, nedum assumpta esset? Hoc certe quam absurdum sit, quilibet sanus iudicare potest. Nequaquam igitur hoc sensit Irenaeus, sed confert haec duo inter se, quantum mali per Euae virginem mundo illatum, & quantum boni per Mariam virginem, eo, quod Christum peperit, mundo collatum sit. Et in hac collatione atq; in hanc sententiam, Mariam nominat Euae aduocatam, quod Irenaeus sine dubio Graece significantius dixit. Interpret enim eius & obscurus & infelix fuit, sicut alibi diximus. Firmum igitur & fixum contra omnes cauillationes manet, quod inuocatio Sanctorum, primitiuae Ecclesiae, per annos ducentos, ignota prorsus fuerit.

QUANDO ET A QUIBUS SPARGI COEPERINT SEMINARIA INUOCATIONIS SANCTORUM IN ECCLESIA.

VIDEAMVS iam quando, a quibus, & quomodo coeperint seminaria spargi, & via sterni ad cultum & inuocationem Sanctorum. In tota autem vera antiquitate, inter omnes patres, Origenes primus est apud quem seminaria illa inueniuntur. Et hoc ipso nomine, opinio de inuocatione Sanctorum, merito suspecta habetur, quod seminaria eius, ab Origene auctore initium sumpserunt. Factum enim hoc est illo tempore, cum hanc vitam iam reliquissent omnes illi, qui & Christum & Apostolos audiuerant. Et notum est quid Eusebius lib. ca. 32. ex Egesippo de illis temporibus scribat: Ecclesiam scilicet, usque ad illa tempora, virginem puram & incorruptam mansisse, postquam autem generatio illa praeteriisset, tunc errores, quasi conspiratione facta nudo vertice in Ecclesiam, velut in vacuum domum, irruisse. De ipso etiam auctore Origine, nota sunt veteris Ecclesiae iudicia apud Epiphanium, Tomo 2. li. 1. haeresi 64. Et Hieronymi ad Pammachium & Oceanum, qui inquit: Origenem laudauit interpretem, non dogmatisten, ingenium, non fidem. Item: Credite experto, venenata sunt illius dogmata, & aliena a Scripturis sanctis, vim Scripturis facientia, &c.

Illis igitur temporibus, & ab illo auctore, circa annum Domini 240. spargi coeperunt seminaria inuocationis Sanctorum. Et opere precium est, considerare, qualia fuerint initia, & qui secuti sunt progressus. Non enim ipsa statim inuocatio mortuorum, cum reliquis idolomaniis, quas inde secutas esse, in praecedentibus ostendimus, primo impetu nudo, quod dicitur, capite, in Ecclesiam irrupit. Sed Origenis tempore, primum disputari coepta est opinio illa, ut non absurda nec inconueniens. Animas beatas, ut quae membra adhuc sint vnius corporis nobiscum, & cari-

tatem non abiecerint, in altera etiam vita sollicitas esse de salute nostra, atque pro nobis, fratribus suis orare apud Dominum.

Haec vero opinio, quia nec sententia nec exemplis Canonicae scripturae euidenter demonstrari poterat, sed tantum ex apocryphis scriptis, & ex traditionibus, verisimilitudinem quandam praese ferebat, inter priuatas disputationes & cogitationes reposita, non autem inter publica Ecclesiae dogmata, illis quidem temporibus relata fuit. Haec ita se habere, manifeste ex Origene ostendi potest. Ita enim scribit Homil. 3. in Cantica: Omnes Sancti, qui de hac vita decesserunt, habentes adhuc caritatem erga eos, qui in mundo sunt, si dicantur curam gerere salutis eorum, & iuuare eos precibus suis, atque interuentu suo apud Deum, NON ERIT INCONVENIENS. Scriptum namque est in Machabae. libris ita: Hic est Hieremias Propheta Dei, qui semper orat pro populo.

Idem in Iosue ca. 13. inquit: EGO SIC ARBITROR, quod omnes illi, qui dormierunt ante nos patres, pugnent nobiscum, & adiuuent nos orationibus suis. Ita namque etiam quandam de senioribus magistris audiui dicentem, &c.

Audis testimonia, non ex scriptura Canonica, sed ex Apocryphis, & ex traditionibus. Atque ideo de opinione illa dicit Origenes: NON EST INCONVENIENS, EGO SIC ARBITROR. Mox tamen, sicut fieri solet ex disputationibus fieri paulatim coeperunt asseuerationes. Nam super Numeros ca. 31. Origenes dicit: Quis enim dubitat, quod sancti quique Patrum, & orationibus nos iuuent, & gestorum suorum confirmant atque hortentur exemplis? Ita etiam tractatu 27. in Matth. allegorizans structuram templi inquit: Discipuli, caeterique Sancti, non solum nunc, sed etiam modo ante conspectum Christi intercedunt.

CAPVT III.

SED has vel disputationes vel assertiones, fuisse illis temporibus priuatas, nequaquam autem publica & recepta Ecclesiae dogmata, Origenes ipse diserte pronunciat in Epistola ad Romanos, lib. 2. pagina 343. his verbis: Iam vero si etiam extra corpus positi Sancti, qui cum Christo sunt, agunt aliquid & laborant pro nobis ad similitudinem Angelorum, qui salutis nostrae ministeria procurant, habeatur hoc quoque inter occulta Dei, nec chartulae committenda mysteria, &c. Sicut igitur Ecclesia diligenter distinxit inter scripta Canonica, quae publice in Ecclesia, tanquam regula fidei & fundamentum Ecclesiasticorum dogmatum, legebantur, & inter scripta apocrypha, quae priuatim quidem cognoscebantur, non autem publice in Ecclesia legebantur, nec peculiaria dogmata inde extruebantur, vel confirmabantur: Ita accuratum illis temporibus seruatum fuit discrimen inter publica Ecclesiae dogmata, & inter opiniones priuatas & apocryphas, qualem hanc, de intercessione Sanctorum esse, ipse Origenes pronunciat.

Atque haec cum ita se habeant: Pontificij tamen non videntur Origenem adducere testem, probaturi inuocationem Sanctorum, semper in Ecclesia gaudis.

Testimonia huius opinionis, ex apocryphis & traditionibus.

Origenes dubitatur disputat.

Non inconueniens.

Sic arbitror.

Magister senior dixit.

Secundo ex opinione sic asseueratio. Origenes.

Opinio priuata, non publica dogma.

Pontificiorum candor in Origenis testimonio alle-

Prima seminaria cultus & inuocationis Sanctorum post mortem Apostolorum & eorum auditorum. Origenes.

Iudicia Ecclesiae Veteris de Orig. Epiphaniij, Hieronymi.

Initia & progressus inuocationis Sanctorum. Prima opinio beatorum orare pro nobis.

clesia receptam & probatam fuisse. Cum enim Origenis nomine, multa supposititia & falsa ferantur, ex illis pseudographis Pontificij causæ suæ suffragia conquirunt. Ita extat lamentum, quod Erasmus pronunciat, non esse ab Origene scriptum, nec ab Hieronymo versum, sed esse figmentum alicuius indocti. Ac Gelasius distin. 15. expresse dicit, librum de pœnitentia Origenis esse apocryphum. Et tamen Pontificij inde tanquam ex Origene authore, inuocationem Sanctorum probant, quia figmentum illud loquitur: Incipiam me genibus prosternere, & deprecari vniuersos Sanctos, vt mihi non audenti petere Deum, succurrant. O Sancti Dei, vos deprecor, vt procidatis misericordiis eius pro me misero: Heu mihi pater Abraham deprecare pro me, ne de finibus tuis aliener, quos valde cupiui, &c.

Lamentatio Origenis.

Gelasius de lib. Orig. de pœnitentia.

Homilia Origenis. Lindani triumphus.

Eodem modo feruntur Homiliæ in diuersos, quas constat non esse Origenis. Et tamen Lindanus, tantum non ouans, sed triumphans, conatur inde probare, vniuersalem fuisse cōsuetudinem in Ecclesia, inde vsq; ab Apostolorum temporibus inuocandi Sanctos. Quia scilicet ibi Homilia 3. scribitur: Patres secundum voluntatem Dei mandasse, celebrari memoriam innocentium sempiternam in Ecclesiis, vt eis intercessio filiorum apud Deum prodesset.

Origenes in Iob.

Arriani etiam cuiusdam Commentaria in Iob sub Origenis nomine leguntur, atq; inde etiam Sanctorum inuocationem probant Pontificij. Author enim ille li. 2. dicit: O beate Iob, ora pro nobis miseris, vt nos misericordia Dei protegat & eripiat, &c.

Origenes de consequentia Papistica. Sancti orant pro nobis: Ergo sunt inuocandi. Orig. contra Celsum.

Sed Origenes ipse, etiam si eo, sicut dictum est modo, de orationibus Sanctorum cœperit disputare, illam tamen consequentiam non modo nō textit inde: Beati in cœlo orant pro nobis, ergo sunt inuocandi: Sed eam ex professo reiicit, li. 8. contra Celsum. Respondens enim ad illud Celsi argumentum. Supremo Deo non posse displicere, si alij etiam inferiores, quos Dæmones appellabant, cum sint amici Dei, votis & supplicationibus colantur, vt hominum causas apud supremum Deum adiuuent: Dicit quidem Christianos non tales Dæmones agnoscere, sicut Gentes fingunt, sed scire Angelos esse ministros Dei, & beatos ipsius amicos. Non autem dicit Ecclesiam loco Dæmonum Gentilium, Angelos & beatos inuocare, sed fidem Ecclesiæ ita describit, pag. 755. Ipsi Deo omnibus præsidenti, per vniogenitum ipsius filium supplices vota offerimus, cui supplicamus, quandoquidem nostrorum sit ille delictorum propitiatio, vt tanquam Pontifex nostras offerat Deo preces, Et pagina 760. Deus namq; & solus est adorandus, vniogenitusque & primogenitus omnis creaturæ Deus verbum suppliciter est, & vt Pontifex deprecandus, vt nostras quæ ad te peruenerint preces, ad Deum referat.

Fides Ecclesiæ de inuocatione Sanctorum tempore Origenis.

Pag. 762. Quod si Angelorum multitudinem cupimus, vt in nos se clementius gerat, illa multitudo cognatos sibi & amicos hos fecerit, quos suam viderint erga Deum pietatem imitari, ita vt eorum opitulentur salutem, qui Deum & inuocent, & ex animo deprecantur, & ad eorum beneficium concedant, qui Deum supplicando adorent, quem ipsi item & adorant, & suppliciter venerantur.

Et Pag. 773. Quanto rectius egerit, vt Deo se credat præsidere, per Iesum doctrinam nobis huiusmodi suggerenti, ab eoq; omnem cum opem, tum & tutelam deposcat, à sanctis Angelis & iustioribus ceteris procedentem. Et tandem pag. 774. ad Celsi similitudinem (quæ columen est Papisticæ inuocationis) sicut scilicet inter homines, non ipsi tantum Principes seu Reges supplicationibus placandi sunt, sed primo potentiores, & secundum hos Reges: Ita respondet, vt confirmet solum Deum placandum & inuocandum esse, & qui Deum placatum habet, ei simul & amicos Dei placatos esse. Et iis, qui Deum inuocant, Angelos & Spiritus beatos, nec vocatos ultra vna precari Deum, vt non opus sit illos peculiaribus votis seu supplicationibus inuocare & placare. Verba Origenis hæc sunt: Licet plena sit hæc vita exemplorum, quod primum potentiores placentur, & secundum hos reges, vnus tamen nobis placandus est Deus, & vt propicius sit exoptandum, qui vtiq; & pietatē & virtute placatur. Quod si quos alios velit præter Deum omnipotentem placatū iri, Celsus intelligat, sicut corpus hoc cum mouetur, & vmbra habet se subsequenter, sic item, & qui summum Deum placarit, & illius amicos propicios vt habeat, sequitur, Angelos scilicet, animasq; & Spiritus ceteros beatiores, quippe qui simul sentiant, quinam Dei sint benignitatem promeriti. Nec solum se hi erga digniores quosque propicios reddunt, sed & Deo gratificari volentibus opitulantur, hisq; & placatiorem hunc faciunt, vnaq; & supplicant & precantur. Ita vt affirmare id auisim, vel hominibus vltro, quæ potiora sunt, animo destinantibus, Deoq; supplicantibus, potestates illas innumeratas, nec vocatas quidem, vltro Deum vna comprecari, generiq; nostro adesse. Ita ille.

Origenes de argumento Papistico inuocat sancti a similitudine & moribus aularum.

Origenis igitur tempore, inuocatio Sanctorum nondum fuit. Cœpit quidem ille disputare de orationibus beatorum, & licet dicat (affirmare auisim) tamen priuata & Apocrypha fuit tunc illa opinio, non autem publicæ & receptum Ecclesiæ dogma, sicut ipsius Origenis verbis ostendimus. Quod enim Origenes dicit: Maneat inter occulta, nec chartis cōmittatur, hoc Græci vno verbo vocant *ἰπὸ κρυφῶν*. Et tamen ex illa sua disputatione de orationibus beatorum, nequaquam consequens vult esse Origenes, Angelos & Spiritus beatorum, esse votis & supplicationibus colendos, imo præcipuum Pontificiorum argumentum, ex autlicis supplicationibus petitur, Origenes in Celfo refutat.

Origenis tempore nondum fuit inuocatio Sanctorum sed in disputationem venit.

Operæ precium tamen est considerare, quomodo priuata & Apocrypha illa disputatione Origenis de orationibus beatorum, paulatim progressu temporis, vires maiores acquisierit. Nam ex Apocryphis Machabæorum libris, & ex traditionibus opinio illa primum inchoata, mox apparitionibus seu spectris stabiliri cœpit. De Potamiæ enim, quæ ex Origenis Schola prodiit, & martyrio celebris facta est, scribit Eusebius lib. 6. cap. 5. quod tunc cum ad martyrium duceretur, Basilidem Ethnicum, propter exhibita humanitatis quædam officia, iusserit bono esse animo *ἐξαιτήσασθαι ἃ αὐτὸν ἀπελθῶσαν*, se enim post discessum suum pro pœna ipsius (eo, quod sententiam damnationis in Potamiæm tulisset) deprecatur.

Apparitionibus & spectris creuit opinio de inuocatione Sanctorum.

precaturam Dominum suum, & non multo post beneficiorum remunerationem ipsi repensurā. Et addit Eusebius Basilidem, cum non multo post conuersus, & ob confessionem in vincula coniectus fuisset, narrasse: Potamienam triduo post martyrium, noctu sibi astitisse, & coronam capiti suo imposuisse, ac dixisse, se pro ipso Dominum deprecaturam (*παρεκκελευμένη*) & petita impetrasse. Subiungit etiam Eusebius quosdam scribere, alios plures Alexandrinos, illis temporibus confertim ad Christi doctrinam accessisse, eo, quod Potamiēna in somnis apparuisset, & ipsos ad fidem vocasset. Et hæc quidem mirifica est historia (Spiritus scilicet mortuorum infideles ad fidem vocare) carens verbi Dei exemplo, imo pugnam cum expressa Scripturæ sententia, Iesaiæ 8. Luc. 16. Ideo etiam Eusebius addit, *ἀλλὰ τὰ ὅσα μὲν αὐτῷ ἐχέτω*. Sed hæc quidem ita se habeant. Omnibus vero temporibus, apparitiones seu spectra multum turbarunt in doctrina religionis. Inde enim multæ factæ sunt discessiones à verbo Dei, & multa sine verbo, imo contra verbum Dei, ex spectrorum apparitionibus recepta sunt.

Porro ad stabiliendam opinionem illam de intercessionibus beatorum, præter Apocrypha testimonia ex Machabæis, præter traditiones & apparitiones mortuorum, accessit quartum etiam, Miracula scilicet. Cum enim Deus ad monumenta Martyrum varia ederet miracula, vt doctrinam & fidem, pro qua Martyres passi fuerant, illustri testimonio, contra persecutorum blasphemias apud posteros confirmaret, ac gloriam, in quam assumpti erant Martyres, conspicua indicatione, inter totius mundi contumelias, testatam faceret, vt ita reliqui ad amplectendam fidem Christi incitarentur, & in ea ita corroborarentur, vt pro eius cōfessione non dubitarent, nec detrectarent, extremum vel fortunarum, vel vitæ discrimen adire: Hoc postea, sedatis persecutionum procellis, & remisso ardore confessionis ac martyrij, de orationibus & auxiliis Sanctorum communi persuasione plerique interpretari cœperunt. Inde subsequētibz temporibus, tanquam cōfessam & indubitatum dogma, publice etiam tradi cœpit, quod Origenis tempore, vt probabilis tantum & priuata opinio habebatur: Beatorum scilicet orationibus viuētes adiuuari, commemorationes etiam seu memorias Martyrum, sicut Cyprianus loquitur lib. 2. epist. 6. annuis passionis ipsorum diebus, & conuentus solennes in iis locis, vbi exuix ipsorum conditæ erant, accepto ex vetustate more, quem supra ex Epistola Smyrnenſi, & ex Dionysio descripsimus, diligenter retinebant. Sed celebrationes istas, præter & contra piæ vetustatis obseruationem, nouis opinionibus trāsformabant, ideo scilicet eas frequentandas, vt Martyrum orationibus adiuuentur. Inde paulatim fieri cœpit inclinatio ad ipsam inuocationē Sanctorum. Quæ inclinatio, quibus initiis cœpta, quibus progressibus aucta, quomodo sæpius vel aperte reprehensa, vel tacite, opposita vera doctrina de inuocatione Dei, & veteri consuetudine de memoriis Martyrum, repressa fuerit, donec adhærescentibus subinde sub deuotionis specie, superstitionis seminariis, & Episcopis partim dissimulantibus propter vulgi persuasiones

(sicut Augustinus fatetur Epist. 118. Ego, inquit, multa huiusmodi propter nonnullarum, vel sanctarum, vel turbulētarum personarum scandala deuitanda, liberius improbare non audeo, tam multis præsumptionibus plena sunt omnia) partim priuatas suas, vt vocant, deuotiones, in Ecclesiam inuehētibus, superstitio tandem præualuit, & paulatim admissa, immensum creuit: Cumque vbi consisteret, non inueniret, in tam crassam & tetram idolomaniam, sicut supra ostendimus, euasit, cuius nunc plerisque inter ipsos Pontificios pudet: Illam Historiam ex certis veterum monumentis, quanta fieri poterit breuitate & perspicuitate, colligemus. Hæc ipsa enim nuda historica annotatio, sine prolixiori, vel explicatione, vel refutatione, multa vtiliter monebit, & totam hanc controuersiam, quod ad sententias veterum attinet, quæ pro stabilienda Sanctorum inuocatione afferri solent, recte illustrabit.

Mota igitur & sparsa primum ab Origene circa annum Domini 240. disputatione illa de orationibus beatorum spirituum, nō tamen statim insecuta est inuocatio. Firma enim & fixa retinebantur adhuc illa Scripturæ principia, inuocationem esse cultum, soli Deo debitum, iuxta illa dicta: Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles. Inuoca me in die tribulationis: Quisquis nomen Domini inuocauerit saluus erit: Effunde iram tuam in Gentes, quæ nomen tuum non inuocauerunt. Ideo cum Celsus obieciſſet, Non solum Deum orandum, verum etiam beatis spiritibus, qui Deo assistunt, supplicandum: Origenes hoc negat, & tantum dicit, eos, qui vnum Deum per Christum inuocant, & pietati student, habere Angelos & beatos Spiritus, non vocatos orationis socios & comprecatores. Item, ab ipso & vno Deo poscendam esse opem & tutelam, ad quam Deus pro suo beneplacito, Angelos & beatorum Spiritus (de quo tamen ipse etiam Origenes dubitat) adhibet. Hæc bene & diligenter notentur.

Non multo vero post, circa annum Domini 250. Cyprianus apud Latinos alium & nouum gradum addidit. Quia enim viuētes mutuo pro se orant, & in hac vita Scripturæ exemplo alter alterius orationibus se recte commendat, sicut illis temporibus vsitatum erat, quod lapsi eos, qui ob confessionem fidei in vinculis detinebantur, adibant, & ipsorum se orationibus commendabant, vt Deo & Ecclesiæ recōciliarentur, lib. 3. epist. 18. Cyprianus igitur & inde, atque etiam ex hypothesi Origenis, de interpellationibus Sanctorum in altera etiam vita, non quidem mortuos inuocauit, sed viuētes priusquam ex hac vita discederent, admonere cœpit, vt post mortem sui apud Deum memores essent. Ita lib. 1. epist. 1. ad Cornelium inquit: Memores nostri inuicem simus, vtrobique pro nobis semper orantes. Et si quis nostrum prior diuinæ dignationis celeritate præcesserit, perseueret apud Deū nostra dilectio, pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam patris, non cesset oratio. Et lib. 2. de habitu virginum, inquit, Durate fortiter, spiritualiter pergite, peruenite feliciter, tantum memento tunc nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari. Hæc vero noua & priuata est Cypriani deuotio, sine Scripturæ & anti-

Historia de initiis & incrementis inuocationis Sanctorum.

Origenis aetate, anno Christi 240. ignorat inuocationem Sanctorum.

An beatis Spiritibus supplicandum.

Cypriani aetate anno 250. noua deuotio orta.

Martyres si ui rogantur, & post mortem sanctorum apud Deum sint memores.

Absurditas fabula.

Mortuorum apparitiones religionis semper nocuerunt.

Fons inuocationis mortuorum, miracula ad monumenta Martyrum.

Publici dogmatis loco haberi cœpit, beatorum orationibus viuētes iuuari.

Memoria Martyrum sine superstitio sic fieri cœpta.

Inclinatio ad inuocationem Sanctorum.

quitatis exemplo suscepta. Quæ licet excusari posse videatur, propterea quia eos, qui adhuc in hac vita constituti erant, alloquitur, quia tamen caret Scripturæ testimonio & exemplo, gradum postea fecit ad inuocationem eorum, qui ex hoc seculo iam discesserant.

*Supposititia
Es pseudopi-
grapha Cy-
priani.*

Quæ vero præterea ex Cypriani vel supposititiis, vel Pseudopigraphis citantur, merito non curamus, ut quod in Sermone de Stella & Magis scribitur, paruuli ab Herode occisi, secretorum conscii diuinorum, clementiam Dei pro nostris exorant laboribus. Item facti sunt supremi capitoli Senatores & Iudices, nonnullis veniam obtinentes immeritis, assistuntque miserationibus & ultionibus diuinis, &c. De Apocrypho vero scripto de conuersione Cypriani in Nazianzeno postea dicemus.

*Seminaria in
uocationis
morum
Arrij tempo-
re repressa:
quod solus De-
us inuocandus
sit.*

Porro post Cyprianum, cum Arriana hæresis Christo honorẽ diuinitatis detraheret, & orthodoxi ipsum verum Deum esse, inter cætera argumenta inde etiam probarent, quia in Scriptura & inuocetur & inuocari iubeatur: Repressa aliquantulum & aliquandiu fuerunt seminaria illa inuocationis Sanctorum. Loquimur autem non de incertis, Apocryphis & supposititiis scriptis, quæ recens magna copia, sub titulo venerandæ vetustatis à Pontificiis in theatrum produci cœperunt, sed de certis probatorum auctorum scriptis.

*Eusebij opi-
nio de inter-
pellationibus
Sanctorum.*

Ita Eusebius retinet quidem anticipatam opinionem, de interpellationibus Sanctorum, sed inuocationem eorum nec docet, nec usurpat, sed Christo gloriam perferendi preces nostras ad patrem relinquit, lib. 10. histor. Eccles. in vita Constantini. Frigide autem, ne dicam ridiculè facit Eusebius, quod opinionem illam, de orationibus Sanctorum, ex Platone probare conatur, & quidem illis verbis, quibus fatetur opinionem illam non facile probari posse, sed tamen credi debere. Nam de præparatione Euangelica lib. 12. ex Platone de legibus hanc sententiam, & hæc verba Eusebius describit: Certe defunctorum animæ virtutem quandam habent, qua vel post mortem rebus humanis auxiliantur. Vera enim hæc opinio est, sed nisi prolixis rationibus probari non potest. Credere autem oportet huiusmodi sermonibus, quoniam à priscis valde viris traditi sunt. Hæc est Platonica Eusebii demonstratio de suffragiis Sanctorum.

*Lactantius.
Hilarius.*

Lactantius vnum Deum docet inuocandum. Hilarius vero in Origenicis suis allegoriis de montibus & auribus Dei, (ut solet Græcorum flosculis ornatus incedere, licet Hieronymus inquit) disputat quidem de intercessionibus Angelorum, in Psalmum 129. Item de custodiis & præsiidiis Apostolorum, Patriarcharum, vel potius, ut inquit, Angelorum. In Psalmum 124. Non tamẽ vel Angelos, vel Sanctos, sed vnum Deum inuocat, & honorem inuocationis ideo communicat Christo, quia credit ipsum verum esse Deum. Et rationem addit in Psal. 124. Adest enim, & cum fideliter inuocatur, per naturam suam præsens est, & ei, qui in eum credit, assistit. Et dignum est obseruatione, quod Origenicam illam Hilarii allegoriam, qua in Psal. 124. de montibus vitur, Augustinus ex professo ita inuertit, ut inde inuocationis & auxilii honorem Sanctis adimat, & soli Deo vindicet, in libro de pastoribus

*Augustinus
Hilarij senten-
tiam inuer-
tit.*

cap. 8. Vide quia non in montibus tibi spes est. Auxilium meum, inquit, à Domino, qui fecit cœlum & terram. Noli putare iniuriam te facere montibus sanctis, quando dixeris: Auxilium meum non in montibus, sed à Domino, qui fecit cœlum & terram. Ipsi montes hoc tibi clamant, 1. Corinth. 1. ut securus sine vlla iniuria montium, dicas auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Non solum tunc tibi non succensent montes, sed tunc amabunt, tunc magis fauebunt. Si in ipsis spem tuam posueris contristabuntur. Angelus multa diuina & miranda ostendens homini, ab homine adorabatur, ille tanquam leuantem oculos in montem, reuocans ad Dominum, ait: Noli facere, illum adora, nam ego conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Hæc Augustinus.

Athanasius vero hoc argumento sæpius probat, Christum esse verum Deum, quia eius auxilium in necessitatibus inuocatur, ut oratione secunda contra Arrianos, Sancti non postulant à creato aliquo, ut sit auxiliator. Christus ergo, cuius auxilium Sancti inuocant, est verus Deus. Et oratione tertia: Creatura non adoratur creaturam, sed Deum. Christus ergo, qui adoratur, Deus est. Et in libro de incarnatione verbi, ex inuocatione seu adoratione probat: Verbum habitare in Christo, non ut in reliquis Sanctis, sed personaliter. Inquit enim: Si adoras hominẽ Christum, eo, quod ibi inhabitet Dei verbum, eadem opera adora quoque Sanctos ob Deum, qui ibi domiciliũ habet. Cumque ex hoc Athanasij fundamento, inuocatio creaturarum prorsus subuertatur, tamen ex pseudopigrapho & supposititio quodam sermone, de sanctissima Deipara, conantur Pontificij etiam sub Athanasij nomine, inuocationem suam Sanctorum stabilire, quia scilicet supposititiis ille Athanasius ita inquit: Et iam audi filia Davidis & Abraham, & inclina aurem tuam in preces nostras, & ne obliuiscaris populi tui, neque nostri, qui sumus de familia & domo patris tui. Ad te clamamus, recordare nostri sanctissima virgo, & retribue nobis pro exiguis istis eloquiis magna dona, ex diuiriis gratiarum tuarum, tu quæ gratia plena es. Item, intercede hera & Domina, & regina & mater Dei pro nobis.

*Athanasius
de inuocatio-
ne.*

Hactenus igitur per annos à nato Christo 350. & amplius, Ecclesia inuocationem Sanctorum in publica (ut ita dicam) praxi ignorauit. Tandẽ vero circa annũ Domini 370. per Basilium, Nyssenũ & Nazianzenum, in publicos Ecclesię conuentus, occasione orationum panegyricarum, inuochi cœpit, eodem tempore, cum ab iisdem auctoribus, Monachus ex Ægypto & Syria in Græciam introduceretur. Et videtur hæc siue portio, siue appendix Monachatus fuisse. Inter Monachos enim illos, persuasionẽ de inuocatione Sanctorum, aliquantũ ante in solitudinibus priuatim receptam & usurpatam fuisse, ex vitis Palladij & Theodoretĩ (si tamen γήσια sunt omnia) non obscure colligitur. In publicos vero Ecclesię cõuentus, nondum manifestè & exertè introducta & recepta fuerat. Sed Basilium, Nazianzenum, & Nyssenum, primi fuerunt, qui eam ex priuatis & Monachorum deuotionibus, & vulgi persuasionibus, in Ecclesiam inuexerunt. Cum enim in Rhetorum Scholis educati, eloquentiæ laudem

*Supposititiis
Athanasium.*

*Basilium, Nyssenũ,
Nazianzenum in-
uocationẽ San-
ctorum publi-
cè in Ecclesi-
am inuexerunt,
Rhetoricis suis Apo-
strophis.
Inuocatio San-
ctorum Monachis fuit
õsitata.*

laudem & haberent & affectarent, non contenti fuerunt pia illa antiquitatis simplicitate, qua eam in commemorationibus martyrum usam fuisse, supra ex Smyrnenfis Ecclesiae Epistola, & Dionysio ostendimus, sed orationes panegyricas declamatoriis flosculis & Rhetoricis apostrophis, & quae praeterea ad figuram *μεσοποποιαν* pertinent, ita exornarunt, ut opinionem de comprecationibus & auxiliis Sanctorum, quae Origenis tempore apocrypha & priuata erat, tanquam publicum dogma in immensum exaggerarent, & ad compellationes eorum, quoniam memoriam celebrabant, orationem conuerterent, atque ita figuram orationis ad formam inuocationis declinarent: Cuius tamen exempla nec ex Scriptura, nec ex vetustiori & puriori Ecclesia habebant.

Et haec de figuris declamatoriis non affingimus illis patribus, sed ipsi has praebent indicationes. Nam de Apostrophe & Prosopopoeia oratoria, ipse Nazianzenus exempla luculenta ostendit, ut oratione in sanctum Pascha, ubi inquit: O Pascha, magnum & sacrum, totiusque mundi expurgatio. Tecum enim tanquam cum animato aliquo colloquar. Et oratione 1. in Iulianum. Audite haec omnes Gentes. Omnes enim appello magno praconio. Audite populi, tribus, linguarum, aetas omnis, & qui nunc uiuistis, & qui dehinc nascituri estis. Et ut maius mihi sit praconium, omnis caelorum exercitus, omnesque Angeli audite. Audi & tu quoque magni Constantini anima (ειπεσ αδιουσις) si quid sentis, & reliquorum Christianorum Imperatorum. Item uoco ad hanc panegyrim omnes animas, &c. Et mox, Quid hoc rei est Imperatorum diuinitate? Cogor enim illum tanquam praesentem & audientem inculpare, licet cum Deo constitutum, ac in tantum segregatum, quantum etiam ad melius transiit regnum. Et in secunda oratione in fine proluxa apostrophe Iulianum mortuum compellat. Et talia exempla in carminibus ipsius multa sunt. Eodem modo, licet de orationibus mortuorum, declamatoriis asseuerationibus utantur, non tamen dissimulant, se de illa opinione non profusus certos esse, sed dubitare, sicut mox ostendemus.

Operae precium autem est considerare, quod Basilium, non ex Scripturae vel testimoniis, vel exemplis, nec ex publicis veteris Ecclesiae ritibus, sed ex vulgi & muliercularum priuatis deuotionibus, Sanctorum inuocationem in panegyres suas inuexerit.

Ex veteris quidem Ecclesiae ritu hoc retinet, sicut inquit in Gordium martyrem. Eius festum celebramus, qui in huiusmodi die certamen pro Christi morte subiit. Et cum vitam Sanctorum exponimus, primo Dominum per seruos suos glorificamus. Deinde iustos ipsos laudamus, & populum per honestorum factorum narrationem exhilaramus. Item, non nostris indiget laudibus ornari, sed nos ipsorum vitae historia & commemoratione, imitationis gratia indigemus. Quid uero ipse ex vulgi opinionibus & narrationibus, de miraculis & apparitionibus atrox, ex oratione in Manantem martyrem manifestum est. Inquit enim: Quae quisque in memoria habet, ad mentem reuocet. Memoretote martyris, quotquot illo per somnia potiti estis, quotquot in

hoc loco constituti *συνεργον* ipsum in precationibus habuistis, quibus (*ονομα π κλησεις*) nominatum vocatus, in operibus astitit, quos peregrinantes reduxit, quos ex infirmitate restituit, quibus liberos iam defunctos reddidit, quibus uitae terminum prorogauit. Haec in comune conferte, & inter uiuos mutuo, quae quisque nouit, ei, qui non nouit, distribuite, quae ignorat ab eo, qui nouit, accipiat, &c.

Eodem modo Homilia in 40. martyres, non dicit sicut quaedam versio habet: Qui premitur ad hos confugiat, qui laetatur hos oret, sed recitatiue vulgi & muliercularum concusum exponit. Qui tribulatur ad quadraginta confugit, qui laetatur ad ipsos decurrit, ille ut molestiarum solutionem reperiat, hic ut res secundae ipsi conferentur. Hoc loco mulier pia pro liberis orans deprehenditur, marito peregrinanti reditum, infirmo sanitatem petens.

Inde uero Basilium erumpit in oratorias exclamaciones: Hi sunt qui regionem nostram, (*διδυπντες*) inter se partiti, uelut turres muniunt, non uno loco se ipsos concludentes, sed multis iam locis hospites facti, & quod paradoxon est, non singulatum diuisi ad suscipientes accedunt, sed omnes simul sunt, & apud singulos omnes sunt. O sufficiens beneficentia, paratum Christianis auxilium: Ecclesia martyrum. Quantum laborares, ut unum aliquem reperires, qui pro te Dominum (*δισωπντα*) exoratum placaret, quadraginta iam sunt, &c. Cum his martyribus fiant preces uestrae. O communes generis humani cultodes, boni curarum (*κοινωνοι*) focij, precationis synergi, legati potentissimi, &c.

Et haec licet extra Scripturam, sine uerbo Dei & citra exemplum primitiuae Ecclesiae *πανηγυρικως* declamitentur, ita, ut intercessionis Christi, ne uerbo quidem mentio fiat, quasi ipse gubernatione Ecclesiae se abdicasset, & administrationis suae munera spiritibus defunctorum, qui ubique omnibus adsint, distribuisset, quod contra perpetuum regni & sacerdotij Christi, officium pugnat, & ab Augustino, sicut postea annotabimus, non conceditur. Tamen uidere est, quanta in doctrina religionis, & in exercitiis pietatis inclinatio fiat, quando ad praesumptas vulgi opiniones magnorum & eloquentium uirorum accedit autoritas. Factis enim talibus initiis a Basilio, mox longius progressum fuit ab illis, qui Basilium admirabantur ac suspiciebant.

Nyssenensis enim, Basilij frater, oratione in Theodorum martyrem, inquit: Qui reliquias attingunt, martyri tanquam omnibus partibus integro & uigenti supplicant, ut pro se apud Deum legationis munere fungatur, ut Dei ministrum appellant, qui quando uult, inuocatus munera impetret. Et mox: Tu uero, quaecumque te ora tenet, huc ad nos ueni. Nos enim te uocantem vicissim uocamus. Quocirca siue sublimi in aethere moraris, siue inter Angelorum choros constitutus, Dominum adoras, istis omnibus parumper intermissis, ad nos, qui te colimus & honoramus, accede. Multis beneficiis indigemus, tu legationis munere apud communem Regem pro nobis fungere. Quamquam uitam hanc transcendisti, humanas tamen necessitates non ignoras, impetra

Q 4 nobis

Consuetudo
& opinio vulgi
& muliercularum.

Exclamatio
Basilij sine
Scriptura.

Nyssenensis
Basilij fratris
sektor in inuocationibus.

Apostrophe
Basilij. Nazianzenensis figurata.

Fundamenta
inuocationis
mortuorum
Basilij.

Vetus Ecclesiae ritus.

Opinio vulgi.
Vulgi persuasione
Basilij allegat.

nobis pacem. Nos quidem, quod haecenus facti tecti seruati sumus, tibi acceptum referimus, sed in posterum etiam securitatē postulamus. Quod si maiori opus sit auxilio, fratrum tuorum martyrum chorū adhibe, vna cum omnibus supplica: Multorum preces iustorum, nationum & populorum crimina diluant. Petrum admoñe, Paulum excita, Ioannem aduoca, vt Ecclesiarum solliciti, curam suscipiant. Idem in vita Ephrem, Tu verò assitēs vitæ principi, omnium nostrum recordare, nobisque peccatorum veniam impetra. & in vita Meletij: Iam facie ad faciem Deum alloquitur, & erroribus nostris veniam imporat, &c. Hæc qualia sint, si ad Scripturæ Canonem exigantur, manifestum est. Primitiua certe Ecclesia, ita nec sensit, nec docuit, & postea etiam Augustinus ea, quæ à Nysseno asseuerantur, improbavit, vt de præsentia martyrum, quodq; necessitates viuētium videant, & quod auxilium Sanctis sit acceptum referendum.

Vita Ephrem.

Vita Meletij.

Augustinus hanc Nysseni sententiam improbat.

Nazianzenus nonam Basilij opinionem amplectitur.

Vt arbitror.

Inuocatio Sanctorum inuocata circa annum 400.

Patres huius ætatis, de hac opinione ipsi dubitant.

Illas semitas non antiquas sane, sed admodum tunc recentes, secutus est iisdem temporibus etiam Nazianzenus. Si enim seposita norma & lucerna Scripturæ, nostris paulisper cogitationibus indulserimus, facilis & procliuis est in hanc siue opinionem, siue deuotionē inclinatio. Est enim singularis & mirifica superstitum affectio erga eos, qui hinc discesserunt, præsertim quorum virtutes admiramur, vel quibus familiariter vli fuimus. Inde enim Gentes suos Heroas & Dæmones fecerunt, sicut Plutarchus in Romulo describit. Nazianzenus igitur ex humana illa affectione, nō ex Scriptura, inquit, oratione in Basilium: Nunc in cœlis degit, ibiq; pro nobis, vt arbitror, sacrificia offert, ac pro populo orat. Licet enim nos reliquerit, non tamen omnino reliquit. Tu autem sacrum & diuinum caput, ex alto nos respice, & carnis stimulum, aut tuis siste precibus, aut fortiter me ferre persuade, totamque vitam nobis in melius permuta. Cū verò emigrabimus nos tuis excipe tabernaculis. In Athanasium: Tu autem è supernis, propicius nos respice, & populum hunc dirige, nosq; in pace foue, in certamine dirige, & cum temetipso statue. Et in Cyprianum: Tu verò ab alto propicius nos respice, nostrumq; sermonem & vitam dirige, & ouile hoc pasce, ac lupos abige, &c. Atque ita quidem rapidis & quasi aureis, panegyricarum declamationum fluminibus, stipulæ seu quisquilæ inuocationis Sanctorum in Ecclesiam, non multò ante annum Domini 400. inuehi cœperunt.

Considerandum autem est in historia illorum temporum, quod non vbiq; & ab omnibus, pro certis, veris & Catholicis dogmatibus, receptæ fuerint panegyricæ illæ declamationes. Cuius illustre hoc est argumentum, quod ipsi authores panegyrici, inter ipsas Rhetoricas exaggerationes, dubitationem suam non dissimulant: quodque coguntur declamatorias suas figuras mitigare. Nazianzenus enim declamitans Basilium in cœlis pro populo sacrificia offerre & orare, addit parenthesin (ὡς ὄμαι vt arbitror) Et in Epiphano patris sui dicit quidem: Nunc precibus magis proficit, quam antea doctrina, quāto Deo iam est propinquior, dignus effectus Angelico ordine & parrhesia. Mox autē addit correctionē πείθομαι δὲ vt ego mihi persuadeo. Item εἰ μὴ τολμήσῃ τὸ εἰπεῖν, si non audax & temerarium est

hoc dicere. Et quod ante ex oratione r. in Iulianum adduximus: Audi tu quoque Constantini anima εἰ πὺς αἰδῆσις. Item, Cogor illum tanquam præsentem & audientem compellare. Et in Basilium: Consulo, vt in ipsum respiciatis (καὶ ὡς ὀρώμεθα καὶ ἐρωμέμεθα) & quasi ipse videat & videatur, spiritu præparemini. Omnium verò apertissime dubitationem suam profitetur in funere sororis Gorgoniæ. Ibi enim post multas apostrophas, tandem concludit: Si nostri honores tibi curæ sunt; & si (τὸτο γέρας) hæc dignatio loco præmij Sanctis animabus à Deo confertur, (τῶν τοιούτων ἐπαυδάνεσθαι) vt talia sentiant, resciscant vel intelligant, suscipe & tu sermonem nostrum. Hoc certe modo de dogmatibus certis, firmis, & Catholicis, seu de articulis fidei, non loquitur Ecclesia, sed credimus, scimus, certus sermo & omni acceptione dignus, firmiter crede, & nullatenus dubites, &c.

Porrò obseruandum est hoc, cum nouitatis suspicione tunc laboraret inuocatio sanctorum, quomodo ex pseudopigraphis Nazianzenus suffragia cōquisierit. Allegat enim scriptum quoddam de pœnitentia seu conuersione Cypriani, quasi ab ipso Cypriano conscriptum, quod scilicet is ante conuersionem magus fuerit, & Christianæ cuiusdam virginis pudicitiam, per Dæmonem quendam prostitutorem attentarit, virginem verò illam, cognitis insidijs Diaboli, alijs omnibus omissis, ad Deum confugisse, & sponsum suum Christum protectorem fecisse. Cumque hoc fecisset, etiam virgini Mariæ supplicasse, vt virgo virgini periclitanti opem ferret, (καὶ τὴν παρθένον μαεῖαν ἐν ἐλθούσῃ βοηθῆσαι παρδένον κωνδιδύσθῃ) atque hanc fuisse viam liberationis puellæ illius, & conuersionis Cypriani. Ita Nazianzenus.

Suffragia inuocationis Sanctorum Nazianzenus ex pseudopigraphis. Liber de pœnitentia Cypriani.

Sed librum illum de pœnitentia Cypriani, apocryphum & supposititium esse, Gelasius ex autoritate Romanæ Ecclesiæ, diserte & expresse ostendit distinctione decima quinta, cap. Sancta Romana. Et Hieronymus in Catalogo, ac in Commentario Ionæ, dicit: Cyprianum professorem Rhetorices fuisse, & conuersione ac suafu Cæcilij, occasione verò lectionis Ionæ, ad fidem Christianam conuersum. Et ipse Cyprianus lib. secundo, epist. secunda, contextens historiam suæ conuersionis, nihil de Magica illa tragœdia dicit.

Quia verò Catholicum hoc est, sicut Lyrimensis non male definit, quod semper, quod vbiq; & ab omnibus fidelibus, ex Scriptura constanter receptum fuit, addenda est & hæc obseruatio, quod non dubitatum tantum de inuocatione Sanctorum fuit istis temporibus, cum ex priuatis vulgi & muliercularum deuotionibus, in Ecclesiam inciperet introduci, sed diserte, & quidem magno zelo reprehensa, & in Catalogo hæreseon relata fuit ab Epiphano, qui iisdem ferme temporibus vixit. Sicut autem historia Ecclesiæ omnium temporum ostendit, quando errores plausibili aliqua specie palliati, in personis, sicut Augustinus loquitur, vel multis, vel magnis, libere & vtiliter sine offensione Ecclesiæ reprehendi non poterant, quod iisdem in alijs personis, siue minoribus, siue paucioribus, vel quando excessus committebantur crassiores, libere fuerunt taxati. (Hoc enim modo

Lyrimensis. Inuocatio Sanctorum hæreseos damnata hoc ipso tempore. Epiphanius contra inuocationem Sanctorum.

Augu-

Augustinus in Pelagianis damnauit, quæ in ple-
risq; veterum scriptis, totidem ferme verbis le-
guntur) ita Epiphanius arripit crassum excessum
muliercularum quarundam Thracum, in Arabia
& in superioribus partibus Scythiæ, quæ in sella
quadrata, expanso linteo, panem seu collyridem
proponebant, & offerebant in nomen Mariæ. Il-
la verò occasione, multa & varia inuocationis
Sanctorum seminaria, quæ variis in locis erum-
pere, & à magnis quibusdam viris foueri cœper-
ant, magna vehementia taxat & reprimat. Non
enim hoc tantum agit, mulieribus non licere sa-
crificare, & alia, quæ ad publicum ministerium
verbi & Sacramentorum pertinent, peragere:
Item, soli Deo esse sacrificandum: sed longius
progreditur, dicit enim mulierculas illas offer-
re collyridem, vt sit professio quod colant & ad-
orent Mariam. Transfert igitur disputationem
illam ab hypothese ad thesin, de cultu scilicet ad
adorationem Sanctorum. Nec verò ignotum mi-
hi est Pontificiorum *κρησφύζελον*, quod fingunt
adorationem Sanctorum, non autem inuoca-
tionem damnari ab Epiphanio. Et adorationem
nimis anguste definiunt, quando scilicet tribui-
tur alicui, quod sit essentia æterna, infinita, om-
nipotens, &c. Atqui Epiphanius cum ex pro-
fesso, & quidem prolixè materiam illam tractet,
ne verbo quidem vel innuit saltem eam differē-
tiam, quod Sanctos non liceat quidem adorare,
tanquam æternos & omnipotentes Deos. Liceat
autem ipsos, tanquam legatos apud Deum, &
auxiliatores in necessitatibus inuocare, & certis
cultibus vel votis, vel donariis placare. Nec Æ-
gyptij, quos Epiphanius Pharaonis filiam, ob
nutritionem Moysis, adorasse scribit, tam amen-
tes fuerunt, quasi senserint eam ab æterno fuisse.
Sed quid intelligat per *λατρείαν* & adorationem,
ipse declarat exemplis, sicut scilicet apud Iere-
miam colunt exercitus cœlestes & reginam cœli.
Et sicut Noe sacrificium fuit professio, quod be-
neficium seruationis Deo acceptum referret. Et
Iacobi sacrificium fundentis oleum super lapi-
dem, petit panem, vestimenta, vtque in peregrina-
tione sua incolumis reducat. Talia verò sa-
crificia, hoc est, talem adorationem, quæ petit
beneficia & auxilia in necessitatibus, Epiphanius
contendit cultum esse soli Deo debitum. Atque
ideo ipse in principio, & in fine contra Collyri-
dianos implorans auxilium ad errores refutan-
dos, & veritatem illustrandam, non Mariam, sed
Deum inuocat, & pro verbo adorandi vtitur hisce
vocalibus, *δεδν αιτιαμένοι και οπιηλέμενοι*, Deum
orantes & inuocantes, vnde manifestum est, sub
adoratione comprehendere inuocationem, sicut
supra hoc ostendimus.

De adoratione igitur, seu inuocatione Sancto-
rum, Epiphanius ita loquitur contra Antidico-
marionitas: Sint Sancti in honore, & quies ipso-
rum in gloria. Non autem conuenit Sanctos vl-
tra, quam decet, honorare, sed honorare Domi-
num ipsorum. Et addit, in Scriptura hoc damna-
ri. Erunt, inquit, mortuis cultum præstantes, sic-
ut & in Israel coluerunt. Et memorabile est quod
dicit, ab ipsis Sanctis descendum esse, qui hono-
res Deo, & qui sanctis debeantur, nec honores
illos, (vt adorationem & inuocationem) quos
ipsi Sancti, dum viuerent, Deo tribuerunt, esse
postea vel Sanctis ipsis, vel aliis per errorem tri-

buendos. Verba Epiphanius hæc sunt: *η των α-
γιων κατα κληρον εις δεδν δδξα, &c.* Honor, quem
Sancti suo tempore Deo exhibuerunt, factus est
aliis non videntibus, veritas in errorem. Et
contra Collyridianos dicit. Quidam contem-
ptim de Maria sentiunt, & loquuntur, quidam
verò in alteram partem declinantes, vltra de-
corum eam glorificant. Item: Sub prætextu e-
ius, quod iustum est, Diabolus subiens homi-
num mentem, mortalem naturam deificans, sta-
tuas humanam imaginem referentes expressit,
vt mortuos adorent, & imagines adorandas in-
troducant, adulterante mente ab vno & solo
Deo. Reuera sanctum erat Mariæ corpus, non
tamen Deus, virgo erat honorabilis, sed non ad
adorationem nobis data, sed ipsa adorans eum,
qui ex ipsa secundum carnem, natus est. Atque
ideo Dominus dixit ad eam: Quid mihi & tibi
mulier? Ne quis existimaret sanctam virginem
excellentiorem esse, & nimia eius admiratione
in hæresin dilabatur. Et totam hanc disputatio-
nem, Epiphanius à ratiocinationibus humana-
rum affectionum reuocat ad normam Scriptu-
ræ, & argumenta Basiliana & Gregoriana recte
& oblique refutat, sicut ex collatione facile a-
nimaduerti potest. Quæ, inquit, Scriptura nar-
rauit? Quis Prophetarum præcepit, hominem
adorari? Helias mortem non vidit, sed transla-
tus est. Ioannes super pectus Domini recubuit.
Sed neque Helias adorandus est, etiam si in viu-
is sit, neque Ioannes *ωεσουήθη*, licet per preces
dormitionem suam admirandam effecerit. Sed
neque Tecla, neque quisquam Sanctorum ad-
oratur. Non enim dominabitur nobis *αρχαία
πλάνη*, antiqua seductio, vt relinquamus viuen-
tem, & adoremus ea, quæ ab ipso facta sunt, sic-
ut scriptum est: Præter creatorem coluerunt
creaturam. Si enim Angelos Deos adorari non
vult, quanto minus Annæ filiam? Item, Ver-
bum Deus carnem assumpsit ex Maria, non ta-
men vt adoretur virgo, neque vt Deum illam
faceret, sit in honore Maria. Pater verò, & Fi-
lius & Spiritus sanctus adoretur, Mariam nemo
adoret. Hoc enim mysterium, nec mulieri, nec
viro, sed Deo (*ωεσσετακτω*) certo & serio man-
dato attributum est. Neque Angeli talem glo-
rificationem capiunt. Conuertatur itaque crea-
tura ad Dominum, vt solum Deum colat. Item:
Licet sancta sit Maria & honorabilis, non tamen
ad adorationem. Hæc Epiphanius, qui præter-
ea magno animi ardore, & singulari verborum
vehementia, contra hæresin illam, quam à mu-
lieribus dicit profectam, insurgit, quæ apud ip-
sum, qui volet, legat. Tota verò illa Epiphanius
disputatio, rectius intelligetur, si, vt dixi, consi-
deretur qualia circa illud tempus initia inuoca-
tionis Sanctorum, ex muliercularum deuotio-
nibus, sicut Basilius fatetur, in Ecclesiam inue-
hi cœperint. Ideo Epiphanius dicit: Compescat
Ieremias mulierculas, ne turbent orbem terra-
rum, ne dicant: Honoremus Reginam cœli. I-
tem, ne credas Israel mulieri, resulta à malæ mu-
lieris consilio.

Osus Cardinalis allegat Ephrem Syrum, his
verbis inuocantem Mariam: Esto nostra concilia-
trix, & aduocata in hora iudicij, libera nos à
futuro igni & tenebris, tu namque es spes apud
Deum Christianorum. Quo si Ephrem ille, vel
dixit

Osus de
Ephremi

Statu dispu-
tationis Epi-
phanij de Col-
lyridianis.

Papisticum
discrimen
de discrimine
inuocationis
& adorationis.

Epiphanius
de Sanctorum
adoratione
seu inuoca-
tione.

dixit vel scripsit, quia circa Basilij & Epiphaniij tempora vixit, non obscurum erit, qualis cœperit tunc Mariæ inuocatio seu adoratio, quam tanto zelo Epiphanius insectatur. Quia vero videbat Epiphanius, multorum animos, persuasionibus illis de nimia Sanctorum admiratione præoccupatos, ita concludit: Hæc scripsimus volentibus discere scripturæ veritatem, quæ si quidam non volunt tolerare, neque vtilia, sed potius contraria suscipere, dicendum erit: Qui audit, audiat, qui inobediens est, sit inobediens. Hæc Epiphanius.

*Chrysofomi
seculum de
Sanctis.*

*Pugnantes
de inuocatio-
ne Sanctorum
sententia.*

Pertexemus autem aliquanto vterius, Græcæ Ecclesiæ historiam, deinde ad Latinos reuertemur. Chrysofomus igitur, qui circa ann. 400. potissimum floruit, proxime post Basilij & Nazianzeni tempora successit. Nam & Basilio tanquam præceptore vsus fuisse, à quibusdam scribitur. Cumque illis temporibus inuocationem Sanctorum, sicut ostendimus, quidam assererent, quidam reprehenderent, quidam vero de ea dubitarent, non inuoluitur obseruatio, quomodo Chrysofomus suam sententiam interposuerit, & Ecclesiam ab ingruentibus tunc superstitionibus, ad vera inuocationis fundamenta retraxerit. Summa autem eorum, quæ ex scriptis Chrysofomi, vbi quæstionem hanc tractat, colligitur, in his consistit capitibus.

I. Quia videbat vulgi persuasionem totum negocium exauditionis, atque adeo ipsius etiam salutis, neglecta pœnitentia & pietate erga Deum, reicere in aliorum intercessionibus, sæpe & grauius hanc persuasionem reprehendit, vt Homilia 44. in Genesin, Homilia 5. in Matthæum, Homilia 42. in priorem ad Corinthios, Homilia 1. ad Thessal. &c.

*Indignitatis
nostra causa
opus esse me-
diatoribus
Sanctis.*

II. Quia inuocatio Sanctorum præcipue hac persuasionem nitebatur, quod nos peccatores indigni simus, qui vel ad ipsum Deum, nostris orationibus accedamus, vel qui orantes exaudiamur, ideo opus nobis esse intercessionibus, patrocinii & mediationibus Sanctorum ad Deum: Chrysofomus hanc persuasionem multis in locis conatur populo eximere, propositis promissionibus de Christo mediatoris officio & intercessione.

Ita Homilia quinta in Matthæum: Si mente vigilemus, multo magis nostro, quam alieno tuti esse possumus suffragio. Nam & Deus salutem nostram, non tam aliis pro nobis rogantibus vult donare, quam nobis. Sic enim & Chananæam illam aliquando miseratus est, sic etiam meretrici donat fidem, sic denique latronem à cruce in Paradisum transtulit, nullius patroni, nullius precibus mediatoris inflexus. Et de muliere Chananæa Homilia duodecima dicit: Miserere mei. Non, inquit, habeo conscientiam bonorum operum, nec rectæ vitæ fiduciam: Ad misericordiam confugio, ad tranquillum portum peccantium, vbi cessat iudicium, vbi ineffabilis salus est. Dic mihi mulier, quomodo ausa es, cum sis peccatrix & iniqua, accedere ad Christum? Ego, inquit, noui quid agam, vide prudentiam mulieris, non rogat Iacobum, non obsecrat Iohannem, neque pergit ad Petrum, nec intendit ad Apostolorum chorum, non quæsiuit mediatorem, sed pro omnibus illis pœnitentiam accepit comitem, quæ aduocati locum im-

pleuit, & sic ad summum fontem perrexit. Propterea, inquit, descendit, propterea carnem assumpsit, & homo factus est, vt ego ei audeam loqui. Sursum in caelis Cherubin cum tremunt, & Seraphin metuunt, & deorsum meretrix loquitur cum eo. Ibidem: ad Deum non ostiario, non mediatore, non ministro opus est. Sed dicit: Miserere mei Deus, &c.

Idem Homilia de profectu Euangelij: Vis discere, quod etiam per nos ipsos orantes, plus apud Deum efficitur, quam dum alij pro nobis orant: Clamauit Chananæa, & accesserunt Discipuli. Et ad illos quidem dixit: Non sum missus, &c. Quando autem ipsamet accessit, tunc beneficium dedit: Vides quomodo repulit cum alij precarentur, vbi vero ipsamet orans, clamauit, annuit. Cum hæc omnia non ignoremus, licet peccatores simus & indigni, licet soli simus & intercessoribus careamus, ne deficiamus, ne despondeamus animum. Ibidem: Cæterum non opus est patronis apud Deum, neque villo discursu, vt blandiari aliis, sed licet solus sis, patronoque careas, & per te ipsum Deum preceris, omnino tamen voti compos eris. Neque enim tam facile Deus annuit, cum alij pro nobis orant, vt cum ipsimet oramus, etiam si plurimis plenis malis.

III. Quia verò scriptura docet: Licet ipsi Deum inuocemus, aliorum tamen pro nobis orationes non esse contemnendas. Chrysofomus illas sententias, de Sanctorum pro nobis intercessionibus, de illis, qui adhuc in hoc seculo nobiscum viuunt, interpretatur. Et notanda est fraus Pontificiorum. Vbi cunque enim Chrysofomus mentionem facit intercessionis Sanctorum (vt cum Homilia 44. in Genesin dicit: Quædo quod ex nobis est, simul offerimus, & accedit intercessio Sanctorum, plurimum nobis cōfert. Et Homilia quinta in Matth. Habent enim vim pro nobis, & quidem maximas orationes supplicationesque Sanctorum. Et Homilia 1. in Epistolam ad Thessal. Non contemnimus preces Sanctorum, sed oremus etiam, vt pro nobis precentur, manumque porrigant.) Hæc omnia Pontificij, de Sanctis in altero seculo, interpretantur. Sed Chrysofomus expresse & disertè loquitur, de intercessionibus Sanctorum, in hoc seculo viuentium. Nam Homilia 44. in Genesin, exempla intercessionis Sanctorum adducit, ex Genesi capite 18. Ierem. 7. 11. & 14. Et Homilia 1. ad Thessal. allegat exempla Act. 12. Phil. 1. 2. Corinth. 2. quæ de viuorum intercessionibus loquuntur. Atque in illa Homilia dictum Ieremias: Si starent Moses & Samuel, &c. ita exponit: si illi iam starent. Item, εἰ τοῖνυν οὐτὸς ἦν νῦν καὶ τῶν τῶν ἐλεῖσθαι. Si Moses nunc esset, & hæc diceret: Dele me, &c.

*Chrysofomus
vivos intelli-
git appella-
tione San-
ctorum.*

*Fraus Pontifi-
ciorum.*

III. Illud quidem Chrysofomus sæpius vrget, Deum propter pios patres, sæpe liberis & posteris benefacere. Et in hanc sententiam aliquoties adducit illas sententias Scripturæ: Recordatus sum testamēti mei, quod erat ad Abraham. Item: Propter David seruum meum, protegam ciuitatem hanc. Homilia in Genesin 41. & 44. Homilia 27. in Matth. &c. Sed hoc nihil aliud est, quam Deum ipso facto hoc cōprobare, quod ex gratia clementer promissit, faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me.

Chrysoſtomus inclinatur in opinionem de patrocinis Sanctorum, in altero seculo.

V. Ad illam verò, quæ vulgari tunc cœperat, opinionem, de orationib. & patrocinis Sanctorum in altero seculo, alicubi inclinatur etiã Chrysoſtomus, vt quando de miraculis, quæ ad martyrum sepulchra edebatur, declamatur. Ita in Babylam martyrem dicit: Sanctorum vbi hinc emigrarint fortitudinem terrificam esse, tum Regibus, tum Dæmonibus, tum ipsi etiã Dæmonum principi: Et in Iuuentium ac Maximum martyres inquit: Sicut milites vulnera in preliis sibi inflicta Regi monstrantes, fideter loquatur, ita & illi in manibus abfecta capita gestantes, & in mediũ afferentes, quæcunq; voluerint apud Regem cœlorũ impetrare possunt. Et Homi. 22. ad Rom. Si Paulus cũ hic esset vsq; adeo dilexit homines, multò magis illic feruentiorem amorẽ ostendit.

Chrysoſtomus nec usurpat, nec defendit inuocationẽ Sanctorum.

VI. Sed tamen in Scriptis illis, quæ certò constat esse Chrysoſtomi, nec docet, nec defendit, nec usurpat inuocationem Sanctorum. Cumque apud sepulchra martyrum tunc conuenirent, ad tractationem verbi, ad Sacramentorum administrationem, & ad preces Deo fundendas, qualis inde persuasio, sensim & tacite animis infederit, ipse Chrysoſtomus narrat, oratione in Babylam, vbi inquit: Si quis huiusmodi conditor iis assistat, ipsius capsulæ aspectus in animam inuadens ipsam percellit, ac perinde afficit, quasi qui illic mortuus iacet, preces simul fundat præsensque adesse cernatur, &c. Sed tamen non martyres, sed ipsam Deum inuocat Chrysoſtomus.

Pseudopigrapha vsq; Missa Chrysoſtomi.

Iterum autem obseruet Lector, quomodo Pontificii cum veris testimoniis destituantur, ad *Ἰερὸν πύργον* cõfugiant. Missam enim, quæ Chrysoſtomi titulo fertur, in qua Sancti exerte inuocatur, suppositiciam esse alibi plane ostendimus, & eiusdem generis esse etiam Homiliam in natali Petri & Pauli, ostendunt ineptæ, falsæ & deprauatæ Scripturæ citationes, vt cum dixit: Petre & Paule sine intermissione pro nobis, rogamus, orate, promissa vestra implete. Sunt enim hæc vestra conuenta, vnus quidem hoc, venite mecum & bonis ne deficiamus: Alterius verò illud, studebo post meum obitũ vestri facere mentionem. Ita Homilias ad populũ Antiochenum ex variis tum locis, tum authoribus consultas esse constat.

Homilia in natali Petri & Pauli.

Homilia ad populum Antiochenum.

Et in illarum 66. ita legitur. Et ipse, qui purpuram indutus est, accedit illa complexurus sepulchra & fastu deposito, stat Sanctis supplicaturus, vt pro se apud Deum intercedant, & Scenarum fabrum ac piscatorem, etiam mortuos, vt protectores orat. Quæ totidem ferme verbis leguntur, inter sermones Augustino in scriptis de sancto Paulo. Et Garetius Canonicus ex auctore multò recentiore Theodoro Daphopato, illam ipsam sententiam citat. In veris autem & certis Chrysoſtomi scriptis, tale nihil legitur. Quod enim ex Homilia post reditum exilij afferũ Pontificij, vbi Chrysoſtomus inquit: Inuitaui vos ad Apostolos, veniamus ad Timotheum, ad Andræam, &c. Non sunt inuocationes, sed deducit populum ad consideranda exempla persecutionum in Sanctis, sicut contextus orationis manifeste ostendit. Ita Iesuitæ Colonienses inuocationem Sanctorum conantur ex Homil. 5. Chrysoſtomi in Matthæum, probare. Ita autem citant verba: Hæc non ed dicimus, vt supplicandum Sanctis esse negemus. Sed manifesta est falsatio. Verba enim Chrysoſtomi hæc sunt: Et bene di-

Homilia post reditum ab exilio.

Iesuitæ Colonienses.

cimus, non vt pro peccatoribus supplicandum esse Sanctis negemus. Hoc enim agit, se non negare, quin Sancti (loquitur autem sicut exempla, quæ allegat, ostendunt, de viuentibus in hoc seculo) debeant pro peccatoribus supplicare.

Chrysoſtomus igitur gliscentem tunc superstitionem inuocationis Sanctorum, aliquantulum repressit, & doctrinam piæ inuocationis ad veros fontes reuocare conatus fuit, sed videamus, quid ij, qui ipsum secuti sunt, fecerint.

Chrysoſtomi igitur discipulum atque sectatorem fuisse Theodoretum Cyri Episcopum, scribit Nicephorus. In eius verò scriptis (modo si *γῆσι* sunt omnia) pugnantia prorsus, contradictoria de hac materia leguntur. Extant enim duodecim libri, de curatione Græcarum affectionũ, quorum tamen Nicephorus in Catalogo lucubrationum Theodoretum nullam facit mentionem, in horum octo multis verbis cõmendatur & stabilitur inuocatio Sanctorum. In Commentariis verò in Epistolas Pauli, quæ ex Nicephori Catalogo certò constat esse Theodoretum, prorsus contrarium traditur. Non eiusdem autem ponderis & autoritatis esse ea, quæ ex incertis scriptis proferuntur, cum iis, quæ certorum scriptorum testimonia habent, extra controuersiam est.

De Theodoro Cyri Episcopo.

Libri de curatione Græcarum affectionum.

Commentarij in Epist. ad Coloss.

Et inter dissimiles siue pugnantes Patrum sententias, semper videndum est, vtra Scripturæ magis sit consentanea.

In libris ergo illis, qui inscribuntur Curatio Græcarum affectionum, propositum auctoris est, sicut in titulo indicat, Euangelicam veritatem ex Græcorum & Gentium Philosophia demonstrare. Inde in octauo libro de martyrum honoribus disputaturus, quod tanquam vrbium custodes, & locorum præfides, quorum precibus & interuentu apud Deum vtentes homines, per eos demum diuina munera consequantur, honorandi sint, multas ex Philosophis & Poetis, ex Hesiodo præcipue, & ex Platone sententias trãscribit, quod Genes suos Heroas & Dæmonas eodem etiam modo coluerint, scilicet vt *φύλακας* *δυνάμειν ἀνθρώπων πλοδοσίας* iuxta Hesiodum, quos soliti fuerint, *δεῦρ' ἔειν ἢ προσκυνεῖν αὐτῶν τὰς δίκας*, iuxta Platonem.

Status librorum Theodoretum, de curatione affectionum Græcarum.

Honores martyrum superstitiosos.

Et post hanc collationem tandem circa finem concludit, martyres apud Christianos, non tantum eo modo, sed multo amplius coli: Martyrum, inquit, templa magnitudine & splendore præstantia sunt, neque hæc per annum semel aut bis, aut quinquies visitamus, sed in eis sæpenumero dies festos peragimus. Quiq; homines prospera sunt valetudine, cõseruare sibi eam à martyribus petunt. Qui vero ægritudinem aliquam patiuntur, sanitatem exposcunt. Insuper steriles viri & mulieres, dari sibi filios petunt, qui verò parentes sunt, integra sibi custodiri, quæ consecuti sunt, dona. Item, qui peregre aliquo proficiscuntur, petunt martyres sibi comites esse in via, vel potius itineris duces. Qui verò iam sospites redierunt, gratias agunt acceptum beneficium confitentes. Non qui se ad Deos accedere arbitrentur, sed qui orent Dei martyres, tanquam diuinos homines, intercessoresque sibi eos apud Deum aduocent & precentur. Pie verò fideliterque precatos, ea maxime consequi, quæ desiderant, testantur, illa quæ votorum rei dona persoluant, manifesta nimirũ adeptæ sanitatis indicia.

Templa martyrum & festi.

Nam

*Donaria in
martyrum
templis sus-
pensa.*

Nam alij quidem oculorum, alij vero pedum, alij porro manuum simulachra suspendunt, ex argento auroué confecta, &c. Ita Theodoretus in libris illis, quos inscripsit, De Euangelicæ veritatis, ex Græcorum atque Gentium Philosophia, cognitione, quorum tamen librorum sicut dictum est, in catalogo lucubrationum Theodoretæ apud Nicephorum nulla fit mentio.

*Theodoretus
inuocationis
Sanctorum
fundamenta
refellit.*

Idem vero Theodoretus in Commentariis ad Epistolas Pauli, quæ inter *γνήσια* ipsius opera Nicephorus recenset, ipsum fundamentum & nervos inuocationis Sanctorum, ex Scriptura subuertit, & superstitionem illam Synodorum auctoritate damnatam scribit. Quod Theodoretæ testimonium eo gratius nobis esse debet, quia in magnis illis Conciliorum voluminibus, Canon ille non ita legitur, sicut eum Theodoretus citat. Explicans igitur Theodoretus illud Pauli Col. c. 2. In humilitate & religione Angelorum inquit:

*Angelorum
inuocatio da-
mnata.*

Qui legem defendebant, eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes, fuisse legem per eos datam. Māsit autem diu hoc vitium in Phrygia & Pisidia: Quocirca Synodus quoq; quæ cōuenit Laodiceæ, quæ est Phrygiæ metropolis, lege prohibuit, ne precarentur Angelos. Et in hodiernum vsq; diem, licet videre apud illos & eorum finitimos, oratoria Sancti Michaelis. Illi ergo hoc consulebant, utique humilitate vtentes, dicētes vniuersorum Deum, nec cerni, nec comprehendī, nec ad eum posse perueniri, & oportere per Angelos diuinam sibi beneuolentiam conciliare. Et hoc est, quod Paul. dicit: In humilitate & cultu Angelorum. Hoc autem (in iis, quæ nō vidit incedens) pro eo, quod est propriis rationib. & cogitatis vtens. Idem repetit in 3. cap. Præcipit Paulus, vt Deo patri gratiarum actionem emitant per Christum, non per Angelos. Hanc etiam legem sequens Laodicensis Synodus, & volēs veteri illi morbo mederi, cavit ne precarentur Angelos, & ne relinquerent Christū. Hæc Theodoretus, qui etiam in Compendio Hæreticarum fabularum Cainis hoc tribuit, quod Angeli alicuius nomen inuocent. Et tamē Andradius non veretur scribere, veterem Cainam hæresin esse, inuocationem Sanctorum improbare.

*Synodus Lao-
dicena.*

*Andradij &c.
tractas.*

*Laodicensis
Synodus.*

Celebrata autem fuit Laodicensis illa Synodus, circa annum Domini 368. hoc est, circa tempora Basilij & Nazianzeni, quod notabile est. Operæ precium autē est considerare, qua fraude Canon ille nunc deprauatus, Angelos in Angulos transformarit. Ita enim nūc habet 35. Canon: Non oportet Christianos, derelicta Ecclesia abire, & ad Angulos idololatriæ abominandæ cōgregationes facere, quæ omnia interdita sunt. Quicumq; autem inuentus fuerit, occultæ huic idololatriæ vacans, anathema sit, quoniam derelinquens Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, accessit ad idola, &c. Altera editio legit (Angelos nominare) Theodoret. vero dicit: Canonem illum prohibere inuocationem Angelorum, ne quis Angelos oret aut precetur, quasi per illos aditū sibi ad Dei gratiam & beneuolentiam facturus.

*De Canone
Laodicensis
Synodi.*

*Templum
Michaelis.*

Proderit vero ad illam Theodoretæ narrationem de lege Laodicensis Synodi, & de Michaelio conferre ea, quæ Nicephorus scribit Tomo 7. c. 50. de apparitionib. Michaelis, & de oratorio Michaelio, extructo à Constantino. Et quæ in Lombardica historia scribantur de apparitione Michaelis in Gargauo facta, anno Domini 390. Illa

enim collatio ostendet, quales fabulæ sub titulo venerandæ antiquitatis Ecclesiis obtrudantur.

Sed reuertamur ad Theodoretum, qui si autor est librorum de Græcis affectionibus, cum contrarium illis scribat in Commētariis ad Paulum, sicut ostendimus, nō obscurum esse potest, quid illi eius narrationi, de martyru inuocatione tribuendum sit. Hanc enim ex collatione Philosophiæ Græcorum atque Gentium, sicut titulus testatur, assumit. Alteram vero sententiam ex fundamento verbi Dei, Colof. 2. & 3. extruit.

Et quod diligenter obseruandum est, etiam si Theodoretus sanctos inuocasset, sicut in historia religiosa, quæ ipsi tribuitur, aliquot extāt exempla, non tamen vniuersalis fuit in omnib. Ecclesiis illa obseruatio, sicut ex Cyrillo, qui iisdē temporibus vixit, manifestum est. Iulian. enim apostata Christianis obiecerat, quod Christum hominem & martyres colerēt. Si, inquit, adhuc nobiscum (id est, cum Ethnicis) essetis, vnum pro multis Diis coluissetis, non hominem, imo non multos homines miseros, vsos lege dura & aspera, intelligens martyres. Cyrillus vero respōdens lib. 6. quod ad Christum attinet, inquit: Non vt hominem colimus, sed hominem, qui apparuit, Dei verbum agnoscentes. De martyrib. vero respondens, memoriam & honorem martyrum confitetur, adorationē negat, inuocationis vero nullam prorsus facit mentionem. Hęc enim sunt eius verba: Ad sanctos martyres, neq; Deos esse dicimus, neq; adorare consueuimus. Laudamus autem eos potius summis honoribus, quod pro veritate strenue certarūt, ita vt & suam animam contempserint, &c. Proinde non est indignum, imo etiam necessarium, eos, qui tam claris operibus gloriosi sunt, perpetuis honorari laudib. Et paulo post venerationem martyrum describit: Non cultu, non adoratione, nō inuocatione, sed inquit: Omni honore eos dignamur, quodāmodo reponētes illis memoriam inaccessibilem, pro honorib. & remuneratione fortitudinis tam cōspiciuæ. Imo recitans, quomodo Græci suos Dæmonas, quos ex hominibus præstantib. fieri fingebant, coluerint, scilicet tanquam custodes & auxiliares superstirū, cum Deum esse nihil aliud intellexerint, quam vtilitati cuiuspiam hominum præfectum esse. Non addit, sicut Theodoretus facit, Christianos idem, aut multo magis de martyrib. suis sentire, sed ita concludit. Proinde nos quidem minime. Græci autem potius deprehenduntur fuisse hominum cultores, & Dei gloriam incircumspecte, quibus voluerunt, tribuisse. Ita lib. 10. Iulianus inquit: Ad antiquum illum mortuum additis multos recēs mortuos. Cyrillus vero respondens, dicit: Christianos magnificere reuerentiam & honorem erga sanctos martyres, sed addit: Scriptura nobis vnum Deum prædicauit, aliū autem præter illum omnino nullum adorare consueuimus. Idem Cyrill. in 16. c. Ioan. inquit: Nullus accedit ad patrem, nisi per filiū, per quem adductionem habemus ad patrem in Spiritu. Ideo se portam & viam appellat, quia inquit: Nemo venit ad patrem nisi per me. Nam in quantum Filius & Deus est, vna cum patre, nobis bona largitur. In quantum vero Mediator est & Pontifex, & Paracletus, nostras preces ad Patrem adducit. Et tandem concludit, orādum igitur est in nomine Saluatoris, si exaudiri à Patre volumus.

*Historia reli-
giosa.*

*Inuocatio san-
ctorum hęc
veneratione non fuit
vniuersalis.*

*Cyrillus con-
tra inuoca-
tionem San-
ctorum.*

*Veneratio
martyrum
apud Cyril-
lum.*

*Adoratur so-
lus Deus.*

Atque

Conclusio h-
istoria Ecclesia
Græca & 573
ad Theodore-
ni & Cyrilli
tempora.

Atq; ita hætenus in Græca Ecclesia, inuocatio Sanctorum alicubi, & à quibusdam variè tenta- ta, vsurpata & defensa, non tamen ubiq; ab om- nibus Ecclesiis recepta & approbata fuit: Sed semper fuerunt quidam præstantes viri, qui eam non admiserunt, sed improbarunt, & fundamenta eius refutarunt, & Ecclesiam ad fontes veræ in- uocationis Dei deduxerunt, sicut ostendimus. Post hæc vero tempora, insecuta quidem est tri- stior & maior confusio dogmatum & rituum in Græca Ecclesia: In receptas tamen & vniuersales formulas publicarum precationum inuocatio San- ctorum tarde admissa fuit. Et memorabile est, ac ad perpetuam rei memoriam dignum obseruatio- ne, quod Petrus Gnapheus, qui in quinta vni- uersali Synodo, vt hæreticus damnatus fuit, pri- mus author & inuictor fuit miscendæ inuocatio- nis Sanctorum inter publicas Ecclesiæ preces. Ni- cephorus enim lib. 15. cap. 28 inter ea, quæ Petrus ille Fullo inuenisse seu reperisse dicitur numerat & hoc, vt in omni precatione Dei genitrix nomi- naretur, & diuinum eius nomen inuocaretur. Factum hoc fuit circa annum Domini 470.

Petrus Gna-
pheus publi-
cus Ecclesia
precibus inuo-
cationem San-
ctorum primus
inseruit.

Pontificij ad
stabilendam
Sanctorum
inuocationem
falso Synodo
6. absumitur.

Pontificij vero, qui in publicis Ecclesiæ suæ precibus, inuocationi Sanctorum primarium locum tribuunt, ne videantur Fullonem illum hæreticum huius rei authorem habere, allegant Canonem septimum vniuersalis sextæ Synodi, vt prætere possint, publica vniuersalis Eccl- siæ autoritate receptam, atq; adeo sanctam esse inuocationem Sanctorum. Cumq; reliquæ dog- matica illius Synodi de incarnatione Christi reci- piamus, existimant eadem autoritate etiam inuocationem Sanctorum recipendam esse. Sed certum est, 9. illos Canones, qui in Tomis Con- ciliarum sextæ Synodo tribuuntur, supposititios & adulterinos esse, id quod ipsi etiam Pontificij pronunciant. Et hoc Lector diligenter notet. Ita autem habet adulterinus ille Canon.

Supposititios
Canon 9. Sy-
nodi 6.

Singulis diebus, qui amplius non potest, sal- tem duabus vicibus oret, mane scilicet & vesp- ri, dicens Symbolum siue orationem Dominicam, vel: Qui plasmasti me miserere mei, vel etiam: Deus propicius esto mihi peccatori. Et Deo gra- tias agat, pro quotidianæ vitæ comitatibus, & quia te ad imaginem suam creare dignatus sit, & à peccatoribus segregare. His actis, & solo Deo creatore suo adorato, inuocet Sanctos, vt pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignen- tur, &c. Postea tamen præualecente superstitione, vna cum cultu & adoratione imaginum, in- uocatio Sanctorum etiam recepta, & stabilita est in Græca Ecclesia, in septima Synodo, circa an- num Domini 781.

Inuocatio Sa-
ctorum in
Græca Eccle-
sia stabilitur
Synodo septi-
ma.

Isidorianis.
Intercessio
Sanctorum.

Atq; ita in Græca Ecclesia à voto communium præcû, quo primum societas inuocationis soli- us Dei expetebatur, inclinatio sensim facta est ad manifestas & crassas superstitiones. Ita Iustini- anus Imperator lib. 1. Codicis, Tit. 30. tantum in- tercessionis facit mentionem, cum inquit: Hoc etiam deprecantes exoramus gloriosæ Mariæ vir- ginis precibus, vt quicquid minus est Reipub. nostræ, per nos indignos seruos suos restituat in suo nomine Deus.

Euagrius inuo-
cationes.

Euagrius non longe post ea tempora crassius prægreditur. Facit enim Chosroem Persarum Regem, ita inuocantem beatum Sergium: vt & ego & Syra Amasia, & omnes, qui in mundo

lunt, εις τω σωθοναμιν ελπιζομεν, κα εις σε ετι πι-
σειωμεν. Vt in tuam potentiam speremus, & in te amplius credamus. Et ne opus sit, plura exempla ex posteriorum scriptis conquirere, Vnus Dama- scenus satis crassa suppeditat exempla. In eius enim historia scribitur, cum à Leone Isaurico vna manu mutilatus esset, quod statim confugerit ad Mariam, feruideq; ipsi supplicarit, atq; hoc pacto ipsum detruncatam manum, sanitate resti- tuta, mirabiliter recepisse. Et ipse Damascenus in hymnis suis ita inuocat Mariam: Iouitpera- bilem spem tuam Deipara habens, seruabor, de- fensionem tuam possidens, non timebo, perse- quar inimicos meos, & in fugam vertam, solam habens, vt thoracem protectionem tuam, & om- nimpotens auxilium tuum. Et deprecor clamās tibi Domina, salua me intercessionibus tuis Irē, gloriosa mater Dei adduc nostram deprecationem in filio tuo, vt saluet per te animas nostras. Misericordix ianuā aperi nobis benedicta Dei- para. Sperantes igitur in te ne aberremus, libere- mur per te à calamitatibus. Tu enim es salus ge- neris hominum, omnem spem meam in te repo- no, mater luminis, serua me sub protectionem tuam, &c.

Damasceni
inuocationes.

Inde hoc tempore Græci in precibus suis ho- rariis, crassissimas habent superstitiones inuoca- tionis Sanctorum, cuius exempla quedam à D. Camerario & Chytrao recitantur: vte mutum inexpugnabilem, munitionem salutis Deipara virgo, supplices inuocamus, aduersariorum dissi- pes consilia, urbem inani. Item, spes, præsidium & perfugium Christianorum, quæso, vt quæ mun- dum saluas in desinente tua deprecatione, mem- neris nostri, virgo laude omni dignissima. Ibi- dem extat fabula, quod Apostoli, cū prius soliti fuissent, Christum ita inuocare, Domine Iesu Christe, opitulare nobis; eius loco post assump- tionem Mariæ, exclamasse: Sanctissima Deipara opitulare nobis. Ibidem etiā singuli mane som- no surgentes, dicere iubentur. Sanctus es De- us, propter Dei genitricem, miserere nostri, &c.

Græci nostra
atatis.

Camerarius.
Chytraus.

Fabula im-
pudens.

Hæc certe tanta sunt, quæ nec excusari, nec de- fendi possunt. Sed desuo λόσημα tanta plura re- citare. Hæc enim ad institutam nostram historiam considerationem, de initiis, de progressu, & tandem de crasso excessu inuocationis Sancto- rum, in Græca Ecclesia sufficere possunt.

Reuertamur iam ad reliquos Latinos Scripto- res post Lactantium & Hilarium, de quibus su- pra dictum est, & ex illis etiam historiam inuo- cationis Sanctorum breuiter contexamus. Am- brosius igitur, qui iisdem ferme temporibus flo- ruit, quibus Basilius & Nazianzenus, quando Scripturam interpretatur, ipsa fundamenta in- uocationis Sanctorum, in Exemplis Ethnicæ ido- latriæ conuellit. Gentes enim, quod non rectè ipsum supremum Deum, sed Heroas, Demonas, & alias creaturas, cultibus, votis & inuocationi- bus suis accederent, duabus potissimum ratio- nibus mouebantur:

De Latinis
Patribus post
Lactant. &
Hilarium.
Ambrosius
de inuocatio-
ne.

Rationes cur
Gentes inuo-
cant creatu-
ras.

I. Sicut in aulis non statim ad ipsum Regem prorumpitur, nec ad illum cuius patet aditus, sed Comites & Tribuni primo ad eundem & deli- niendi sunt, vt vel supplicationes Subditorum ad Regem perferant, vel aditum ipsis ad Regem parent.

II. Qui vel miser vel indignus, vel male meri- tus est,

R tus est,

tuse est, is, quando à Rege aliquid vult impetrare, implorat suffragia eorum, qui apud Regem in gratia & autoritate sunt. Et hæc sunt ipsissima etiam fundamenta inuocationis Sanctorum apud Pontifices.

Ambrosius vero exponens illa verba Pauli, Roma, cap. I. (seruiertur creaturæ potius, quam creatori) istas rationes diserte refutat his verbis: Solent tamen pudorem passi neglecti Dei, misera vti excusatione, dicentes: Per istos posse ire ad Deum, sicut per Comites peruenitur ad Regem. Age nunquid tam demens est aliquis, & salutis suæ immemor, vt honorificentiam Regis vendicet Comiti? Cum hac de re si qui etiã tractare fuerint inuenti, iure vt rei damnentur maiestatis. Et isti nõ putant reos, qui honorem nominis Dei deserunt creaturæ, & relicto Domino conseruos adorant, quasi sit aliquid plus, quod seruiatur Deo. Nam & ideo ad Regem per Comites, & Tribunos itur, quia homo vtiq; Rex, & nescit quibus debeat Rempubl. credere. Ad Deum autem, quem vtiq; nihil latet (omnium enim merita nouit) promerendum suffragatore non est opus, sed de mente deuota. In libro etiã de Isaac & anima, de Christi mediatoris officio piè & ex Scriptura inquit: Ipse Christus os nostrum est, per quod patri loquimur, oculus noster per quem patrem videmus, dextera nostra, per quam patri nos offerimus, quo nisi intercedente, nec nobis, nec Sanctis omnibus quicquam cum Deo est.

*Apostropha
Rhetorica
Ambrosii.*

A tibi vero, sicut ferebat stylus illius temporis, Rhetoricis apostrophis ludit, vt in funere fratris Satyri. Sed prius vltimum vale dico: Præcede ad illam communem omnibus & debitam, sed iam mihi præ cæteris desiderabilem domum, para hospiti confortium. Ne quæso, cupientem tui diu differas, properantem expecta, festinantem adiua, & si diutius tibi morari videbor, accersere, &c. Sed figuram hanc esse Prosopopœiam, Rhetores norunt, sicut & in Lucam libro decimo, Ambrosius hac figura vtitur, cum inquit: Vnde te euocem Petre, vt doceas me, quid flens cogitaueris? Vnde inquam te euocẽ, de cælo, vbi iam choro insertus es Angelorum? An etiam de tumulo? &c.

*Ambrosium
ad inuocatio-
nem Sancto-
rum inclina-
uit contra Scri-
pturam.*

Non tamen nego, Ambrosium tandem, cum Monachatum à Basilio mutuo sumpsisset, etiam ad inuocationem Sanctorum cœpisse inclinare. Nam in libro de viduis inquit: Cum socrus Simonis magi febribus detineretur, Petrus & Andreas rogauerunt Dominum pro ea: Et tu vidua habes proximos, qui Deo pro te supplicent: Habes Apostolos proximos: Habes Martyres proximos. Itẽ, Videtis, quod magno peccato obnoxia, minus idonea sit, quæ pro se precetur, certe quæ pro se impetret. Adhibeat igitur ad medicum alios precatores: Infirma est caro, mens ægra, & peccatorum vinculis impedita, ad medici illius sedẽ debile non potest explicare vestigium. Obsecrandi sunt Angeli, qui nobis ad prælidium dati sunt. Martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddã corporis pignore patrociniũ vendicare. Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine, etiam si quæ habuerunt peccata, lauerunt. Isti enim sunt Dei martyres, nostri præfules, speculatores vitæ, actuumq; nostrorũ. Nõ erubescamus eos intercessores nostræ infir-

*Martyres pro
prio sanguine
peccata sua
lauisse contra
Scripturam.*

mitatis adhibere, qui & ipsi infirmitatem corporis etiam cum vincerent, cognouerunt. Hæc ibi Ambrosius, præter, imo contra Scripturam. Quæ enim Scriptura docet, peccatorem pœnitentem non posse pro se orare? Non posse ad Christum accedere, atq; ideo Angelos & martyres defunctos esse inuocandos? Imo contra Scripturam exerte pugnat, Martyres peccata sua proprio sanguine lauisse, 1. Ioan. 1. Apoc. 1. 7. 17. Cumq; Christus clamitet: Venite ad me omnes, qui onerati estis, Matth. 11. Et promittat Ioan. 6. Quicquid ad me venerit, non eiiciam foras: Ambrosius in illa sua declamatione, contrarium statuit. Et manifestum est, quomodo impingat in dulcissimã sententiam Ebræ. 2. Quod Christus ideo passus sit & tentatus, vt fieret fidelis & misericors Pontifex, & posset eis, qui tentantur, auxiliari: Cumque Angelus nolit adorari Apoc. 19. Ambrosius dicit: Obseruandi sunt Angeli. Quæ vero consequentia est? Petrus in hac vita, pro socru sua orauit, Ergo inuocandi sunt Sancti, qui ex hac vita discesserunt. Illas ipsas certe rationes, quibus hoc loco Ambrosius vtitur, ipse, tractans textum Rom. 1. in aliis refutat. Et Chrysost. illud Ambrosij, quod peccator pœnitens non possit pro se precari, nec ad Christum accedere, sæpius in multis locis refutat, sicut ostendimus. Augustinus etiam iusta disputatione reiecit illud, quod Ambrosius dicit: Martyres in altero seculo esse speculatores vitæ, actuumq; nostrorum. Qualis igitur debeat esse autoritas huius sententiæ Ambrosij, cordato Lectori non obscurum esse potest. Quæ vero præterea sub Ambrosij nomine, ex sermonibus & ex præparatione ad missam, proferri solent, supposititia sunt.

*Collatio Scri-
pturæ.*

Αυθόμοισα

*Supposititia
Ambrosii.*

Sed tamen circa illa tempora, in Latina etiam Ecclesia, alicubi & à quibusdam, inuocationem Sanctorum, vel certe speciem eius, vsurpatam fuisse, ostendunt obiectiones Gentium & Manichæorum, de quibus in Augustino dicemus: Vigilantiũ etiam certamen Hieronymi tempore idem ostendit. Et fieri quidem potest, sicut in certaminibus solet, quod Vigilantiũ nimium deflexerit in alteram partem, derogans debita venerationi, & iustis honoribus martyrum, si vera sunt, quæ Hieronymus in suis criminatiõibus ipsi tribuit.

*Vigilantiũ
certamen.*

Sed tamen inde colligitur, Ecclesias apud Celtas & Germanos, offensas fuisse noua illa persuasione inuocationis Sanctoũ, qui ex vita discesserant. Non enim tantum Vigilantiũ presbyter eam reprehendit, sed (quod Hieronymus ad Ripacium conqueritur) Episcopus etiam Galliarũ, vir sanctus, cum multis aliis sententiæ ipsius acquieuit. Irenæus enim scribit, Celtas & Germanos, quos Barbaras Gentes appellat, simplicitatẽ fidei Apostolicę, tam tenaciter & mordicus retinuisse, vt statim aures obturarint, si quis diuersum ab eo, quod semel acceperant, annunciarer. Cũ igitur Apostolicam initio traditionem accepissent, Solũ Deum, in nomine Christi mediatoris adorandũ & inuocandũ, non potuerunt non offendi, subintroducã noua opinione inuocationis Sanctoũ. Quod si Vigilantiũ, iuxta Basilij similitudinem, more insitorum, qui dũ curuæ arboris statum corrigere student, nimia attractione in alteram partem deflectendo, peccant, eo progressus est, quod contemptim & scurriliter de

*Celta & Ger-
manos offensa
inuocatione
Sanctorum.*

Irenæus.

ter de

ter de martyribus, & eorum reliquiis, & sensit & locutus est, sicut Hieronymus ipsum accusat, nō defendo. Quanquam optandum esset, vel ipsius Vigilanti scriptum extare, vnde de eius sententia recte statui posset, vel Hieronymum non cōuitiis & criminationibus, sed Scripturę argumētis modeste & placide causam illam egisse. Quod enim Vigilanti multa impingat, quę nunquā dixit, ipse non potest dissimulare, cum inquit: Miror quod non dicas nequaquam perpetranda martyria: Quod cum dixeris, imo & si non dixeris, ita habebis quasi dixeris, &c. Sed hęc relinquamus Deo Iudici iusto.

Nos vero remotis paulisper ē scena personis, rem ipsam videamus. Et de reliquiis martyrum postea dicemus. Quod vero ad hunc locum attinet. Vigilantius quantum ex Hieronymo colligitur, tria hęc capita disputauit. I. Martyres seu Sanctos, qui ex hac vita discesserunt, nō esse colendos & adorandos. II. Dum viuimus, mutuo pro nobis orare debere, post mortem vero nullū pro aliis deprecari. III. Martyrum seu beatorum animas non adesse suis tumultis, nec interesse rebus viuentium. Ad hęc capita Hieronymus respondens, nequaquam vel probat vel defendit Sanctorum cultum & adorationem, sed dicit: Nos autem non dico martyrum reliquias, sed ne Solem quidem & Lunam, non Angelos, non Archangelos, non Cherubin, & Seraphin, & omne nomen quod nominatur, & in præsenti seculo, & in futuro colimus & adoramus, ne seruiamus creaturę potius, quam creatori. Item: Quis aliquando martyres adorauit? Quis hominem putauit Deum? Item: Populi qui sanctis Samuelis reliquiis occurrerunt, nō Samuelem adorabant, sed Christum, cuius Samuel & Propheta & Leuitas fuerat.

Nota mihi est Lindani & aliorum Sophistice, qui fingunt, Hieronymum quidem adorationē martyrum damnare, sed inuocationem eorum probare & defendere. In tota vero proluxa & acerba illa Hieronymi inuectiua, nulla syllaba extat de hac distinctione, quod martyrum animas, non quidem adorandę, sed tamen inuocandę sint. Et ex Augustino mox ostendemus, illis temporibus, in publicis Ecclesię precibus, Sanctos nec adoratos nec inuocatos. Circa idem etiam tempus Laodicensis Synodus lege prohibuit, ne quis Angelos precetur, sed ad memorias martyrum, ipsum & solum Deum adorabant, inuocabant & precabantur, sicut ex Augustino mox ostendemus. Quod igitur Hieronymus dicit. Si quis precator ad martyrum memorias aduenit: Intelligit de adoratione & inuocatione ipsius Dei, quę fiebat apud memorias martyrum. Demonstrari enim non potest, vlla vel dictione, vel syllaba, Hieronymum aduersus Vigilantiū, hoc agere & defendere, quod Sancti, qui ex hac vita discesserunt, sint inuocandi.

Quod vero ad alteram quæstionem attinet, recepta tunc à plerisque erat sententia illa de qua Origenes, sicut supra ostendimus, cum non habeat expressum Scripturę testimonium, dubitando & ambigendo disputauit: Beatos scilicet in altera vita orare pro Ecclesia. Et accesserat illa persuasio, quando Deus ad monumenta martyrum adorabatur & inuocabatur, tunc martyres vna cum illis precatoribus sua vota coniungere,

& Deum comprecari, ac propter votum talium communium precum seu comprecationis, fiebant tum adorationes & inuocationes Dei apud monumenta martyrum. Hanc persuasionem, quia extra Scripturam recepta erat nec verę antiquitati nota fuerat, à multis in Gallia non fuisse, tanquam articulum fidei, receptam, ex illo Hieronymi libro manifeste apparet. Vigilantius vero, sicut in contentionibus fieri solet, nō tantum dimicauit, opinionem illam, cum claris Scripturę testimoniis destituatur, non esse æquandam articulis fidei, sed eam (si vera sunt, quę Hieronymus ipsi tribuit) simpliciter ita damnauit, vt diceret: Post mortem in altero seculo nullum *audere* pro aliis deprecari. Item: Dum viuimus mutuo pro nobis orare posse. Postquam autem mortui fuerimus, nullius esse pro alio exaudiendam orationem. Et hanc negatiuā Vigilantius conatus fuit probare ex Apocryphis Eldrę, & ex translatione quadam Solomonis non authentica. Attulit etiam illud ex Apoc. 6. quod martyres vtionem sui sanguinis obsecrantes impetrare non quauerint. Hieronymus vero in contrariam partem, magna vehementia insurgens, tanquam pro articulo fidei pugnat, Beatos in altero seculo orare pro Ecclesia credentium in hac vita: Cum Origenis tempore fuerit tantū priuata, dubia & apocrypha opinio, quę aliqua probabilitate tantum disputabatur. Et Hieron: ex Scriptura nulla expressa adfert testimonia, tantum ita argumentatur: Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post coronas, victorias, triūphos, &c. Sed sub initium huius loci ostēdimus, quid nostrę Ecclesię de hac disputatione (An beati in cęlo, pro Ecclesia militante, solliciti sint & orent) sentiant; si non, vt articulus fidei, cum necessitate credendi, sed vt probabilis opinio proponatur. De orationibus igitur Sanctorum Hieron. disputat, non autem contendit, Sanctos esse inuocandos.

Quod vero ad tertiam quæstionem attinet, Vigilantius disputauit, sicut verba ipsius Hieronymus recitat: Animas Apostolorum ac martyrum, vel in sinu Abrahę, vel in loco refrigerij, vel subter aram Dei consedisse, nec posse suis tumultis, & vbi voluerint, adesse præsentes. Hieronymus vero respondet: Tu Deo leges ponis? Tu Apostolis vincula iniicis? vt vsq; ad iudicij diem teneantur custodia, ne sint cum Domino suo, de quibus scriptum est: Sequuntur agnum quocunq; vadit? Si agnus vbiq; esse credendi sunt, &c. Sed hęc Hieronymi asseuerationem, non multo post diserte negarunt, reiecerunt, improbarunt & refutarunt Augustinus & Chrysostomus. Et Augustini quidē testimonia mox adscribemus. Chrysost. vero Homilia 29. in Matthæam dicit: Non potest anima à corpore separata in his regionibus errare. Iustorum enim animas in manu Dei sunt: Peccatorū vero post hunc exitum cōtinuo abducuntur, quod à Lazaro & diuite planum efficitur. Et paulo post: Multis ē locis Scripturę comprobari potest, nō errare hic post mortem, iustorum hominū animas. Nam & Stephanus ait: Suscipe Spiritum meum. Et Paulus, resoluī ac esse cum Christo, desiderabat. De Patriarcha que-

An beati orent pro nobis.

Tertia quæstio Vigilanti.

An beati adsint in terris.

Hieronymus refellitur ab Augustino & Chrysostom.

Animas post mortem non errare in terris.

Capita disputationum Vigilanti ex Hieronymo. Primum.

Secundum.

Tertium.

Sophistica Lindani de sancto adorationis & inuocationis.

Nec inuocari, nec adorari Sancti.

Secundum caput controuersie Vigilanti.

que Scriptura dicit: Et appositus est ad patres suos. Quod vero nec peccatorum animæ hic commorari possint, diuitem audias quid dicat, perpendasq; quid petit, & non impetrat. Quod si possent animæ hominum hic conuersari, venisset ipse vt cupiebat, &c. Idem concione 4. de Lazaro prolixè disputat, mortuos non apparere uiuentibus. Et inquit: Animæ corpus egressæ, non amplius hic commorantur, sed protinus abducuntur.

Hieronymus non defendit inuocationem Sanctorum de functionum.

Non omnia igitur simpliciter Catholica dogmata sunt, quæ Hieronymus contra Vigilantium disputat. Sed quod ad hunc locum de inuocatione Sanctorum attinet, non opus habemus hac responsione. Certum enim & manifestum est, Hieronymum in tota illa disputatione, nec probare, nec defendere inuocationem Sanctorum, neq; hoc disputare, orationem esse ad Sanctos, qui in altero seculo sunt, dirigendam. Quod vero de oratione beatorum in cælo pro Ecclesia disputat, de eo, quæ sit Apologiæ nostræ sententia, sub initium huius loci exposuimus, Inde vero non sequitur, Sanctos esse inuocandos, nec eâ consequentiam Hieronymus inde texit: Quicquid igitur sit de Ambrosii obsecrationibus, hoc certum est, Hieronymum non diu post Ambrosium, in certamine contra aduersarium, licet vniuersam bilem effundat, non tamen vel voluisse, vel ausum fuisse, inuocationem Sanctorum defendere. Vnde recte colligitur, eam tunc non habitam pro dogmate seu articulo fidei. Ea enim, quæ dogmata sunt, quando ab aduersariis impugnantur, aperto Marte, & maiori zelo solent defendi.

Apostropha Rhetorica Hieronymi.

Quod vero in Epitaphio Paulæ Hieronymus dicit: (Vale ô Paula, & cultoris tui vltimam senectutem orationibus iuua) Non stabilire Pontificiorum opiniones de inuocatione Sanctorum, sed esse apostrophen Rhetoricam, ex ipso Hieronymo ostendi potest. Nam in Epitaphio Nepotiani dicitur inquit: Quicquid dixero, quia ille non audit, mutum videtur. Et sub finem: Cum quo loqui non possumus, de eo loqui nunquam desinamus. Ita in oratione super obitu Blefillæ, attribuit Blefillæ mortuæ prolixum sermonem, quo matrem lugentem alloquitur: Quas nunc existimas Blefillam nostram pati cruces, quæ ferre tormenta, quæ tibi Christum videat subiratam? Clamat nunc lugenti: Si vnquam me amasti mater: Si tua vbera luxi, &c. Quem sermonem figuratum esse nemo non videt. Et continua illa figura ibidem etiam dicit: Loquitur illa & alia multa, quæ taceo, & pro te Dominum rogat, mihiq; vt de eius mente securus sim, veniam impetrat peccatorum, &c. Et licet Rhetoricæ illæ compellationes inclinare tunc cœperint ad inuocationem Sanctorum; Ipse tamen Hieronymus, per mitigationem quandam eas declarat, ne sint inuocatio, vt in vita Hilarionis, Constantiæ cuiusdam, quam sanctissimam mulierem appellat, deuotionem describens, inquit: erat enim solita peruigiles in sepulchro Hilarionis noctes ducere, & quasi cum presente, ad adiuuandas orationes suas sermocinari. Sicut simili figurarum licentia, Eusebius in vita Constantini dicit: *ὅτι μὲν εὐσεβεία καὶ φιλανθρωπία προσκυνῶν.* Te quidem ô pietas & humanitas adoro. Quid vero ex figuratis istis compellationibus sine vlllo Scripturæ testimonio, vel exemplo introductis, tandem extractum sit, in Græ-

Vita Hilarionis.

cæ Ecclesiæ historia iam ostendimus, & in Latina historia mox idem sequetur. Sed iam ad Augustinum progrediamur.

In ea igitur tempora Augustinus incidit, cum questionibus & disputationibus, de orationibus & patrociniis Sanctorum, personarent omnia. Et operæ precium est considerare, vbi Augustinus temporibus cessit, & quomodo tamen a presumptionibus, ad veros fontes inuocationis nominis diuini Ecclesiam reuocare studuerit, cum receptas & communes præsumptiones, liberius reprehendere non auderet. Omnia enim istis temporibus plena fuisse præsumptionibus, ipse ad Ianuarium cõqueritur, vbi & hoc addit: Multa huiusmodi propter nonnullarum, vel sanctorum, vel turbulentarum personarum scandala deuitanda, liberius improbare non audeo. Et quod contra Faustum dicit: Aliud est quod docemus, aliud quod sustinemus, aliud quod præcipere iubemur, aliud quod emendare præcipimur, & donec emendemus, tolerare compellimur.

Augustini scilicet.

Ad Ianuarium.

Contra Faustum.

Augustinus igitur, vna cum aliis etiam secutus est opinionem illam, quæ tunc fermè communis facta fuerat, quod scilicet beati in cælo, solliciti sint pro Ecclesia in terris militante, & pro ea orent. In hanc sententiam allegat Cypriani dictum, cap. 14. de prædestinatione Sanctorum: Magnus illic nos carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute sollicita. Et lib. 9. Confess. Nunc Nebridius meus in sinu Abraham viuit, & spirituale os ponit ad fontem diuinum, & bibit quantum potest, sapientiam pro auiditate sua. Nec sic eum arbitror inebriari ex ea, vt obliuiscatur mei, cum tu Domine quem potat ille, nostri sis memor. In Psal. 88. Natalitia Sanctorum cum sobrietate celebrate, vt imitemur eos, qui præcesserunt, & gaudeant de nobis, qui orant pro nobis, &c. De exauditione etiam illarum orationum, disputat quæstione in Exodum 108. & 149. Et de Ciuitat. lib. 22. cap. 9. dicit martyres talia à Domino impetrare posse, & pro patria iam habere potentiam. Addit etiam libro 20. contra Faustum, cap. 21. Populum Christianum memorias martyrum, religiosa solennitate concelebrare, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum confocietur, atque orationibus adiuuetur. Per confociationem autem Augustinus illud reddere voluit, quod Epistola Smyrnenfis Ecclesiæ, de qua supra, dicit *ὅτι γένειτο καὶ ἡμᾶς συκοινωνῆς γενέσθαι*, vt scilicet Ecclesia militans in hac vita, illarum virtutum, quas in martyribus celebrabat, confors redderetur, acceptis à Deo similibus virtutum donis: Vtq; aliquando confors & socia fieret præmiorum, quorum in vita æterna martyres iam compotes facti sint. Vtrunq; enim vocabulo meriti veteres intelligunt. Et ipse Augustinus confociationem ita exponit, vt libro octauo, de Ciuitate Dei. Deum martyres Angelis cœlesti honore sociasse. Et lib. 11. dicit: Ad sanctorum Angelorum societatem & congregationem, in hac peregrinatione laboriosissima suspiramus, Omnium vero manifestissimè hanc phrasin explicat de vera religione, cap. 55. Sancti illum à nobis colunt, quo illuminante lætantur, meriti sui nos esse consortes. Quod vero de adiumento oratio-

Beatos in cælo, pro Ecclesia militante orare.

Confociatio meritorum.

*Adiuuentia
orationum.*

orationem addit, nequaquam intelligit Sanctos inuocandos. Hoc enim, sicut mox ostendemus, discrete negat, sed persuasio erat illius temporis, quando apud memorias martyrum Deus inuocabatur, quod tunc martyrum animæ, vna Deum comprecarentur. In hanc sententiam dicit Tractat. 8. in Ioannem: Ad mensam Domini non sic martyres commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus, sed magis vt orēt ipsi pro nobis, vt eorum vestigiis adhæreamus. Et sermone 17. de verbis Apostoli, Iniuria est, pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendare. Ipse etiam Augustinus, alicubi erumpit, non quidem in inuocationem, sed in votum cōmuniū precum, seu comprecationis Sanctorum, lib. 5. contra Donatistas, cap. 1. Beatus Cyprianus iam corpore non aggraunte animam, terentius perspicit veritatem: Adiuuet itaq; nos orationibus suis, in istius carnis mortalitate, tanquam in caliginosa nube laborantes, vt donante Domino, quantum possumus, bona eius imitemur. Et hæc Augustinus, sine Scriptura, temporibus & consuetudini cedens.

*August. præsumptiones
suis temporis
corrige, aut
in dubiū re-
care studeat.*

Vide autem & considera quomodo Augustinus, sicut ipse loquitur, ea, quæ tolerare compellitur, corrigere & emendare studeat, vt Ecclesiam à præsumptis persuasionibus, ad Scripturæ doctrinam de inuocatione Dei reuocet. Nam post Basilium pleriq; patres, vt Nazianzenus, Nyssenus, Theodoretus, Ambrosius, Hieronymus, &c. non tam disputarant, quam asseuerarant, animas martyrum & beatorum, apud memorias suas, & alibi in hoc mundo præsentem esse, rebus viuētium interesse, eas cognoscere, curare, disponere & administrare, vota precantium audire, & ad Deum perferre, cultoribus suis auxilio esse, ac omnis generis beneficia non impetrare tantum sed conferre. Hac enim potissimū præsumptione, Deum precaturi ad monumenta martyrum concurrebant, ac ipsos sæpius martyres nominatim compellabant, beneficia etiam exauditionum & auxiliorum, ipsis tribuebant martyribus: volebant etiam ideo apud monumenta martyrum sepeliri. Augustinus vero cum præsumptiones illas liberius, sicut ipse loquitur, improbare non auderet, reuocat eas in dubium, & tenuis ad negandas eas progreditur, vt in libro de cura pro mortuis. Responsurus ad objectionem, quod martyres, ipsis beneficiis, quæ dantur orantibus, indicent, se interesse rebus humanis, quorundam etiam aspectibus appareant, & in iomnis eos alloquantur: Cum varias quæsiuisset solutiones, ita cōcludit ca. 16. Quamquam ista quæstio vires intelligentiæ meæ vincat, quemadmodum opitulentur martyres iis, quos per eos certum est adiuuari, vtrum ipsi per seipsos assint, vno tempore, tam diuersis locis, & tanta inter se longinquitate discretis: An ipsis in loco suis meritis congruo, ab omni mortalium conuersatione remoto, & tamen generaliter orantibus pro indigentia supplicantium, sicut nos oramus pro mortuis, quibus vtiq; non præsentamur, qui est vbiq; præsens, exaudiens martyrum preces, per Angelica ministeria, vbiq; distula, præbeat hominibus ista solatia. Res hæc altior est, quam vt à me possit attingi, & abstrusior est, quam vt à me valeat perscrutari, &c. Sed cap.

13. vulgatam tunc opinionem, simpliciter ex verbi Dei fundamentis refutat, vt voluit, inquit, accipiat quisq; quod dicam: Si rebus viuētium interessent animæ mortuorum, me ipsum pia mater nulla nocte desereret, sed profecto, quod sacer Psalmus personat, verum est, quoniam pater & mater dereliquerunt me. Si autem parentes nostris curis & rebus non intersunt, qui sunt alij mortuorum, qui nouerunt, quid agamus, quidue patiamur? Esaias Propheta dicit: Tu es pater noster, quia Abraham nesciuit nos, & Israel non cognouit nos. Si tanti Patriarchæ, quid erga populū ex his procreatum ageretur, ignorauerint, quomodo mortui viuorum rebus atq; actibus cognoscēdis adiuuandisq; miscentur? Quomodo dicemus eis fuisse consultum, qui abierunt, antequam veniret mala, quæ illorum obitum consecuta sunt, ne viderent mala illa, 4. Regum 22. & 2. Paralip. 34. Et inde concludit: Ibi ergo sunt spiritus defunctorum, vbi non vident, quæcunq; aguntur aut eueniunt in ista vita hominum. Et cap. 14. ad objectionem de diuinitate ita respondet: Ita illi cura fuit de viuis, quamuis quid agerent, omnino nesciret, sicut est nobis cura de mortuis, quamuis quid agant, vtiq; nesciamus. Et cap. 15. dicit posse quidem mortuos quædam, quæ sinuntur audire ab iis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, vel ab Angelis, vel Spiritu Dei reuelante cognoscere, vel per diuinam potentiam posse rebus viuētium interesse, sed cap. 16. hæc omnia ostendit & relinquit dubia & incerta.

Secundo, Eodem modo etiam vulgatam tunc opinionem de auxiliis seu beneficiis, quæ à martyribus præstari & conferri præsumebant, in dubium reuocat, vt facilius postea mentibus in dubitationem adductis, eximi posset. Ita de ciuitate Dei, lib. 2. cap. 9. de miraculis, quæ ad monumenta martyrum edebantur, inquit: siue Deus per seipsum, miro modo, quo res temporales operatur æternus, siue per suos ministros ista faciat, & eadē ipsa, quæ per ministros facit, siue quædam faciat etiam per martyrum Spiritus, sicut per homines adhuc in corpore constitutos, siue omnia ista per Angelos, quibus imperat, operetur, vt quæ per martyres fieri dicuntur, eis orantibus & impetrantibus, non etiam operantibus, fiant, siue alia fiant istis, alia illis modis, qui nullo modo comprehendi à mortalibus possunt, vim tamen attestantur hæc fidei, in qua carnis in æternum resurrectio prædicatur.

*De beneficiis
martyrum.*

Tertio, Quando apud memorias martyrum conuentus celebrabant, sacrificia offerebant, & preces faciebant, multi, sicut in præcedentibus ostensum est, ipsos Sanctos inuocabant, sicut etiam ex Catechesi Cyrilli Hierosolymitani citatur hæc sententia: Cum hoc sacrificiū offerimus facimus mentionem Sanctorum, qui ante nos obdormierunt, vt Deus orationibus illorum & deprecationibus, suscipiat preces nostras. Augustinus vero consueta sua moderatione ostēsurus, hoc non rectè fieri, opponit veterem formam, publicæ & communis orationis, quæ in Synaxi nomine totius Ecclesiæ, tanquam Collecta recitabatur, quam vocarunt quidam precem Canonicam, eo quod Canon & regula esse debebat orationum: verba Augustini hæc sunt de Ciuit. li. 22. cap. 10. Nos martyribus nostris non templa,

*De inuocati-
one Sanctorū
ad monimen-
ta martyrum.*

sicut Diis, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus: sed vni Deo & martyrum, & nostro sacrificium immolamus. Ad quod sacrificium, martyres sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco & ordine nominantur, non tamen à sacerdote, qui sacrificat, inuocantur: Deo quippe, non ipsis sacrificat, quamuis in memoria sacrificet eorum. Et lib. 8. cap. 27. Honoramus memorias martyrum, vt ea celebritate, & Deo vero, de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atq; palmarum, eodem inuocato in auxilium, ex eorum memorie renouatione adhortemur.

Sancti apud Augustinum non inuocantur.

Axiomata Augustini de inuocatione.

Concilium Carthagenense 3. de inuocatione.

Augustinus igitur vtrumq; diserte ponit: Non martyres esse inuocandos, sed vnum verum Deum, etiam quando apud martyrum memorias preces fiebant, esse in auxilium inuocandum. Et circa idem tempus, in Carthagenensi Concilio tertio, cautum fuit, ne priuatæ & nouæ formulæ precationum temere vsurpentur, sed ad altare, semper ad patrem dirigatur oratio. Et hanc habet sententiam, quod Augustinus Epistol. 42. dicit: Videtis imperij nobilissimi eminentissimum culmen, ad sepulchrum piscatoris Petri, submisso diademate supplicare: Quod scilicet non Petro, sed ipsi Deo, licet apud monumentum Petri, supplicet.

Orantes igitur apud monumenta martyrum, non debere martyres, sed Deum inuocare, nec orationem ad martyres, sed ad Deum, qui solus adorandus & inuocandus est dirigere, Augustini doctrina & sententia est. Cumq; de martyrum comprecationibus seu intercessionibus, multa opponerentur, Augustinus non concedit inde sequi inuocationem, sed respondet: Vel martyres generaliter orare pro Ecclesia militante, quæ sciunt sub cruce adhuc gemere, licet nesciant, quid agant viui (De cura pro mortuis, cap. 16.) vel si possunt preces sentire, id tunc fieri, quædo Deum inuocamus, & preces ad Deum dirigimus. Ita inquit de vera religione cap. 55. Quisquis in Deo manet, & potest humanas preces sentire, in illo me exaudit. Et de Ciuit. 10. cap. 12. Nam cum & exaudiunt Angeli Dei, ipse in eis, exaudit. Et hoc diligenter notetur, quod non consequatur, si Sancti in altera vita orant pro Ecclesia, quod sint inuocandi, & oratio ad ipsos dirigenda.

An si sancti in altera vita pro Ecclesia orant, sint inuocandi.

Discrimen Paganismi & Christianismi in Generatione Sanctis.

Nullum mortuorum Christiani colunt.

Quarto: Cum ex superstitionibus vulgi Christianorū, & Gentes & Hæretici varias calumnias Ecclesiæ Dei struerent, Augustinus improbatas superstitionibus, veterem & veram Ecclesiæ fidem opponit. Cum enim Maximus Madaurensis Grammaticus Epist. 43. describens Gentilium religionem, dixisset: Nos Dei vi tutes multis vocabulis inuocamus, variis supplicationibus prosequimur, piis precibus adoramus: Et addidisset. Christianos in Africa, loco Iouis, Junonis, Mineræ & Veneris, habere & colere punicos martyres, Mygdonem, Sananē, Namplanionē, & Lucitam: Augustinus Epist. 44. nequaquam hoc cōcedit, martyres in Ecclesia inuocari, supplicationibus & precibus coli: sed respondet: Scias à Christianis Catholicis, nullum coli mortuorum, nihil deniq; vt numen adorari, quod sit fa-

ctum & conditum à Deo, sed vnum ipsum Deum, qui fecit & condidit omnia.

Ita de vera religione cap. 55. dicit: Non sit nobis religio cultus mortuorum, quia si piè vixerunt, non sic habentur, vt tales quærant honores, sed illum à nobis coli volunt, quo illuminante, lætantur meriti sui nos esse consortes. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem. Item, hoc etiã ipsos optimos Angelos velle credamus, vt vnum cum ipsis colamus Deum, cuius cōtemplatione beati sunt. Quare honoramus eos caritate non seruitute. Nec eis templa construimus: Nolunt enim se sic honorari à nobis. Et in Psal. 96. Omnes Sancti vel Angeli, illius quærunt gloriam, quem diligunt. Ad eius cultum, ad eius orationem, ad eius contemplationem omnes, quos diligunt, rapere & inflammare student. Item, volunt potius, vt Deus vnus colatur, vnus adoretur, Deo vni sacrificium offeratur, non sibi.

Quomodo ipsi Sancti à nobis honorari volunt. August.

Et contra Faustum, lib. 20. cap. 21. Faustus hæc obiicit Christianis: Idola vertitis in martyres, quos votis similibus colitis. Qualibus autē votis Gentes idola coluerunt, non vt Deos, sed vt Mediatore, supra ex Augustino ostendimus. Augustinus vero nequaquam hoc concedit, martyres similibus votis apud Christianos coli, quibus idola apud Gentes coluntur, sed inquit: Colimus martyres eo cultu dilectionis & locietatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, sed illos tãto deuotius, quanto securius post incerta omnia superata, iam in vita feliciore victores sunt. At illo cultu, qui Græcè λατρεία dicitur, cum sit quædam proprie diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum. Cumq; ad hunc cultum, pertineat oblatio, nullo modo tale quid offerendum docemus, vel martyri, vel Angelo.

Item in libris de ciuitate Dei, aliquoties repetit: Non esse sacrificia offerenda Sanctis. Atqui certum est inuocationem esse sacrificiū spirituale, ac cultum soli Deo debitum. Psal. 50. Immola Deo sacrificiū laudis, & inuoca me in die tribulationis. Ebræ. 13. Per Christum offeramus hostiam laudis Deo temper, hoc est, Fructum labiorum nostrorum. Ita Tertullianus dicit: Sacrificamus Deo, pro salute Imperatoris, sed prece pura. Et Augustinus libro 10. de Ciuitate cap. 19. vbi disputat: Dæmones non fumis aut nidoribus sacrificiorum, sed supplicantium animo delectatos: tamq; paria ponit orationem & sacrificium. Ita autem inquit: Sicut orantes atq; laudantes, ad eum dirigimus significantes voces, cui res ipsas, quas significamus offerimus: ita sacrificantes, non alteri visibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quam illi, cuius in cordibus nostris, inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Tunc nobis fauent, nobisq; congaudet, atque ad hoc ipsum nos pro tuis viribus adiuuant Angeli, virtutesq; superiores. Si autem illis hæc exhibere voluerimus, non libenter accipiunt, imo vetant.

Soli Deo sacrificandum.

Quinto Augustinus ipse agnoscit & fatetur, solere homines cultus soli Deo debitos, ad homines transferre. De ciuit. lib. 10. cap. 4. multa inquit de cultu diuino vsurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera. Ita tamen, vt quibus ea de-

Honores diuini hominibus.

ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi & venerandi, si autem eis multum additur, & adorandi.

Et lib. 21. cap. 18. ostendit: Origenistas iisdem prorsus argumentis, quibus inuocatio Sanctorum stabilitur vsos, cum probare vellent: Infideles debere quidem in æternum perire, sed cum ad iudicium ventum fuerit, misericordiam superaturam. Donabit enim eos, inquit, misericors Deus, precibus & intercessionibus Sanctorum suorum. Si enim orabant pro illis, quando eos patiebantur inimicos, quanto magis quando videbunt humiles, supplicesque prostratos. Neque enim credendum est, aiunt, amissuros Sanctos viscera misericordie, cum fuerint plenissima & perfectissima sanctitatis, vt qui tunc orabant pro inimicis suis, quando & ipsi sine peccato non erant, tunc non orent pro supplicibus suis, quando nullum cœperint habere peccatum. Aut verò Deus tunc eos non exaudiet tot & tales filios suos, quando in tanta eorum sanctitate nullum inueniet orationis impedimentum? Et postea addit hoc, quod ipsi de suis cordibus suspicantur: Putant Scripturas diuinas tacuisse, vt multi se corrigant, &c. Hæc sunt ipsissima Pontificiorum argumenta. Et profectò quicquid argumentorum pro inuocatione Sanctorum affertur, quia Scripturæ diuinæ tacent, tantum sunt humani cordis suspiciones, sicut hoc loco Augustinus loquitur.

Sextò, Quia miracula, quæ apud martyrum memorias edebantur, plerique ipsis martyribus, ita tribuebant, vt opiniones de cultu, inuocatione & auxiliis martyrum, inde stabilirent: Augustinus miracula illa ipsi Deo tribuit, & verum finem ac vsus, tum illorum miraculorum, tum etiam celebritatum apud memorias Martyrum ostendit, vt de Ciuit. lib. 22. Cum multa & varia miracula ad martyrum memorias tunc edita, recensisset, tandem concludit, capite nono. Cui nisi huic fidei attestantur ista miracula, in qua prædicatur Christus resurrexisse in carne, & in cœlum ascendisse cum carne. Nam & ipsi martyres huius fidei martyres, id est, testes fuerunt. Item ei profectò attestantur fidei, in qua carnis in æternum resurrectio prædicatur. Et cap. 8. describens exultationem Ecclesiæ, ad editum miraculum apud memoriã Stephani, inquit: Quid erat in cordibus exultantium, nisi fides Christi, pro qua Stephani sanguis effusus est? Et capite decimo, faciunt ista martyres, vel potius Deus, vel orantibus, vel cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, qua eos non Deos esse nostros, sed vnum Deum habere nobiscum credamus. Item ideo vt in Deum credatur, quod & Christus est: martyres faciunt, quicquid mirabile faciunt, lib. 10. cap. 12. Quæcunque miracula, siue per Angelos, siue quocunque modo fiunt, Dei vnus, in quo solo beata vita est, cultum, religionemque commendant. De cura pro mortuis, capite 16. Deus edit miracula per martyrum memorias, quoniam hoc nouit expedire nobis, ad ædificandam fidem Christi, pro cuius illi confessione sunt passi.

Ipsas etiam celebritates martyrum ad verum & veterem finem ac vsus reuocat, vt de Ciuita. lib. 8. cap. 27. apud memorias martyrum offertur Deo, vt ea celebritate, & Deo vero, de illorum

victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum, eodem inuocato in auxilium, ex eorum memoriæ renouatione adhortemur. Et contra Faustum lib. 20. ca. 21. Quod offertur, Deo offertur apud memorias martyrum, quos coronauit, vt ex ipsorum locorum admonitione, maior affectus exurgat, ad acuendam caritatem, & in illos, quos imitari possumus, & in illum, quo adiuuante, possumus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, &c.

Postremò, vt gliscentem superstitionem inuocationis Sanctorum, solide reprimeret Augustinus, veram doctrinam de inuocatione Dei, siue de orando Deo, & de intercessione Mediatoris Christi, frequenter & diligenter vrget, vt ita homines ad veros fontes Scripturæ reuocaret. Nec opus est aliquot eius sententias adscribere cum omnes libri eius pleni sint. Extat Epistola eius 121. de orãdo Deo, ad probam viduam, vbi totam doctrinam de oratione pulcherrime explicat. Et ibi post explicatam Dominicam orationem dicit: Si per omnia precationum sanctorum verba discurras, nihil inuenies, quod non ista dominica contineat & concludat oratio. Itẽ, quisquis in oratione id dicit, quod ista Euangelica prece non continetur, vel carnaliter, vel illicite orat. Et hoc diligenter notetur. Nam inuocatio Sanctorum non continetur oratione dominica, quam Tertullianus recte & eleganter vocat, legem orationis.

Idem Augustinus in libro de pastoribus, c. 8. Sunt etiam montes boni. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et vide, quia non in montibus tibi spes est: Auxilium inquis, meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Noli putare iniuriam facere te montibus sanctis, quando dixeris: Auxilium meum à Domino, &c. Ipsi montes hoc tibi clamant. Mons erat, qui clamabat: Audio schismata in vobis. Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, ego autem Christi, Leua oculos in istum montem, audi quid dicat, & in ipso remaneas. Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? Ergo postquam leuaeris oculos tuos in montes, vnde venit auxilium tibi, id est, in authores Scripturarum diuinarum. Attende omnibus medullis suis, omnibus ossibus clamantem, Domine quis similis tibi? Vt securus sine vlla iniuria montium, dicas: Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Non solum tibi tunc non succentebunt montes, sed tunc amabunt, tunc magis fauebunt. Si in ipsis spem tuam posueris contristabuntur. Angelus multa diuina & mira ostendens homini, ab homine adorabatur, ille tanquam leuantem oculos in montem reuocat ad Dominum: Noli, inquit, facere, Deum adora. Nam ego conseruus tuus sum, & fratrum tuorum.

Ita doctrinam de officio Mediatoris Christi, pulcherrime illustrat Augustinus, vt lib. Confessio. 10 capite 42. dicit. Ideo Angelos non debere inuocari, vt per ipsos ad Deum veniamus, & ipsi reconciliemur: quia nulla talis oratio in Scriptura sit tradita. Verba hæc sunt: Quem inuenirem, qui me reconciliaret tibi. An eundem mihi fuit ad Angelos? Qua prece? quibus Sacramentis? Multi conantes ad te redire, neq; per se ipsos

R 4 valen-

Origenista-
rum inuoca-
tiones.

Inuocatio
mortuorum
ab Augustino
repressa op-
posita doctri-
na de orando
Deo & de
mediatore
Christo.

Oratio domi-
nica lex ora-
tionis.

De officio
mediatoris
Christi, ab
August.

Celebritates
Martyrum.

valentes, sicut audio, tentarunt hæc, & digni habiti sunt illusionibus, &c. Et capite sequenti: Verus autem Mediator, quem secreta tua misericordia demonstraſti humilibus homo Christus Iesus, inter mortales peccatores, & immortalem iustum apparuit. Merito mihi spes valida in illo est, quod sanabis omnes languores meos per eum, qui sedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis, alioquin desperarem, conterritus peccatis meis, & mole miseræ meæ meditatus fueram fugam, sed prohibuisti me & confirmaſti me, dicens: Ideo pro omnibus Christus mortuus est, &c. Ecce Domine iacto in te curam meam, & viuum.

An Sancti Mediatores. Augustinus.

Contra Parmenianum lib. 2. cap. 8. Iohannes non dicit: Aduocatum habetis, quasi segregans se ipsum à peccantibus, ut iam non ei opus esset propiciatione, quæ sit per Mediatorem, sedentem ad dexteram patris, & interpellantem pro nobis: Quod utique non solum superbe, sed etiam falso diceret. Si verò ita diceret: Mediatorem me habetis apud patrem, ego exoro pro peccatis vestris (sicut Parmenianus quodam loco Mediatorem posuit Episcopum inter populum & Deum) Quis eum sicut Apostolum Christi, & non sicut Antichristum intueretur? Ut igitur seruent unitatem Spiritus, in omnibus orationibus suis, de vno Mediatore securi sint. Homines enim Christiani inuicem se commendant orationibus suis. Pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic vnus verusque Mediator est. Paulus autem quanquam sub capite præcipuum membrum, sed tamen, quia membrum est, se orationibus fidelium, & ipse commendat. Nec Mediatorem se facit inter populum & Deum, sed rogat, ut pro se orent inuicem omnia membra corporis Christi. Ac sic oratio pro inuicem membrorum omnium adhuc in terra laborantium, ascendat ad caput, quod præcessit in celum, in quo est propiciatio pro peccatis nostris. Nam si esset mediator Paulus, essent utique & cæteri Coapostolici eius, ac si multi Mediatores essent, nec ipsi Paulo constaret ratio, qua dixerat vnus Mediator, &c.

An Sancti aduocati nostri in celo? Augustinus.

Eandem sententiam repetit, Tractatu in Epistolam Iohannis I. Iohannes talis vir non dixit: Aduocatum habetis, sed habemus. Nec me habetis dixit, sed Christum posuit, non se, & habemus, dixit, non habetis. Maluit se ponere in numero peccatorum, ut haberet aduocatum Christum, quam ponere se pro Christo aduocatum, & inueniri inter damnandos superbos fratres: Iesum Christum iustum ipsum habemus aduocatum ad patrem, ipse propiciatio est peccatorum nostrorum. Hoc qui tenuit, hæresin non fecit. Hoc qui tenuit, schisma non fecit. Inde enim facta sunt schismata, cum dicunt homines: Nos iusti sumus, nos sanctificamus immundos, nos iustificamus impios, nos petimus, nos impetramus. Et mox quidem Augustinus ponit obiectionem. Ergo Sancti non orant pro nobis: Sed diserte loquitur de precibus Sanctorum, qui in hac vita adhuc superstites sunt. Nequaquam autem vel sentit, vel dicit: Beatos in altero seculo, esse nostros apud Deum aduocatos & mediatores, sed ratio de Mediatore generalis est.

Supposititia scripta sub nomine Augustini de inuocatione.

Ita ergo Augustinus, præsumptiones & superstitiones, cultus & inuocationes Sanctorum re-

primere, & Ecclesiam ad veros fontes inuocationis Dei reuocare studuit. Postea verò sub Augustini titulo & nomine, multa supposititia scripta sparsa sunt, in quibus contra certa veri Augustini scripta, inuocatio Sanctorum docetur & usurpatur, ut in Sermone de sancto Paulo. Curuant Imperatores genua ad memoriam piscatoris, qui eius auxilia, & apud Deum patrocinia inuocant. Sed eius contrarium Augustinus tradit de Ciuit. lib. 8. c. 27. Imò in Codice Homiliarum, Louanij edito sub Augustini nomine, citante Lindano, dicitur: Excellentiam Imperatorum genibus proolutam ADORARE Petrum Piscatorem, cum Augustinus totis neruis contendat, neminem nisi vnum solum Deum adorandum. Ita in libello de cognitione veræ vitæ, sub Augustini nomine disputatur, Sanctos in orationibus inuocari, & Sanctos intueri verba, & res viuientium. Cum Augustinus profus contrarium statuatur, de Ciuit. & de cura pro mortuis, sicut ostendimus. Ita exempla inuocationis Sanctorum proferuntur ex libro de Spiritu & anima. Item ex libro Meditationum, quos libros constat non esse Augustini. Et verus Augustinus diserte dicit: Sanctos non inuocari, sicut ostendimus.

Sed hoc artificio Pontificios in citandis veterum testimoniis, ut superstitiones suas specie aliqua pallient & stabiliant, abuti iam non est nouum, quæ tamen fraus, commonefactionis gratia subinde repetenda & detegenda est. In hac ipsa traditione obseruauimus, quam insidiosè & fraudulenter, posteriorum superstitiones adscribantur vetustioribus. Sicut enim de Homilia Chrysostomi. 66. ad Antiochenos supra annotauimus, quod sit alterius multò recentioris: Ita Garetius Pontificiæ Ecclesiæ columen, ex Fulberto quodam, qui post annum Domini millesimum vixit, citat superstitionem istam Pontificiis usurpata, Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles. Sentiant omnes tuum leuamen, &c. Pontificij verò, ut superstitionem illam antiquitatis, pictatis & autoritatis specie populo venditent, insidiosè & fraudulenter eam Augustino tribuunt, idque in duobus locis, scilicet sermo. 2. de annunciatione, & de assumptione, quos sermones non Augustini, sed Fulberti illius esse constat.

Ad hanc vero de inuocatione Sanctorum historiam, tanquam peculiaris obseruatio, præcipue hoc pertinet, quod circa Augustini tempora, & postea, materia illa inuocationis Sanctorum, incidit in Poetas, qui inuocationes Musarum, Dæmonum, & Heroum, ex poematis veterum, poetica imitatione & licentia, ad martyres transtulerunt. Atque ita inuocatio Sanctorum sine Scripturæ mandato, promisso & exemplo, primò per declamatorias rhetorum figuras in Ecclesiam inuecta, sed à multis variè repressa & reiecta. Postea verò cum nulli essent Epiphanius & Augustini, qui se opponerent: Per Poetas, figuris Poeticis, imitatione & licentia poetica, ita amplificata, & ad summum excessum perducta fuit, ut omnia, quæ in Scriptura à Christo petere & sperare iubemur, Poetæ isti à Sanctis petant & sperent. Et ne parum essent Poetæ, ea, quæ Epiphanius & Augustinus in cultu Sanctorum diserte improbarunt & reiecerunt, ipsi in versibus liberrime usurpare cœperunt. Atque ex

Sermo de S. Paulo.

Lindanus.

Petrum adorandum.

De cognitione Veræ Vitæ.

De Spiritu & anima meditationes.

Fraudulenter Papæ scriptum in celum ad veterum testimonis. Naua superstitiones veterum autoritate proponuntur.

Garetius.

Post Augustinum in Poetarum Scholis inuocatio mortuorum vires acquisiuit & creuit.

Exempla Poetarum superstitionum.

Dama-

Damasceni quidem carminibus supra quædam descripsimus. Nunc verò ex Latinis Christianorum Poetis, pauca quædam adiciemus, vt consideretur, quomodo superstitione semel admissa, in immensum crescat, & quomodo humanum ingenium, eruditionis, eloquentiæ & elegantię affectione & ostentatione, sibi placens & indulgens, quando semel verbi Dei metas transiit, non possit sibi modum ponere, sed longius subinde progrediatur, vt tandem vbi consistat, nec habeat, nec inueniat. Ita Prudentius, qui circa Augustini ferme tempora vixit, elegans sane Poeta, sed licentia nimis Poetica lusit in inuocatione Sanctorum, vt:

HYMNO IN S. LAV-
rentium.

QVæ potestas sit credita
Et muneris quantum datum,
Probant Quiritum gaudia,

Quibus rogatus annuis.

Quod quisque supplex postulat
Fert impetratum prospere,
Poscunt, LITANTVR, indicant,
Et tristis haud vllus redit.

Hos inter ò Christi decus
Audi Poetam rusticum
Cordis fatentem crimina
Et facta prodentem sua.

Indignus agnosco & scio,
Quem Christus ipse exaudiat.
Sed per patronos martyres,
Potest medelam consequi.

Audi benignus supplicem
Christi reum Prudentium,
Et seruientem corpori
Absolue vinclis seculi.

IDEM HYMNO IN S.
Vincentium.

ADESTO nunc & percipe
Voces precantum supplices
Nostri reatus efficax

Orator ad thronum patris.

Per te, per illum carcerem,
Per vincla, flammæ, vngulas,
Per quem trementes posteri
Exosculamur lectulum.

Miserere nostrarum precum
Placatus vt Christus suis
Inclinet aurem prosperam
Noxas nec omnes imputet.

Paulisper huc tu illabere
Christi fauorem deferens,
Sensus grauati vt sentiant
Leuamen indulgentiæ.

IDEM HYMNO IN S.
Agnem.

SERuat salutem virgo Quiritium,
Nec non & ipsos protegit aduenas,
Pura ac fideli pectore supplices,
O virgo felix, ò noua gloria,
Intende nostris colluuiionibus
Vultum, &c.

IN SANCTOS MARTYRES
Calaguritanos.

FAMA nam terras in omnes,
Præcurrit proditrix,
Hic patronos esse mundi,
Quos precantes ambient,
Non sinunt mane vt vllus
Voce murmur fuderit,
Audiunt statimque ad aurem
Regis æterni ferunt,
Inde larga fonte ab ipso,
Dona terris influunt, &c.

IDEM IN CASSIANVM
martyrem.

SVggere si quod habes iustū vel amabile vo-
tum
Spes si qua tibi est, si quid intus æstuas,
Audit crede preces martyr prosperimus omnes;
Ratasque reddit, quas videt probabiles.
Audior, vrbem adeo, dextris successibus vtar,
Domum reuertor, Cassianum prædico.

IN S. CYPRIANVM.

DESine flere bonum tantum tenet ille re-
gna cæli.
Nec animus inuolitat terris, nec ab hoc
recedit orbe.

Nec Lybiæ populos tantum regit, exitusque in
ortum

Solis & vsque obitum, Gallos fouet, imbuit Bri-
tannos.

Denique Doctor humi est, idem quoq; Martyr
in supernis.

Instruit hic homines, illinc pia dona dat patro-
nus, &c.

Non multo post Pontius Paulinus Poeticas Pontius Paulinus.
illas inuocationes imitatus, de suo etiam quæ-
dam addidit, fidem, spem & fiduciam, in sanctos
collocans, vt Epist. 12. ita inuocat Clarum.

Hæc peccatorum bonus accipe vota rogantium
Vt sis Paulini, Therasiæque memor.

Sic cum Martino socia pietate labores
Vt vincant vestræ, crimina nostra preces.

Vt simul in vestri ducamur sorte Seueri,
Vestraq; nos semper protegat ala sinu.

IDEM NATALI III.
in Felicem.

HIC amor, hic labor est nobis, hæc vota tuo-
rum

Suscipe, cõmendaq; Deo, vt cū sedula cura
Seruitium nostrum longo tibi penderit æuo,
Tunc demum placidos pietate laboris alumnos
Absolvas, mittente manu, positaque tuorum
Ante tuos vultus animas, vectare paterno
Ne renuas gremio Domini fulgentis ad ora,
Quem bonitate pium, sed maiestate tremédum
Exora, vt precibus plenis meritisque redonet
Debita nostra tuis.

I T E M.

Posce ouiu grege nos statui, vt sententia summi
Iudicis, hoc quoque nos iterum tibi munere do-
net,
Ne male gratatis læuos adiudicet hædis.

IDEM IN NATALI
Felicis V.

Erigit

ERigit in cœlum mentem, & mox corde re-
fecto,
Præsumente fidem, spem voti compotis
haurit,

Sanctaque Felicis rapido petit atria cursu,
A Felice pio, velut à custode, reposcit
Increpitans miscetque precantia verba querelis:
Sancte Deo Felix in opum substantia semper:
Pro miseris Felix & semper diues egenis,
Te requiem fessis Deus, afflictisque leuamen,
Te posuit mœstis ad faucia corda medelam,
Propterea tanquam gremio confisa paterno,
In te pauperies caput inclinata recumbit,
Felix sancte meos semper miserate labores, &c.

IDEM IN NATALI VIII.
Felicis.

Concurramus ad hunc spe conspirante pa-
tronum.
Suscipiat nostras placida pietate querelas,
Et dum natalem illius celebramus ouantes,
Ille preces nostras meritis pius adferet altis,
Nos lætamur ei, non est cura hæc noua Sanctis
Exorare Deum pro peccatoribus ægris,
Atq; bonis meritis meritum superare sinistrum,
Vt quodam hos habuit ætas: si sit modo nostra
Felicem sortita salus, petat omne quod audet,
Quodque cupit tali speret confisa patrono.
Sancte Deo, dilecte Dei, tu dextera Felix
Esto precor nobis tu munitissima turris.

IDEM NATALI IX.

Posco tuos Felix tecum ad tua vota parætes,
Hic quoque ades mihi, nunc poscas ut ad-
esse vocatos.

Qui colitis lætos Paradisi cœlitus hortos,
Quique sub excelsa Domini requiescitis ara,
Pulcher Apostolici chorus agminis & Patriar-
chæ,

Vos etiam Sancti supplex deosco Prophetæ,
Vos quoque corporibus cælis & sanguine fuso,
Occisum & viuum testati martyres agnum.
Hæc tibi Christe Deus tenui fragilique paratu
Pro nobis facimus: nec enim te summe creator
Facta manu capiunt, toto quem corpore mun-
dus

Non capit, angustum cui cœlum terraque pun-
ctum est.

Sed Sanctis sine fine tuis deuota ferentes
Obsequia, exiguo magnos veneramur honore,
Sperantes illis ex oratoribus ut tu
In nobis operum ponas perfecta tuorum, &c.

Fortunatus.

Deinde post annum Domini 500. Fortuna-
tus Martinum simpliciter fecit mediatorem Dei
& hominum, & quidem adorandum, ut lib. 2. de
vita S. Martini.

Vir transcripte, potens æterna in secula cu-
ius
Signifer arma crucis fers nobilitata trium-
phis.

Dulcis ADORANDE, & mihi pectore voce co-
lende.

Fer pietatis opem misero, miseri miserere.
Rektor ut altithrono cum venerit arbiter orbis,
Tunc memor obtineas delicti obliuia nostri,

Inter me & Dominum MEDIATOR adesto be-
nigne,
Quem sua culpa ligat, tua ut interuentio soluat,
Spes Fortunati sit fida salutis egena,
Suppliciter humilem tibi se strauisse patrone.
Nam prece multa vales apud illum, cuius habe-
ris,
Quod peto tu poteris, quia totum præstat ami-
cis.

Sic tibi quæque petis tribuat præsentia Regis.

LIB. V.

Qui potes ore mei veniam deposce reatus,
Et vitata tibi mea lingua remurmurat audi.

LIB. IIII.

Intercede precor veniam, vir adeste coronam,
Eripe pastor ouem ne clauda vel extera restet,
Porridge celse manum, rege gressum, dirige sen-
sum,
Excessusque graues leuiori examine penses,
Inter & ipse Deum atque reum MEDIATOR ad-
esto,
Obrineas meritis Iudex cum venerit orbis,
Tunc precor ut fragilem sacro velamine celes,
Et tua me trepidum defendat ab igne potestas.
Nam scio certo reum quemuis tibi cedere Chri-
stum, &c.

ITEM.

Talibus officiis placatus opime sacerdos,
Quorum vota vides redde benigne vicem.
Qui virtute potens Orientis in axe sepultus,
Ecce sub occiduo cardine præbet opem.
Ergo memento preces, & reddere vota viator.
Obtinet hic meritis, quod petit alma fides,
&c.

Istæ Poeticæ Sanctorum inuocationes, quo-
modo & quantum, & à Scriptura, & à puriori
antiquitate discedant, imo quomodo cum Scri-
pturæ doctrina, de inuocatione Dei, in nomine
mediatoris Christi pugnent, atque ea, quæ vete-
res negarunt, affirmant, ea etiam licentia nimis
Poetica vsurpent, quæ veteres, sicut ostendimus,
reprehenderunt & reiecerunt, manifestum est,
sicut collatio eorum, quæ hæctenus in hac histo-
ria annotauimus, ostendit. Non enim interces-
sionem tantum, sed omnia, quæ Scriptura nos
iubet à Deo, & à Christo mediatore petere, Poe-
tæ isti à Sanctis petunt, ita, ut nihil ferme sit, quod
Deo & Christo referretur. Nam & fidem, spem
ac fiduciam, in Sanctos collocare docent, quæ
profecto nec excusari, nec defendi, vel possunt,
vel debent.

Cum vero nec tunc, nec postea, vllus esset vel
Epiphanius vel Augustinus, qui superstitiones
istas cum autoritate vel reprimeret, vel corrige-
ret, aperta non tam fenestra, quam latissima ia-
nuæ, in ipsam Ecclesiam irruerunt, ac à poste-
rioribus semper cumulata & aucta sunt, donec
in manifestam & crassam idololatriam, cuius su-
pra exempla, ex Pontificia Ecclesia, adscripti-
mus, euaserunt. Vtque hæc commodius & faci-
lius inter se conferri possint, pauca quædam ex
posteriorum scriptis annotabimus.

Immodera-
tam sibi Poe-
ta contra Scri-
pturam vsur-
parant licen-
tiam.

Inuocatio
Sanctorum
desit in hor-
rendam ido-
latriam.

Ita

Ita Maximus Homilia in Martyres Tauricos inquit: Licet vniuersi vbiq; sint Sancti, & omnibus profint, specialiter tamen illi pro nobis interueniunt, qui & supplicia pertulere pro nobis. Semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur, hoc est, & in corpore nos viuentes custodiunt, & de corpore recedentes custodiunt. Et ideo veneremur eos in seculo, quos defensores habere possimus in futuro.

Leo. Leo sermone primo de natali Apostolorum: Credimus atque confidimus, inter omnes labores istius vitæ, ad obtinendam misericordiam Dei, semper nos specialium patronorum orationibus adiuuandos, vt quantum propriis peccatis deprimimur, tantum Apostolicis meritis erigamur. Item, si quid à nobis recte discernitur & agitur: Si quid à misericordia Dei, quotidianis supplicationibus obtinetur, Petri est operum atque meritorum.

Euthymius. Euthymius Monachus in Encomio Mariæ: Vides ante pedes pulcherrimæ capsæ tuæ, nos omnes tuū postulare auxilium, expectantes tuam defensionem, tuum in omnibus inuocantes auxilium. Itaq; vt dum hic quidem manemus, nos protegas, supplicamus, cum verò excedemus, vt in ædibus semper virentibus & luminosis habitemus, obsecramus.

Victor. Victor lib. 3. persecutionis Vandalicæ, inuocat Patriarchas, Prophetas, Apostolos: Prostrati, inquit, rogamus, vt non spernatis vestros miseros precatores, per eum, qui vos ad Apostolicum culmen prouexit.

Fulgensius. Fulgensius in sermone de laudibus Mariæ, inquit: Venite virgines ad virginem Mariam, concipientes ad concipientem, parturientes ad parturientem, matres ad matrem, lactantes ad lactantem, iuenculæ ad iuenculam. Ideo enim omnes istos cursus naturæ Maria suscepit, vt omnibus ad se conuenientibus fœminis subueniret, & sic restauraret omne genus fœminarum ad se venientium.

Gregorius Magnus. Gregorius Magnus Homil. 32. in Euangelia: Adsunt defensores nostri sancti martyres, rogari volunt, atque quærunt vt quærantur. Hos ergo adiutores, vestris orationibus quærите, hos protectores vestri reatus inuenite. Idem Episto. 39. lib. 4. In omnipotentis Dei gratia, atque beati Apostoli Petri adiutorio confidat. Lib. 11. Epist. 44. Ipse sit vestri custos imperij, sit vobis protector in terra, sit pro vobis intercessor in cœlo. Et libro 12. Epist. 22. Speramus in omnipotentis Dei virtute, & in ipsius beati Petri Apostolorū principis adiutorio.

Innocentius. Atque hæc inuocatio Sanctorum in priuatis preculis regnauit, eam verò hic Gregorius apud Latinos in publicas Ecclesiæ supplicationes, quas græco vocabulo λιτανείας vocant, primus intrulisse scribitur. Apud Græcos enim, Petrus Gnaphæus idem antea tentauit, sicut supra notauimus.

Litania Ecclesia Verisissima. Antiquissimus verò mos, publicarum & communium supplicationum, semper fuit in Ecclesia: Sed in illis vnus & solus verus Deus, in nomine Christi mediatoris, inuocabatur. Talium enim supplicationum meminit Irenæus. Iustinus capita commemorat, quod nati sumus, quod valetudini consultum sit, quod species rerum conseruentur, quod vices animæ bene succedant,

quod immortalitatem sperare ac impetrare liceat. Tertullianus addit: Oramus pro inimicis, pro persecutoribus, precâtes sumus omnes semper pro Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & cæsaris vota sunt. Item, Oramus pro imperatoribus, pro ministris eorum, & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis.

Cyprianus. Cyprianus inquit: Publica est nobis & communis oratio, non pro vno, sed pro toto populo.

Et in illis publicis supplicationibus, Ecclesiam ad ardentes preces, peculiaribus exhortationibus & gestibus, excitatam fuisse constat, Cyprianus dicit: Quando inchoaturi essent preces, sacerdotem illâ exhortationem præmississe: *Sursum corda.* Et populum respondisse: *Habemus ad Dominum.*

Apud Iustinum surgunt ad supplicationes. Apud Tertullianum cœlum suspicientes, manibus expansis, capite nudo, precantur pro omnibus, aliquando stantes, aliquando genibus flexis. Milites Antonini oraturi pro pluuia, curuatis genibus prouoluunt se in terram apud Eusebium. Apud Clementem abiiciunt se in terram. Apud Sozomenum lib. 7. cap. 23. Cum populus Antiochenus, Theodosij Imperatoris iram, ob motam ibi seditionem timeret, instituerunt supplicationem publicam ad Deum, vt imperatoris iram mitigaret, vsurpatis ad eam supplicationem melodis lugubribus. Author librorum de vocatione Gentium, siue eis Ambrosius siue Prosper est, explicans locum Pauli 1. Timoth. 2. Vt fiant obsecrationes, postulationes, & gratiarum actiones, pro omnibus hominibus inquit: Quam legem supplicationis, ita omnium sacerdotum, & omnium fidelium deuotio concorditer tenet, vt nulla pars mundi sit, in qua huiusmodi orationes non celebrentur à populis Christianis. Supplicat ergo vbique Ecclesia Deo, non solum pro Sanctis, & in Christo iam regeneratis, sed etiam pro omnibus infidelibus, & inimicis crucis Christi, pro hæreticis, & schismaticis &c. Et talia exempla multa extant in historiis, quod tempore belli, pestis, tempestatum, terræ motuum, decretæ & celebratæ fuerint tales publicæ ad Deum supplicationes. Ita apud Nicephorum, Theodosius cum tota Ecclesia supplicationem fecit Deo, pro serenitate, priuato habitu medius inter canentes Hymnos incedens. Et apud Theodorum Lectorem, Martianus Imperator hortatur Anatoliam, vt tales supplicationes decernat.

Non multo post, Mamercus Viennensis constituit, vt annuatim statis diebus solennes supplicationes fierent, ob imminetia tunc pericula, terræ motuum, incendij, & incurionis ferarum. Talis constitutio etiam extat in Concilio Toletano quinto. Et ratio vocabuli λιτανείας, quod extat etiam in 63. Epistola Basilij explicatur in 32. Canone Concilij Mogūtini, sub Carolo Magno, his verbis: Litanias Græco nomine appellantur, quæ Latine dicuntur Rogationes. Inter λιτανείας autem & εξομολογήσεις hoc differt. Quod exomologeses, pro sola peccatorum confessione agantur: Litanias vero, indicuntur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo

Mamercus Viennensis, instituit supplicationes statas.

Vocabulum λιτανείας.

λιτανείας εξομολογήσεις.

quo misericordiam eius. Sed iam vtrunque vocabulum sub vna dignatione habetur. Hæc Canon ille.

Sed inde Pontificij neunt tale argumentum. Quia vsus Litaniarum, hoc est, supplicationum seu rogationum, semper fuit in Ecclesia, & in Litaniam extant expressæ inuocationes Sanctorum. Ergo inuocatio Sanctorum, in solennibus Ecclesiæ precibus, semper fuit in publico vsu. Atqui non sequitur, si nunc in Pontificia Litaniam Sancti inuocantur, quod semper in veteris etiam Ecclesiæ Litaniam, fuerit inuocatio defunctorum. Nam ipsorum Pontificiorum historiae narrant, inuocationem Sanctorum, additam & insertam esse Litaniam à Gregorio Magno, circa annum Domini 600. vtrique nouum inuentum specie aliqua, quasi de cælo descendisset, Ecclesiis obtruderetur, addiderunt hanc fabellam: In solenni celebratione Litaniam, Angelos auditos canentes: Regina cæli latere, atque tunc Gregorium addidisse hæc verba, Ora pro nobis Deum. Quod igitur nunc in Litaniam Pontificij Sanctos inuocant, non est prima & antiqua forma veteris Litaniam, sed noua Gregorij additio. Veteres enim, vbi Litaniam meminerunt, diserte dicunt: Deo supplicatum fuisse. Ita Tertullianus in Apologetico dicit: Sacrificamus prece pura pro salute imperatoris, sed Deo vni & vero. Prosper dicit: Supplicat ergo vbique Ecclesia Deo. Et Moguntinus Canon dicit: Litaniam indicit propter rogandum Deum. Ipse etiam Gregorius & P. Diaconus testantur, in Græca & Latina Ecclesia, semper à Clero & à populo, in Litaniam acclamatum fuisse, *κωεε ελεησον*, Christe eleison. Et quidem à plerisque in Litaniam agre receptum fuisse *τελειον* illud: Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte immortalis miserere nobis, cum antea ad singulas petitiones ingeminarent tantum Kyrie eleison.

Quod verò Missa Chrysostomi, in versione Leonis Thusci, inuocat Michaellem, Nicolaum, & reliquos Sanctos, non satis idoneum & firmum argumentum est antiquitatis. Missam enim illam non à Chrysostomo conscriptam, sed sub eius nomine, diuersis temporibus, variis additionibus consutam, vel inde constat, quod versio Leonis Thusci, multum discrepat ab exemplari, quo Erasmus vsus est.

Et Ambrosius Pelargus aliud exemplar habuit, cui affirmat, nec cum Thusci, nec cum Erasmi exemplari conuenisse. Et addit: Se Romæ adhuc aliud exemplar vidisse, quod ab omnibus illis variari. Et extant apud Chrysostomum descriptiones, quales suo tempore vsitæ fuerint supplicationes in Liturgia, Homilia 26. in Matthæum. Homil. 18. in secundam ad Corinthios. In 2. caput prioris ad Timotheum, quæ cum supposititia illa Missa non consentiunt, & nihil habent de inuocatione Sanctorum. Consutam autem esse illam Missam, post Chrysostomi tempora, & hoc ostendit, quod inter Sanctos, qui ibi commemorantur, ipsius etiam Chrysostomi mentio fit. Hoc tamen commodi adferunt istæ rapso-diæ, quod inde, adhibitis aliis veterum descriptionibus colligi potest, quæ fuerit simplicitas & puritas primæ & veteris Litaniam, & quomodo postea subinde nouæ additiones accesserint, donec tandem ad inuocationem Sanctorum in i-

psis Litaniam deuentum sit. Quæ obseruatio digna est diligenti consideratione.

Capita igitur petitionum, quæ in Litaniam Deo proponebantur, paulò ante commemorauimus. Et Chrysostomus in locis iam allegatis dicit fieri ab Ecclesia obsecrationes, & gratiarum actiones, pro fidelibus, pro infidelibus, pro magistratibus, pro felicibus omnium successibus, pro amicis, pro cognatis, & pro inimicis etiam, pro vniuerso orbe: Pro presentibus, pro absentibus, pro emergentibus, pro pœnitentibus, &c.

Forma verò Litaniam hæc fuit: Diaconus quadam *επιφωνησει*, conceptis verbis populo preces præbat, commemorans petitionum capita, vt: Pro superna pace & salute animarum nostrarum. Pro prosperitate sanctarum Dei Ecclesiarum. Pro Clero & populo. Pro magistratibus. Pro pace totius mundi. Pro hac regione & ciuitate. Pro temperie aeris, fertilitate & temporibus pacificis. Pro nauigantibus, viatoribus, agrotantibus, laborantibus, captiuis, vt liberet nos à tribulatione periculi, & necessitate. Singulis verò petitionibus Diaconus addebat, *Κωεε ελεησον*, Dominum supplices rogemus. Populus verò ad singula respondebat, *κωεε ελεησον*. Christe eleison. Hæc fuit prima & vetustissima forma Litaniam, sicut & ex his, quæ paulò ante diximus, colligitur.

Additæ verò fuerunt postea & hæc formula, *εξουκουσον*, Exaudi Domine, subueni, defende, serua, custodi nos Deus, tua gratia.

Item, diem sanctum, pacificum, & sine peccatis à Domino postulamus. Præsta Domine remissionem peccatorum conducibilia animabus nostris: Pacem mundo, Christianum finem vitæ nostræ à Domino postulemus. Tribue Domine, &c. In his omnibus Deo, sicut Prosper loquitur, Ecclesia supplicauit.

Tandem sensim admisceri cœpi Litaniam, non quidem statim inuocatio, sed tantum commemoratio Sanctorum, sicut aliquoties reperitur in Missa Chrysostomi hæc formula: Sanctissimæ Deiparæ, & semper virginis Mariæ, cum omnibus Sanctis memoriam agentes, nos ipsos, & iuicem, & omnem vitam nostram Christo, Deo nostro commendemus.

Ex commemoratione verò illa, deinde secuta sunt suffragia, vt vocant, & primo vt ita dicerent: Precibus & supplicationibus Mariæ, & omnium Sanctorum, quorum memoriam celebramus, exaudi & respice nos. Inde hoc secutum est, quod postea dixerunt: Precibus Sanctorum tuorum, miserere nostri. Intercessionibus Sanctorum tuorum, Saluator, salua nos. Item; confirma nos, dirige, custodi vitam nostram, stabili gressus nostros, precibus & supplicationibus Mariæ, & omnium Sanctorum: Tandem extracta inde est directa inuocatio Sanctorum, quæ extat in versione Leonis Thusci. Maria Deo supplica, vt animas nostras saluet. Apostoli legatione fungimini apud Deum, vt peccatorum remissionem animabus nostris tribuat. Pater Nicolæ fungere legatione apud Christum Deum, vt animæ nostræ salutem consequantur. Martyres confessores, orate pro nobis, saluate animas nostras. Sancte Michael, rogamus te, vt tuis intercessionibus munias nos, vmbra alarum tuarum custodi nos.

Ad te

An inuocatio Sanctorum, semper fuerit in Litaniam.

Fabula de cætico: Regina cæli.

Veterum Litaniam.

Tertullian.

Prosper. Canon Moguntinus.

τελειον Litaniam.

De Missa Chrysost. Leo Thusci.

Ambrosius Pelargus.

Litaniam tempore Chrysostomi.

Forma Litaniam.

Forma addita in Litaniam.

Commemoratio Sanctorum admixta Litaniam.

Suffragia Sanctorum.

Tandem inuocatio Sanctorum inserta Litaniam.

nos. Ad te clamamus, à periculis erue nos.

Litania Cœnobij Corbeiensis, ad Visurgim.

Atque hoc modo ex commemoratione Sanctorum, deuentum tandem fuisse ad inuocationem, ostendit etiam Litania Cœnobij Corbeiensis, vbi Sancti nominantur quidem, sed semper additur, Exaudi Christe. Item: Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat. Illam Litaniam quam ante triēnium, in Cœnobio Corbeix nouæ, quæ sub Ludouico, ex veteri Gallix Corbeia, tanquam colonia, ad Visurgim flumen deducta est, in vetusto Codice inueni, quia aliquid monere potest, hoc loco adscribam.

LITANIA EX VETVSTO CODICE Collegij Corbeiensis ad Visurgim descripta: videtur autem in vsu fuisse circa annum Domini 890. Fit enim in ea mentio Stephani Pontificis & Arnulphi Imperatoris.

Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat: Exaudi Christe.

Stephano summo Pontifici Salus & vita: Saluator mundi tu illum adiuua. Sancte Petre. S. Paule. S. Andrea. S. Clemens. S. Sixte. Exaudi Christe.

Arnolpho regi vita & victoria, Redemptor mundi, tu illum adiuua. S. Dei genitrix. S. Michael. S. Gabriel. S. Raphael. S. Iohannes. Exaudi Christe.

Omnibus iudicibus & cuncto exercitui Francorum vita & victoria. Saluator mundi, tu illos adiuua.

S. Maurici. S. Sebastiane. S. Martine. S. Ambrosi, S. Hieronyme. Exaudi Christe.

Bouoni Abbati & congregationi S. Stephani salus & vita. Redemptor mundi, tu illos adiuua.

B. Stephane. S. Vite. S. Dionysi. S. Blasi. S. Georgi. Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat.

Rex Regum, Rex noster, Arma nostra inuictissima, Spes nostra, Fortitudo nostra, Manus noster inexpugnabilis, Gloria nostra, Victoria nostra, Liberatio & Redemptio nostra, Defensio & exaltatio nostra, Misericordia nostra, Lux, via & vita nostra, Ipsi soli imperium, gloria & potestas, per immortalia secula seculorum, Amen. Ipsi soli honor, laus & iubilatio per infinita secula seculorum, Amen. Ipsi soli virtus, fortitudo & victoria per omnia secula seculorum, Amen. Christe exaudi nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Hactenus Litania Corbeiensis.

Sed postquam in publicas Ecclesiæ preces admissa esset Gregoriana forma inuocationis Sanctorum (S. Maria ora pro nobis) sine fine & mo-

do postea progressa est, vt omnia ferme, quæ Dei & Christi propria sunt, à Sanctis nominatim & publice peterentur. Nec opus est ex singulis Scriptoribus annotare. Supra enim descripsimus, quæ sit forma inuocationis Sanctorum in Ecclesia Pontificia, vbi omnia illa comprehenduntur.

Et quidem hoc ipso tempore Pontificij crassissima illa defendere non verentur. Gareus enim Canonicus edidit libellum de inuocatione Sanctorum, vbi citat & probat ex Michaele Syngelo: Sancte Dionysi, qui Iesum vniuerso mûdo propiciam reddis, cultoribus tuis Deum propiciam reddere, & precibus compellare velis, &c.

Ex Theofredo Abbate citat. Sancti sunt inter Deum, & nos Mediatores positi, vt qui per nostra cum Pharisæo despiciamur merita, per illorum intercessionem iustificemur cum publicano. Ibi Nicenus quidam dicit: Habes Tharsium intercessorem, defensorem, propugnatorem, & tuæ spei adimpletorem. Citat etiam ex Andrea quodam Cretensi: S. Maria placa Dominum pro communi figmento. Nam ex quo translata es è terra, te vniuersus mundus habet commune propiciatorium. Sicut & in prola quadam canitur: O pia paupera, pius scelera, iure matris impera redemptori. Sed talia plura supra annotauimus.

Et sane non habuerunt postrema illa tempora, vel Epiphanos, vel Augustinos, qui superstitiones illas seruo, & cum autoritate reprimerent. Omnibus tamen temporibus fuerunt aliqui, qui vel contradixerunt, vel moderatius & rectius senserunt. Ita in Aula Caroli Magni Imperatoris, fuit Claudius quidam Hispanus presbyter, in explanandis lectionibus Euangeliorum celebris. Is Taurinensi Ecclesiæ præfectus sub Ludouico, cum adoratione imaginum etiam inuocationem Sanctorum reprehendit, sicut ex Ionæ Aurelianensis refutationibus manifestum est.

Hildebertus Turonensis circa annum Domini 1120. scribit contra quendam, qui multos sibi socios adiunxerat, Augustini sententiam defendendo, Sanctorum animas ignorare, quid in ista vita agatur, atque ideo ociosas esse: Litanias, quibus oramus, vt pro nobis orent Sancti, cum nec audiant nos, nec norint, quid agatur apud nos.

Bernhardus etiam Sermone 66. in Cantica dicit, suo tempore quosdam irrisisse, quod Sanctorum suffragia in Litanis postularentur.

Postea inter sententiariorum Alensis quæst. 92. dixit: Solum Deum adorandum & inuocandum. Sanctos magis se habere ex parte orantium, quasi coadiuantes, quam illius, qui oratur.

Bonauentura in 3. sententia dicit: Cauendum esse, ne dum Mariæ matris excellentia ampliatur, filij gloria minuatur, & sic in illo mater prouocetur, quæ magis vult extolli filium, quam seipsam, vtpote creatorem creatura. Et ad obiectionem, quod honor matris referatur ad filium, respondet: Non omnem honorem, qui filio debetur, matri tribuendum.

Gareus.

Santi mediatores.

Nicenus.

Andreas Cretensis.

Inuocationi Sanctorum, semper fuerunt, qui reclamarent. Claudius presbyter Caroli Magni.

Ionas Aurelianensis.

Hildebertus Turonensis.

Bernhardi tempore.

Alensis.

Bonauentura.

Beneficia Dei & Christi Sanctis adscripta.

Cyprianum.

Sed quia non sigillatim omnia constituimus persequi, hæc ad institutam nostram obseruationem sufficere iudico. Tandem igitur historicam hanc considerationem, de origine, progressu & crasso excessu inuocationis Sanctorum, concludemus hac Cypriani sententia: Non videndum est, quid aliqui ante nos fecerint, sed quid Christus, qui ante omnes est, & fecerit & faciendum mandarit. Non enim vel consuetudinem, vel hominis cuiusque errorem, sed Dei veritatem sequi iubemur. Addatur huc & laudata illa ab Augustino Cypriani sententia, ex epistola ad Pompeium. In compendio est apud religiosas mentes, & errorem deponere & inuenire veritatem. Nam si ad diuinæ traditionis caput & originem reuertamur, cessabit error humanus. Si canalus aquæ, qui copiose prius & lapsiter proflebat, subito deficiat, nonne ad fontem pergatur vt illic deflectionis ratio noscatur, vtrum, a rescentibus venis, in capite siccauerit, an vero integra inde & plena procurrans, in me-

dio itinere destiterit? Ita ergo suadet Cyprianus, nutantibus & vacillantibus disputatorum sententiis, ad originem Dominicam, & Evangelicam & Apostolicam traditionem, recurrendum, atque inde canalem in nostra tempora dirigendum. Intelligit autem traditionem scripturam, quia addit: Ea esse facienda, quæ scripta sunt. Concludamus igitur Cypriani verbis. Si autem in Evangelio præcipitur, aut in Apostolorum epistolis & actibus continetur traditio inuocationis Sanctorum, obseruetur sane. Sin minus, meminerimus, quod Augustinus dicit, in Ecclesia non valere, Hæc ego dico, Hæc tu dicis, Hæc ille dicit: Sed, hæc dicit Dominus. Deus Spiritu gratiæ & precum nos illuminet & gubernet, vt abiectis superstitionibus, solum ipsum in spiritu & veritate adoremus, & solum Domini nostri Iesu Christi nomen inuocemus. Quisquis enim inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

*Traditio Cypriano quid.**Augustinus.*

INDEX

FINIS.



INDEX LOCORVM SACRAE

SCRIPTVRAE QUI IN HAC TERTIA

PARTE EXAMINIS OBITER ALLEGANTUR & explicantur.

- G**enesis 1. Tenebrae erant super faciem abyssi, 117. a.
 creavit masculum & feminam, 74. a. Crescite & multiplicamini, 6. a. 7. b. 8. a. Erant omnia valde bona, 73. b.
 2. Non est bonum hominem esse solum, 132. a. Faciamus ei adiutorium, 6. a. 13. b. 45. a. Erunt duo in carnem vnam, 77. a.
 3. Contexerunt se foliis ficus, 7. b. Ipsum conculcabit caput serpentis, 134. b. 164. a. Induit eis vestes pelliceas, 7. b.
 4. Adam cognouit uxorem suam, 5. b.
 5. Enos ambulauit coram Deo, 53. a.
 8. Noha offert sacrificium Deo, 189. a.
 9. Arcus in nubibus, 136. a. pudenda patria filij tegunt, 55. b.
 13. Multiplicabo semen tuum, 172. b.
 15. Ibis ad patres tuos in pace, 109. b.
 17. Ero Deus tuus & seminis tui, 172. b.
 18. Num voluptati operam dabo, 8. a. Abraham pro Sodomitis orat, 174. b.
 19. Sodomitum peccatum, 30. b. Sodomitum conflagratio & interitus, 68. b. 121. b.
 20. Orabit pro te quia Propheta est, 174. a.
 23. Abraham adorat populum terrae, 176. a.
 28. Iacob fundit oleum super lapidem, 189. a. Si fuerit Dominus mecum, 26. b. Dominus erit mihi in Deum, 27. a.
 32. Deus patris mei Abraham & Isaac erue me, 137. a. Non dimitto te, nisi benedixeris mihi, 132. b.
 33. Iacob adorat Esau, 176. a.
 48. Angelus qui eripuit me, benedicat pueris, 132. b. vocetur super eos nomen meum, 172. b.
 49. Collectus est ad populum suum, 128. a.
 50. Ossa Ioseph conseruata, 128. b.
Exod. 14. Crediderunt Moysi & seruo eius, 170. a.
 20. Faciens misericordiam in millia, 172. b. 191. a. Non assumes nomen Domini in vanum, 28. a. 31. a. 30. a. Non committes adulterium, 3. a.
 25. Ad tabernaculum conferenda, 27. b.
 29. Sacrificium Pontificis, 45. b. 71. b.
 32. Vitulus erectus, 119. b. Memento Abraham, Isaac & Iacob, 173. a. Leuitae fratres occidunt, 47. a.
 33. Miserebor cui miserebor, 168. b.
Leuit. 7. Vouere aliquid, 34. a. b.
 11. Mortuum tangens immundus habetur, 16. a.
 12. Non ingredietur sanctuarium, donec impleantur dies purificationis eius, 117. b.
 19. Sancti estote, quia & ego sanctus, 46. b. 71. b. Super mortuo ne incidatis carnes vestras, 79. a.
 20. A mortuis non querenda veritas, 114. b.
 21. Coniugium sacerdotibus praeceptum, 41. a. 47. a. 54. a. 71. b. Pontifex viduam ne ducat, 76. a.
 Fluxum patiens immundus est, 45. b. Sacrificia Deo vouere, 27. b.
 27. Se ipsos Deo vouentes, ibidem. Vouere de bonis suis aliquid, ibidem. 28. a. bis. secundario aliquid non vovendum, 27. b.
Num. 6. Nazarei se Deo vouentes, 27. a. b. 28. a.
 8. Lex purificationis, 45. b.
 15. Sacrificia vouere, 27. b.
 21. Vouit Israel votum Domino, 26. b.
 30. Si quis votum vouerit Domino, 26. b. 27. a. 29. a.
 31. Colligeris ad populum tuum, 128. a. Virgines à cade seruata, 11. a.
Deut. 4. Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris, 170. a.
 7. Non erit infecundus inter vos, 17. b.
 9. Recordare seruorum tuorum Abraham, &c. 173. a.
 12. Non faciat quod verbis bonum videtur, 12. b. 79. b. 126. b. De bonis suis aliquid vouere, 27. a. Non addas quicquam, nec minuas, 81. b. 93. a.
 13. Si Propheta surrexerit ac signum dederit, 115. a. 178. a.
 14. Non facietis caluitium super mortuo, 79. a.
 17. Adorant quae non praecepi illis, 137. a.
 18. Mortui non interrogandi, 100. a. 101. b. 103. a. b. 114. b.
 21. Sacrificium pro peccato offerendum, 81. b.
 22. Sponsa pro vxore habetur, 50. a.
 23. Eunuchi non veniunt in Ecclesiam, 18. a. Non efferes mercedem prostibuli, 27. a. 28. a. Cum votum voueris Domino Deo tuo, 18. b. 27. b. 31. a.
 26. Sicut iurasti patribus nostris, 172. a.
 30. Propono tibi vitam & mortem, 109. b. Qui dixerit patri & matri nescio vos, 47. a. Dominus sepeliuit Moysen, 115. a.
Iosu. 7. Sacrificium pro peccato oblatum, 81. a.
Iudic. 11. Votum Iephthe, 27. a. 28. a.
 17. Votum Michae, 27. b. Cultus Michae, 128. b.
 21. Virgines à cade seruata, 11. a.
1 Reg. 1. Si respexeris afflictionem ancilla, 26. b. 27. a. b. 2. Dominus mortificat & viuificat, 127. b. deducit ad inferos & reducit, 117. b.
 14. Iuramentum Saulis, 31. a.
 15. Vouere Deo sacrificium, 27. b.
 18. Magno in precio erat nomen Dauidis, 125. b.
 21. Iuramentum Dauidis, 31. a.
 28. Samuel à Pythonissa an vere productus, 115. b.
2 Reg. 7. Dauid aedificaturus templum, 27. b. 12. Dauidis lapsus, 128. b. Dauid orat pro filio donec moriatur, 89. b. ad ipsum ego venire possum, 95. a.
 14. Absolon reconciliatus per biennium sedet in domo sua, 173. b.
 18. Pro Absolone mortuo nihil fecit Dauid, 89. b.
3 Reg. 1. Nathan adorauit Dauidem, 176. a. 2. Salomon adorauit matrem intercessuram pro Adonia ad dexteram suam ponit, 173. b.
 3. Salomon fuit coniugatus, 23. a. Sapientiae donum Salomoni coniugato datur, 26. b.
 8. Conserua Dauid patri meo, qua locutus es, 173. a. Tu solus nosti cor filiorum hominis, 175. b. pro omnibus necessitatibus Deus inuocandus, 170. a.
 19. Non sum melior patribus meis, 128. a.
4 Reg. 2. Elias igneo curru auectus, 115. b. 4. Sunamitis Elisaum adorat, 176. a.
 5. Elisaus videt Hiezi absentis facta, 175. b.
 6. Elisaus videt occulta consilia Regis Israel, ibid.
 17. Samaritani prater Deum creaturas inuocant, 167. a.
 22. Colligam te ad patres tuos vt non videant oculi tui mala, 170. b. 197. b.
1 Ar. 24. De vicibus sacerdotibus, 45. a. 28. Non aedificabis ad eum nomini meo, 27. b.
 29. Ex voto aliquid ad structuram templi conferre, 27. b.

INDEX

2. **P** Ar. 5. Vouere aliquid ad templi extruccionem, 27. a. b.
6. Nomen tuum inuocatum est super domum istam, 173. b.
15. Iurauerunt Domino voce magna, 27. b.
20. Ut oculos nostros dirigamus ad te, 168. a.
21. Noluit Dominus disperdere domum Dauid, 173. b.
2. **E** sd. 10. Iurauit cum execratione, 27. a.
E sther 5. Dimidium regni tibi dabo, 131. b.
14. Præter te nullus est auxiliator alius, 168. a.
- I** ob 4. In inferno proteges me, 117. b.
5. Voca ergo, si est qui tibi respondeat, & ad sanctorum aliquem conuerrere, 174. a.
7. Militia est vita hominis, 13. a.
9. Cum exaudierit non tamen credo quod audierit, 95. a.
19. Misere mini mei vos amici mei, 117. b.
24. Ad calorem transeunt ab aquis niuium, 116. b.
33. Si fuerit pro eo angelus loquens, 174. a.
42. Ite ad seruum meum Iob, & orabit pro vobis, 174. a. b.
- P** sal. 4. In pace dormiam & requiescam, 109. b.
6. Domine ne in furore tuo arguas me, 84. a.
8. Gloria & honore coronas eum, 127. a. omnia subiecisti pedibus eius, 118. a. 100. b.
12. Ut argentum igni examinatum, 123. b.
16. Pro sanctis qui in terra sunt, 176. a.
18. Dominus firmamentum meum, 168. a. In tribulatione mea inuocaui Dominum, 170. a. clamor eius in conspectu eius introiuit in aures eius, 170. b.
19. Desiderabilia super aurum, 123. a.
22. Patres nostri clamauerunt, 128. a. vota mea coram timentibus eum persoluam, 26. b.
26. Domine dilexi decorem domus tua, 39. a.
27. Pater & mater dereliquerunt me, 197. a.
31. In te Domine speraui, 168. a. In manus tuas commendo spiritum meum, 110. a. Redemisti me Domine Deus veritatis, ibidem.
32. Beati quibus tecta sunt peccata, 18. a. pro hac orabit ad te omnis sanctus, 177. b.
34. Mors peccatorum pessima, 109. b.
36. Apud te est fons vitæ, 167. a.
38. Gemitus meus à te non est absconditus, 170. b.
39. Notum fac mihi Domine finem meum, 108. a. 110. b.
40. Latentur & gaudeant in te, 18. a.
45. Filia regis in ornatu suo, 10. b. Adducentur virgines Regi, 18. a.
46. Deus refugium nostrum, 168. a.
48. Redimet animam meam, de manu inferni, 117. a.
50. Redde altissimo vota tua, 27. a. b. 28. a. Inuoca me, & exaudiam te, 166. b. 176. a. 170. a. 177. a. 185. b.
51. Misere mei Deus, In peccatis concepit me mater, 5. b. Tunc acceptabis oblationes, 27. b. 28. a.
53. Deum non inuocant, 170. b.
56. Super me sunt vota tua Deus, 27. a.
62. Ipse est petra mea & salus mea, 168. a.
66. Transiui per aquam & ignem, 116. b. Reddam tibi vota, 26. b.
68. Accepisti dona pro hominibus, 168. b. Mirabilis Deus in omnibus sanctis suis, 127. a.
72. Preciosus sanguis eorum in oculis eius, 125. b.
76. Vouere & reddite Domino, 26. b. 32. a.
79. Effunde iram tuam in non inuocantes te, 15. a. 116. a. Introeat in conspectu gemitus compeditorum, 170. b.
86. Multa misericordia omnibus inuocantibus te, 170. a.
89. Semel iuravi in sanctitate mea, 172. a. Misericordiam non auferam ab eo, 127. b.
90. Doce nos finem nostrum, 110. b.
91. Angelis suis mandauit de te, 175. a. cum ipso sum in tribulatione, 127. b.
96. Cantate Domino canticum nouum, 18. a.
97. In gentes qua nomen tuum non inuocauerunt, 166. b. 170. b. 185. b.
103. Benedicite Deo omnes Angeli eius, 130. b.
105. Narrate omnia mirabilia eius, 127. a. Abraham cultoris eius, 126. a.
106. Moses pro Israelitis intercedit, 126. Stetit Phineas & pacauit, ibidem.
107. Eduxit eos de tenebris, & umbra mortis, 117. b.
109. In generatione mala deleatur nomen eius, 126. a.
110. Populus tuus spontaneus, 28. b.
112. In memoria aterna erit Iustus, 126. a.
115. Propter misericordiam & bonitatem, 127. a. Deus omnia quaecunque voluit, 175. b. Qui timent Dominum sperent in Domino, 168. b. Non mortui laudabunt te, 111. a.
116. Vota mea Domino reddam, 27. b. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, 125. b. 127. b. 182. a.
118. Bonum est confidere in Domino, 168. a.
119. Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, 6. a. 98. a. 172. a. 175. a. Iuravi & statui custodire mandata tua, 27. a. Mandata Dei præstantiora auro & gemmis, 123. a. Secundum iudicium diligentium nomen tuum, 177. b.
120. Ad Dominum cum tribularer clamaui, 170. a.
121. Leuaui oculos meos ad montes, 177. b. Auxilium meum à Domino, 186. b. 199. b.
122. Memento Domine Dauid, 173. a. Donec inueniam locum Domino, 28. a.
134. In seruis suis deprecabitur, 177. b.
139. Mihi nimis honorificati sunt inimici tui Deus, 125. b.
141. Ascendat sicut incensum oratio mea, 176. a.
145. Dominus misericordia mea & refugium, 168. a. Miserator & misericors Dominus, 168. b. Præsto adest Dominus omnibus inuocantibus ipsum, 170. a. b.
146. Laudabo Dominum in vita mea, 111. a. Nolite confidere in filiis hominum, 168. a.
148. Laudate Deum omnes angeli, 130. b. Sol, luna, & stella laudant Dominum, 118. b.
159. Laudate Dominum in sanctis eius, 125. b.
- P**rouerb. 5. Latere cum vxore adolescentia tua, 8. a. 13. b.
7. Sequitur eam vt bos ad lanienam, 2. a.
8. Melior est fructus meus auro & lapide preciso, 123. a.
10. Memoria iusti erit in benedictione, 126. a. Nomen impiorum sordescet, ibidem.
12. Mulier sedula est corona viro, 113. b.
14. Sapiens mulier adificat domum, 45. a.
15. Vota iustorum placabilia, 27. a.
16. Posside sapientiam quia melior auro est, 123. b.
18. Qui mulierem inuenit bonum inuenit, 14. a.
20. Purum est cor meum, 118. b. 119. a. De vocato sancto votum facere, 27. a. b.
31. Mulieris virtutes, 13. b. Vxor maritum foris agentem subleuat, 41. a.
- E**cclasiast. 4. De carcere & cathenis egreditur ad regnum, 117. a.
5. Si quid vouisti Deo ne moreris reddere, 26. b. 27. b. 28. a. 31. a. Displicet Deo stulta promissio, 27. a.
9. Mortui non habent mercedem, 111. a. Persuere vitæ cum vxore quam diligis, 8. a. 13. b. nec opus nec ratio est apud inferos, 111. a.
11. Vt ceciderit arbor permanebit, ibidem.
12. Spiritus redit ad Deum, qui dedit illum, 120. a.
- C**ant. 4. Sponsa mea, 10. b. Esai.

III. Partis Examinis.

- E** Sai. 1. Quis hæc requisivit de manibus vestris, 12. b. 131.
 a. 166. a. Erit fortitudo vestra vt stuppa. 123. a. accen-
 detur, nec erit qui extinguat, 123. b. 124. a
 3. Prædicant peccata sua sicut Sodoma, 69. a
 4. Inuocetur nomen tuum super nos, 172. b
 8. Interrogare mortuos pro viuis, 100. a. 103. a. 114. b.
 185. a
 28. Vexatio dat intellectum, 123. b
 32. Mulieres luxuriantes, 32. b
 35. Effugit dolor, tristitia & gemitus, 99. b. 110. a
 37. Virgo filia Sion, 18. a. protegam ciuitatem propter me
 & David, 173. b. 190. b
 40. Omnis caro fenum, 123. a. verbum Domini ma-
 neret in æternum, 124. a. Quis Deum consiliis instruit?
 39. a
 42. Gloriam meam alteri non dabo, 172. a. cantate Domi-
 no canticum nouum, 18. a
 45. Deus saluans non est præter me, 168. a. quis est qui
 contradicit factori suo, 39. a
 47. Virgo filia Sion, 18. a
 48. Gloriam Dei creaturis tribuere, 168. a
 49. Posuit os meum vt gladium acutum. 127. a. dedi te in
 lucem gentium, 132. a
 52. Mundamini qui fertis vasa Domini, 43. a. 46. b
 53. Multa pacis nostræ super eum, 111. b
 54. In momento abscondi faciem meam à te, 117. b. Iubila
 sterili qua non parit, 18. a
 55. Querite Dominum dum inueniri potest, 111. a. Non
 sunt cogitationes meæ vt vestra, 171. b
 56. De Eunuchis dabo illis nomen melius, 5. b. 12. b. 17. b.
 48. b.
 57. Iustus moriens venit in pacem, 109. b. 125. a
 58. Ligna arida, 123. a
 61. Induit me vestimentis salutis, 10. b
 63. Abraham nescit nos, Israel ignorat nos, 170. b. 173. b.
 181. a. 197. b
 64. Iustitia nostra sicut pannus menstruat, 118. b. sumus
 tribus hereditatis tue, 173. b
Ierem. 1. Tecum sum vt eruiam te, 127. a
 2. Me dereliquerunt & foderunt sibi cisternas, 167. a
 3. Coniugium & adulterium spirituale, 36. a
 10. Gentes qua nomen tuum non inuocant, 166. a. 170.
 a. b. 185. b
 15. Si staret Moses & Samuel coram me, 173. a
 16. Ne ducas vxorem, 17. a. Nemo pro illis se incidet, aut
 rædet, 79. a. Poculum consolatorium super patre &
 matre, 79. b
 17. Maledictus qui confidit in homine, 168. a. diem homi-
 nis non desiderauit, 123. b
 18. Virgo Israel, 18. a
 20. Maledictus dies in quo natus sum, 5. b
 31. Castigasti me & eruditus sum, 123. b. Virgo Israel, 18.
 a. fœdus primum, 34. a
 35. Reharitarum votum de non bibendo vino, 27. b
 44. Vota idolis facta, 27. b. Militiam & reginam cæli co-
 lentes, 43. a
 48. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, 34. a
Thren. 1. Misit ignem in ossa mea, 123. b. virgo filia Iu-
 da, 18. a
Ezech. 3. & 33. Si non argueris peccatorem, 16. b
 8. Parietem fodere & videre quid peccatur, 70. a
 14. Si fuerint tres viri illi in medio eius, 173. a
 16. Otium, abundantia & saturitas panis, 31. a. b. coniu-
 gium & adulterium spirituale, 36. a. ostendam geni-
 bus turpitudinem tuam, 105. b. 138. a. ad primum fœ-
 dus redire, 33. b
 18. Anima qua peccauerit ipsa luet, 114. a. vita viuet, non
 morietur, 109. b. Iniquitatum eius non recordabor, ibi.
 20. In præceptis patrum nolite ambulare, 79. b
 22. Ostendam gentibus turpitudinem tuam, 124. a. qua-
 siui virum, qui interpneret sepem, 174. b
 44. Viduam sacerdotis sacerdos ducat, 76. b. coniugium
 sacerdotibus permissum, 41. a. 54. a. 71. b. Soror Ponti-
 ficis qua alterum virum non habuit, 76. b
DAni. 2. Daniel vider visionem, qua ex ciderat Regi,
 175. b
 3. Propter Abraham dilectum tuum, 16. b. Spiritus & ani-
 ma iustorum benedicite Domino, 131. a
 6. Daniel orat facie conuersa ad Hierusalem, 178. a
 8. Gabriel fac intelligere visionem, 178. a
 9. Sanctus sanctorum, 118. b
 9. & 10. Angelus responsum affert oranti, 176. a.
 10. Angelorum diuersa ministeria, 175. b
 11. Amorem mulierum negliget, 26. b
 12. Qui docuerunt multos, fulgebunt, 14. b
Ose. 2. Reuertar ad maritum priorem, 33. b. D: sponsa-
 bo te mihi, 10. b. 36. a
 4. Fornicatio cor aufert, 2. b. Coniugium & adulterium
 spirituale, 36. a
 11. Deus ego & non homo, 171. b
 13. Tantummodo in me est auxilium tuum, 168. a
Ioel. 2. Omnis qui inuocauerit nomen Domini, 170. a.
 185. b
AMos 5. Virgo Israel, 18. a. vota idolis facta, 27. b
 Iona 1. Vouerunt vota, 26. b. 27. a
 2. Quacunque voui reddam, 26. b
Mich. 7. Resurgam cum sedero in tenebris, 117. a
Zach. 1. Angelus dicit de septuagesimo anno, 175. a
 9. De lacu in quo non est aqua, 117. a
 12. Effundam spiritum precum, 15. b
Malach. 2. Deus testificatus est inter te & vxorem,
 72. a
 3. Ad ignem & conflatorium, 83. a. 85. a. sedebit con-
 flans, colans, purgans, 117. b. 123. b. afferent sacrifici-
 um in iustitia, 123. b. Deum tentauerunt & salui
 facti sunt, 3. b
Sap. 3. Iustorum anima in manu Dei, 110. a. non tangit
 eos tormentum, 110. a. 125. a. tanquam aurum in for-
 nace probauit illos, 123. b. felix sterili & incoquin-
 nata, 17. a
 4. Immortalis est memoria eius, 126. a
 7. Spiritus sapientia sanctus & incoquinatus, 2. a
 8. Sapientia docet temperantiam, 23. a. relinquunt poste-
 ris memoriam perpetuam, 126. a. non possunt esse con-
 tinens, nisi Deus det, 23. a. 26. b
 14. Idololatria ex memoria sanctorum nata, 126. b
Tob. 4. Panem & viuum super sepultura constitue,
 79. b
 12. Angelus detulit orationem ad Deum, 176. a
SIrach. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum, 111. a
 14. Ante obitum operare iustitiam, 11. a
 18. Iustificaciones ne differas vsque ad mortem, 111. a
 24. In me omnis gratia vitæ, 132. a
 26. Omnis ponderatio non est digna continentis anima,
 18. b
 27. Fornax probat vasa figuli, 123. b
 44. Sanctorum laudes, 126. a. 128. a
 45. Cuius memoria in benedictione, 126. a
 46. Sit memoria illorum in benedictione, 126. a. de Sa-
 muel excitato, 115. b
 49. Ossa Ioseph conseruata, 126. b
 50. Onias pro populo orans, 128. b
BAruch. 3. Audi orationem mortuorum Israel, 178. a. vo-
 ta idolis facta, 27. b
 1. Mack:

INDEX

1. **M**ach. 7. Sacrificia pro rege idololatrio, 80. a
 10. Fides data seruanda, 33. a
 12. Memores vestri in obsecrationibus & sacrificiis, 80. a
 2. Mach. 1. Sacer ignis occultatus, 80. b
 2. Arca occultata, 80. b. Iasonis libri, 80. b
 3. Onias offert pro salute Heliodori, 80. a
 4. Iason gentiles cultus promouet, 80. a. Sacerdotes se hel-
 lenismo conformant, 80. a
 9. De morte Antiochi, 80. b
 11. Data fides seruanda, 33. b
 12. Sacrificium pro mortuo, 79. a. 117. b
 13. Antiochus offert Hierosolymis, 80. a
 14. Razia continentia, 36. a. Razias ipse se interficit, 79.
 a. 81. b
 15. Somnium de Onia & Ieremia pro populo orantibus,
 140. a. 177. b
Matth. 1. Priusquam congressi essent, 35. b. non cogno-
 uit eam donec peperit, 120. a
 3. Baptizabit Spiritu sancto & igni, 117. b. ventilabrum
 in manu eius, 119. a
 4. Ipsum solum coles & adorabis, 170. b. 172. a. 176. a.
 180. a
 5. Vos estis lux mundi, 127. a. Non exhibis illinc donec per-
 solueris, 119. b. 120. a. Dictum est antiquis, 89. a. Qui
 aspexerit mulierem ad concupiscendam eam, 6. a. 21. b.
 31. a. qui repudiat am duxerit, 75. b. Deus solem exoriri
 finit, 61. a
 6. Pater tuus qui videt te orantem in occulto, 170. b. Pater
 noster, qui es in caelis, 170. b. 199. b. dimitte nobis debita
 nostra, 14. b. Tuum est regnum & potentia & gloria,
 170. b. Si non misereris, nec pater remitter, 120. a.
 Nemo potest duobus Dominis seruire, 3. a. 5. b. Quarite
 primum regnum Dei, 14. a
 7. Nolite iudicare & condemnare, 10. a. In vestitu ouium,
 114. a. In nomine tuo prophetauimus, 121. b. fundatus
 est super petram, 124. a
 8. Venient ab oriente & occidente, 17. b. accumbent in re-
 gno Dei, 110. a
 10. Animas occidere non possunt, 129. a. Deus habet pote-
 statem animarum, 108. a. Qui amauerit patrem supra
 me, 47. a. accipit crucem, & sequitur me, 32. b
 11. De laudibus Baptistae, 126. a. 128. a. Iustificata est sapi-
 entia a filiis suis, 22. b. 39. a. venite ad me omnes, 166. a
 169. b. 172. b. 194. b
 12. Nec in presenti, nec in futuro remittetur, 120. b.
 125. a. b. generatio praua & adultera, 18. a. 36. a. po-
 steriora deteriora primis, 33. b. Qua est mater mea,
 175. a
 13. Vobis datum est nosse mysteria, 19. b. Simile est regnum
 caelorum seminatori, 14. a. 17. b. sic erit consummatio
 huius seculi, 121. b
 14. Iuramentum Herodis, 30. a. Petrus in aqua incedens,
 83. a. 85. a
 15. Quid impurum reddat hominem, 119. a. Frustra me co-
 lunt mandatis hominum, 12. b. 28. a. 29. b. 166. a. Cana-
 naa Christum inuocans, 190. a. dimitte eam quia cla-
 mat post nos, 190. b
 16. Quicquid ligaueris, 66. a. 91. b. 110. b. 121. a
 17. Moses & Elias apparet, 115. b
 19. Quos Deus coniunxit, 6. b. 73. b. de libello repudij, 4.
 b. Non omnes sunt capaces huius dicti, 2. a. 6. a. 19.
 a. bis 20. a. 23. b. 47. a. 53. a. 66. a. Eunuchi nam
 aut ab hominibus facti, 12. b. 19. a. 44. b. 49. a
 Eunuchi propter regnum caelorum, 5. b. 8. a. b. 12. b. 14.
 a. 17. b. 19. a. 36. a. 40. a. 43. a. Qui potest capere
 capiat, 23. a. Si quis reliquerit uxorem & liberos, 36.
 b. 47. a
 21. Ecce rex tuus mansuetus, 117. b
 Baptismus Iohannis vnde erat, 126. a
 22. Simile est regnum caelorum, 17. b. Deus Abraham, I-
 saac & Iacob, 106. a. Secundum mandatum simile pri-
 mo, 14. a
 23. Patrem vobis nolite vocare in terra, 5. b. profelyti, 17.
 b. Sepulchra prophetarum edificatis, 126. b
 24. Filius hominis veniens ad iudicium, 121. b. ve pra-
 gnantibus & lactantibus, 5. b. 6. a. 17. a. dabunt signa
 magna & prodigia, 115. a. 178. a. In diebus Noha erant
 nubentes, 5. b
 25. Fatuae virgines, 12. a. 15. b. 35. a. virgines prudentes in-
 grediuntur cum sponso, 10. b. 18. a. Sponsus clausit fo-
 res, 111. a. date nobis de oleo vestro, 111. b. Euge serue bo-
 ne & fidelis, 127. b. super multa te constituam, 15. a.
 congregabit ante se omnes homines, 87. a. Quicquid
 fecistis vni ex minimis, 32. b. 111. a. Ite in ignem aeter-
 num, 85. a. b. 107. a
 26. Spiritus promptus, caro infirma, 6. a. Qui gladium ac-
 ceperit, Lapsus Petri, 127. b. 128. b
 27. Heliam vocat iste, 177. b
Marc. 3. Omnia peccata homini remittentur, 121. a.
 non remittetur in aeternum, 121. b
 9. Omnia possibilis credenti, 22. a. eicit tibicines, 79. a.
 Habete salem in vobis, 71. b
 11. Quicquid orantes petitis credite, quod accipietis, 166. a
 12. Habete fidem Dei, 71. b
 13. Homo peregre profectus, 119. b
 14. Narrabitur hoc in memoriam eius, 126. a
 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, 109. a
Luc. 1. Zacharias vices suas obit in templo, 45. b. Ange-
 lus oranti responsa dat, 176. a. conuertet incredulos ad
 sapientiam iustarum, 127. b. ad Mariam desponsatam
 viro, 35. b. 49. b. Maria gratia plena, 132. a. Benedicta
 tu inter mulieres, 127. b. virum non cognosco, 35. b.
 Magnificat anima mea Dominum, 162. b. Respexit
 ad miseriam ancilla sua, 127. a. Beatam me dicent
 omnes generationes, 126. a. 174. b. Maria reuersa est
 ab Elisabeth Nazaretham, 35. b. Benedictus Dominus
 Deus Israel, 161. b. Tu pater propheta altissimi vocabe-
 ris, 127. b. Qui in tenebris & umbra mortis sedent,
 117. b
 2. Nunc dimittis Domine seruum tuum in pace, 94. 109.
 b. 125. b. 162. b. lumen ad reuelationem gentium, 132.
 a. Animam tuam pertransibit gladius, 138. b
 4. Si prostratus adoraueris me, 176. b. Rogauerunt Chri-
 stum pro socio Simeonis, 194. a
 6. Da omnipotenti abs te, 3. a
 8. Mulieres ministrantes Christo, 15. a. 40. b. Semen spiritus
 suffocatum, 14. a
 9. Moses & Elias loquuntur de excessu Christi, 115. b. 129.
 a. sequere me, 33. a
 10. Filij huius seculi nubunt, post resurrectionem vero non
 nubent, 5. a. Similes erunt Angelis Dei, 5. a
 11. Qui non est mecum, contra me est. posteriora primis de-
 teriora, 33. b
 12. Ignem veni missurus in terram, 107. a. Baptismo habeo
 baptizari, 117. b
 14. Uxorem duxi non possum venire, 5. b. si quis non odit
 patrem & uxorem suam, 3. a. 5. b. 47. a. baiulat cru-
 cem & venit post me, 33. a
 15. Pater obuiam procedens filio amplectitur eum, 173. b
 Acolastus cum gaudio recipitur, 111. b. gaudium erit in
 caelis super peccatore, 175. a
 16. Delatus Lazarus in sinum Abrahae, 90. b. Diues in in-
 ferno, 121. b. pater Abraham miserere mei, 177. a. b
 Iam solatio fruitur, 127. b. 129. a. Hiatus magnus con-
 firmatus inter nos & vos, 110. b. 114. a. 119. a. si Moysen
 & Prophetas non audiunt, 177. a. 185. neque si quis
 ex mor-

III. Partis Examinis.

- ex mortuis resurget, credent, 115. a
 17. In diebus Loth erant nubentes, 5. b
 18. Oportet semper orare, 13. a. Qui se exaltat humiliabitur, 172. a
 20. Post resurrectionem non nubent, 5. a. qui digni habentur seculo illo, 121. b
 22. Vos non sic, 128. b
 23. Beata steriles, 17. a. Memento mei cum veneris in regnum tuum, 172. b. Mecum eris in paradiso, 94. a. b. 110. b. 113. b. 125. a. 128. a. In manus tuas Domine commendo spiritum meum, 110. a
[Ob. 1.] Ex plenitudine eius omnia accipimus, 168. b
 2. Nuptia in Cana, 5. a. b. Christus interest nuptiis, 72. b. quid mihi & tibi mulier, 173. b
 3. Qui credit in filium non iudicatur, 109. b. Qui veritatem facit venit ad lucem, 123. b. qui habet sponsam sponsus est, 10. b. pater omnia dedit filio in manum, 168. b. qui credit in filium habet vitam,
 4. Nos adoramus quod scimus, 166. a. virum quem nunc habes non est tuus, 75. b
 5. Transiit ex morte in vitam, 109. 105. a. 129. a. b. Non venit in iudicium, 121. a. qui bona egerunt, in vitam aeternam, 121. b. Erat Lucerna ardens, 126. a. Moses in quo vos speratis accusat vos, 126. b. 177. a
 6. Eum qui venerit ad me non eiiciam, 169. b. 194. b
 8. Sermo meus & Χρῆστος in vobis, 19. b. Dicitis Abraham esse patrem vestrum, 126. b. mortem non videbit, 94. b. Abraham vidit diem meum, 126. a. 128. a
 9. Nos Moses discipuli sumus, 177. a. venit nox cum nemo potest operari, 110. b
 10. Ego sum os tium, 169. a. eues sequuntur me, 110. a. nemo rapiet eas de manu mea, 110. a
 11. Non mortuus est sed dormit, 129. b. sepultura Lazari, 81. b. etiamsi morietur viuet, 92. b. 109. b. 129. b
 12. Quem honorificat Deus pater, 126. a
 13. Cum sciret omnia sibi esse tradita, 168. b
 14. Ego sum via, 169. a. Ego sum vita, 168. a. Nemo venit ad patrem nisi per me, 169. b. 180. b. 192. b
 15. Mundi estis propter verbum meum, 118. b. non iam vos seruos dico, sed amicos, 125. b. 172. a
 16. Quicquid petieritis in nomine meo, dabitur vobis, 19. b. 22. a. 140. a. 166. 169. a. 172.
 17. Ut sint & ipsi sanctificati, 129. b. 180. b
 18. Si regnum meum esset de mundo, 128. b. Regnum meum non est de hoc mundo, 173. b
 19. Christus depositus de cruce, 139. a
 20. Quorum remisistis peccata, 91. b. 110. b. vitam accipere credentes in nomine eius, 9. b
Actor. 2. Solutis doloribus mortis, 117. b. promissione Spiritus à Patre accepta effudit hoc, 168. b
 4. Non est in alio salus, 9. b. 168. a
 6. De viduis & earum curatione, 31. b. Nicolaus vnus ex Diaconis, 3. a
 7. De patribus veteris Testamenti, 126. a. 127. b. Domine Iesu suscipe Spiritum meum, 209. b. Domine Iesu suscipe animam meam, 110. a
 9. Organum electum est mihi, 127. a. quam cum lauisent, posuerunt, 32. a
 10. Oraciones tuae ascenderunt in memoriam apud Deum, 174. a. 175. a. 176. a. Cornelius procidens adorat Petrum, 126. b. 194. a. remissionem accipere in nomine eius, 9. b. 81. b. 98. David appositus ad Patres, 175. b
 14. Sacerdos Iouis volens sacrificare, 126. b. 180. b
 15. Fide purificans corda eorum, 118. b. Credimus nos per gratiam Christi saluari, 9. b. abstineant à fornicatione, 2. b
 20. Beatius est dare, quam accipere, 32. a
 21. Philippus habuit filias, 5. b. viri habentes vocum, 27. a
 26. Pharisaeismus Pauli, 128. a. eripiens te à populo & gentibus, 127. a
 27. Anima Paulo donata, 174. b
Rom. 1. Vocati estis sancti, 129. b. frustrati sunt per ratiocinationes suas, 172. b. 197. a. coluerunt creaturam præter creatorem, 167. a. 189. b. 194. a. præmium erroris in seipsis acceperunt, 48. a. in mentem reprobam ut faciant quod non conuenit, 2. a
 2. Super omnem animam operantem malum, 3. b
 3. Per redemptionem qua est in Christo, 17. b. 111. b. interueniente sanguine ipsius, 9. b. 117. a
 4. Iustitia imputatur sine operibus, 9. b. Beati quorum remissa peccata, 109. b. 121. b. Abraham pater creditum, 126. a. 128. a. qui sectantur vestigia Abrahæ, 126. a. 128. a. quibus credentibus imputabitur, 111. a
 5. Iustificati fide pacem habemus, 109. b. 121. b. per quem habemus accessum cum fiducia, 169. a. 173. b. per Christum seruabimur ab ira, 174. a. mors regnavit, 5. a. vnus obedientia iusti facti, 111. a
 6. Vetus homo crucifixus, 124. b. non sub lege estis, sed sub gratia, 3. b. num peccabimus, quia non sumus sub lege, 4. a. finis illorum mors, 6. a. donum Dei vita aeterna, 17. b
 7. Si nupserit viuente viro adultera vocabitur, 35. b. mortuo viro cui vult nubit, 76. a. ego vero mortuus sum, 124. b
 8. Nihil condemnationis his qui sunt in Christo, 109. b. non secundum carnem ambulandum, 10. b. liberum me fecit per Christum, 28. b. ut iustificatio legis impleretur in nobis, 111. a. qui in carne sunt Deo placere non possunt, 5. b. 56. b. vos non in carne estis sed in spiritu, 5. b. corpus mortuum est propter peccatum, 124. b. heredes Dei, 109. b. coheredes Christi, 126. a. qui autem corda scrutatur Deus, 166. b. 170. b. qui ad dexteram Dei intercedit pro nobis, 169. a. 172. b. 174. a
 9. Qui ex aduerso respondes Deo, 39. a
 10. Deus diues super omnia inuocantes se, 170. a. quomodo inuocabunt in quem non crediderunt, 15. a. 170. a
 12. Corpora exhibete hostiam spiritualem, 14. a. 17. a. 27. a. ne conformemini huic seculo, 10. b. Prophetia sit analogica fidei, 31. b. membra vnus corporis sumus, 105. b. dona iuxta gratiam nobis datam differentia, 19. b
 13. Hora est à somno surgere, 110. b. non in cubilibus, 7. a. 46. b. 67. a
 14. Siue viuamus siue moriamur, Domini sumus, 108. a. 110. a. 129. b. ut sic dominetur mortuis & viuentibus, 118. a. 129. b. mihi se flectat omne genu, vnusquisq; rationem reddet Deo, 114. a. Regnum Dei non est cibus & potus, 15. a. 28. b. quicquid non est ex fide, peccatum est, 166. a
 15. In nostram doctrinam præscripta sunt, 128. a. Deus patientia & consolationis, 168. a. me laborantem adiuuetis precationibus, 129. b. 169. a. 174. a. 175. a
1. Corinth. 1. Cum omnibus inuocantibus nomen Christi, 166. b. Christus factus nobis iustitia, 111. a
 2. Que oculus non vidit, 174. b. sermonibus quos docet S. sanctus, 47. b
 3. Ego sum Pauli, 199. b. cooperarij eius sumus, 39. b. opus cuiusq; ignis probabit, 121. b. 123. b. 124. a. b. templum Spiritus sancti, 126. a
 4. Dispensator sit fidelis, 47. b. nolo iudicari ab humano die, 123. b
 5. Tradatur Satane, 121. b. expurgate vetus fermentum, 118. b

INDEX

6. Scortatores non possidebunt regnum Dei, 2. b. 21. b. sed abluti & sanctificati estis, 18. a. 36. a. corpus non stupro sed Domino, 2. b. corpus vestrum est templum Spiritus, 17. a. non estis vestri, quia precio empti estis, 3. a. 18. a. Glorificate Deum in corpore vestro, 2. b. 17. a
7. Bonum est mulierem non tangere, 6. a. ad vitandam fornicationem, 17. a. 19. a. 20. b. 21. a. 30. b. 31. a. 46. a. 63. a. 72. a. quisque suam uxorem habeat, 8. b. debitam praestet benevolentiam, 8. a. 18. a. ut vacetis ieiunio & precationi, 5. a. 6. a. 8. a. 14. a. 16. a. b. 44. b. 53. a. hoc dico secundum indulgentiam, 6. b. 8. a. 16. a. 16. b. velim omnes manere & esse sicut ego, 17. a. 19. b. 29. b. 40. b. 56. b. vnusquisque proprium donum habet ex Deo, 13. a. b. 19. a. b. 20. b. 22. a. 23. a. b. 40. b. Qui non continet, matrimonium contrahat, 17. b. 22. b. 24. a. 26. a. 36. a. 40. b. 46. a. 53. b. 65. b. 73. b. 74. b. Melius est nubere, quam vri, 6. b. 15. b. 19. a. b. 21. a. b. 22. a. b. 24. b. 26. a. 29. a. 31. b. 37. b. 40. a. b. 43. a. 58. a. 63. a. 65. b. 70. a. 72. a. 74. a. vxor à vtro ne separetur, 50. a. b. vxor fidelis cohabitetur viro infideli, 7. a. sanctificatur vir per mulierem, 5. b. 6. b. 17. a. mulier virum seruare potest, 13. b. vnusquisque sicut ei partitus est Deus, 12. a. 13. b. 19. b. sicut eum vocauit Dominus, 12. a. 14. b. 19. b. 21. b. precio empti estis, 18. a. 72. a. de virginibus praeceptum Domini non habeo, 19. a. b. 20. a. 24. a. b. 29. b. 49. a. 63. a. 72. a. bonum est propter instantem necessitatem, 12. b. 17. a. 24. a. alligatus es uxori, ne queras uxorem, 24. a. 32. a. si nupsit virgo non peccat, 19. b. 24. a. 26. a. 34. b. 36. a. tribulationem carnis habebunt, 19. a. 22. b. 24. a. ego vobis vobis parco, 6. b. 13. b. 16. b. tempus in collecto est, 6. a. b. 110. b. sit tanquam non habens uxorem, 13. b. 15. b. 46. b. 63. b. velim vos esse sine solitudine, 13. b. 40. b. celebs curat ea, quae sunt Domini, 5. b. 8. b. 13. b. 15. b. 16. a. 45. b. cogitat quae sunt mundi vt uxori placeat, 13. b. 14. a. non vt laqueum iniiciam vobis, 22. a. 24. a. 25. b. 26. a. 31. b. 32. b. 34. b. 49. a. si quis indecorum putat, vniuersi, 25. b. si quis stat firmus in corde suo, 25. a. 29. a. 32. a. non habens necessitatem, sed voluntatem, 20. a. b. 24. b. 25. b. 29. a. 46. a. si iudicat hoc in corde suo, 25. a. 26. a. qui matrimonio iungit bene facit, qui non, melius facit, 9. b. 11. b. 12. b. 13. a. 17. a. 72. b. vidua, cui vult libere nubere, 24. a. 74. a. 76. a. viduae rursus nubant, 24. a. 54. b. nubant modo in Domino, 32. a. b. 35. a. 63. b. 84. a. beatior est, si sic manet, 1. b. 8. b. 11. b. 12. a. 17. a. 24. a. b
8. Vnus est Dominus Iesus Christus, 32. b. esca nos non commendat Deo, 28. a
9. Habemus potestatem circumducendi uxorem, 5. b. 6. a. 41. b. 73. b
10. Non finit nos vltra quod possumus tentari, 1. a. 36. b. dat exitum vt sustinere possimus, 127. b
11. Imitatores mei estote. sicut & ego Christi, 128. a. iudicate apud vos ipsos, 25. a. corripimur ne cum mundo damnemur, 128. a
12. Diuisiones donorum sunt, 19. b. 127. a. diuidens vnicuique sicuti vult, 23. a. membra corporis minus honesta, 7. b. membra vnius corporis sumus, 105. b. sectamini dona potiora, 12. a
14. Mulieres in Ecclesia sileant, 15. b
15. Gratia eius in me non fuit vacua, 127. b
Non ego sed gratia qua mihi adest, 127. a
Baptizantur pro mortuis, 117. b
Sicut stella à stella differt claritate, 14. b
Mors vbi aculeus tuus, 117. a
Firmi & immoti, 25. a
2. Corinth. 1. Deus omnis consolationis, 168. a. Testimonium bonae conscientiae, 47. b. Quod non venirem ad vos, 34. a
2. Si quid cui condonatis, & ego condono, 28. b
3. Deus qui nos idoneos facit, 22. a. vbi Spiritus, ibi libertas, 28. b
5. Cupimus praesentes adesse apud Deum, 97. b. 98. a. 110. a. 125. b. 129. a. luxa id quod fecit in corpore, 110. b. 111. a. Ministerium reconciliationis, 110. b. Pro nobis factus est peccatum, 93. b. 111. a. b
6. Nunc tempus acceptabile, 109. a. 110. b. Templum Spiritus sancti, 126. a
7. Mundemus nos ab inquinamentis carnis & Spiritus, 17. a. 118. b
8. Animi vestri promptitudinem, 28. b
11. Respondi vos vni viro & virginem castam, 5. b. 10. b. 18. b. 28. b. 36. a. Coniugium & adulterium spirituale, 36. a. quis scandalizatur, & ego non vror, 21. a
12. Sufficit tibi gratia mea, 127. b. Vntus mea in imbecillitate perficitur, 47. b. 127. b
13. Experimentum loquentis in me Christi, 127. a
- Galat. 1. Si Angelus è caelo euangelizauerit aliud Euangelium, 55. a. 56. a. 115. a. Pharisaismus Pauli, 128. a
Qui vocauit me per gratiam, 127. b. Glorificabunt in me Deum, 126. a. 127. a
2. Cognouerunt gratiam mihi datam, 127. a. restitit Petro cum reprehensibilis esset, 128. a. operibus legis nemo iustificatur, 9. b. quod viuio in carne per fidem viuio filij Dei, 108. a. si per legem iustitia, Christus frustra mortuus est, 9. a. 111. b
3. Factus pro nobis maledictum, 111. b. non sumus sub Pedagogo, 28. b. non est masculus aut femina, 4. a
4. Infirma & egena Elementa mundi, 28. b
5. Nolite iugo seruitutis subici, 28. a. 36. a. euacuati estis à Christo, 9. b. ne praebeamus libertatem in occasionem carnis, 3. b. qui alia agunt, regnum Dei non possidebunt, 36. a. 85. b. fides est opus spiritus, 33. b. carnem crucifixerunt cum affectibus, 124. b
6. Vnusquisque proprium onus gestabit, 111. a. 114. a. qui seminat in carne, de carne metet corruptionem, 5. b. dum tempus habetis operamini, 110. b. non circumcisio aut praepitium sed noua creatura, 12. b
- Phes. 1. Immaculati coram Deo, 18. a. redemptionem per sanguinem ipsius, 117. a. exaltatus super omne nomen, quod nominatur, 172. b. ipsum deat Ecclesiae caput super omnia, 168. b
2. Gratia saluati estis per fidem, 9. b. 14. b
3. Angelus manifestat a sapientia Dei, 182. b. per ipsum habemus aditum, 169. a. 173. b
4. Vna fides, 33. a. dona dat hominibus, 127. a. 168. b. Adolescentes tradiderunt se impudicitiae, 2. a. renouamini spiritu, & induite nouum hominem, 10. b. sermo spurcus ex ore vestro non egredietur, 1. b
5. Scortatio & immundicia non nominetur inter vos, 1. b. quae in occulto ab eis fiunt turpe est dicere, 69. a. Tempus redimentes, 110. b. Sicut Christus dilexit Ecclesiam, 8. b. Mundans eam lauacro aquae per verbum, 118. b. Non habentem maculam, 18. a. sine macula & ruga, 46. b. duo in carnem vniam, 76. a. magnum mysterium in Christo & Ecclesia, 6. b. 10. b
6. Siue seruus fuerit, siue liber, 14. b. gladius spiritus verbum Dei, 60. b. vigilantes in deprecatione, 15. a
- Philip. 1. Mors mihi lucrum, 110. a. cupio dissolui, & esse cum Christo, 94. a. 108. a. 110. a. 125. a. 129. a. 198. b
2. Omne genu subtterraneorum Christo flecti, 118. a. Deus operatur velle & perficere, 24. b. tanquam luminaria in mundo, 127. a. b
3. Pauli Pharisaismus, 128. a. propter Christum omnia pro

III. Partis Examinis.

- pro damnis duxi, 124. b. imitatores mei sitis, 128. a
conuersatio nostra in caelis, 5. a
4. Rogo & te compar germana, 5. b. omnia possum in
Christo, qui me confortat, 22. a
- C**oloss. 1. Sortem sanctorum in lumine, 109. b. redem-
ptionem per sanguinem Christi, 117. a. Immaculati
ante Deum, 18. a. in ipso sumus consummati, 111. b
- Chirographum sublatum, 109. b. nemo vos iudicet, 28. a. e-
lementa mundi, 28. b. iuxta praecepta & doctrinas ho-
minum, 71. b. 72. a
3. Superna curate non terrestria, 5. b. mortificate mem-
bra vestra, 124. b
1. **T**hess. 1. Vos imitatores nostri facti estis, 128. a
2. Vos estis gloria nostra, 127. b
4. Voluntas Dei est sanctificatio vestra, 1. b. 7. a. vas suum
possidere in sanctificatione, 6. b. 8. a. 14. a. non in affe-
ctu concupiscentiae ut gentes, 7. b. mortui in Christo
resurgent primum, 129. b. his vos inuicem consolemini,
108. b
5. Cum ipso viuamus, 108. a. 109. b. Indesinenter orate, 15. a
2. **T**hess. 1. Iesus reuelabitur in flamma ignis, 122. a. b
2. Super omne, quod dicitur Deus se extollens, 66. b. signis
& prodigiis mendacibus, 115. a. 178. a. misit eis effica-
ciam illusionis, 102. a
1. **T**imoth. 1. Iusto non est lex posita, 3. a. misericordiam
consecutus sum, 128. a. retinens fidem & bonam con-
scientiam, 40. a. circa fidem naufragium secerunt,
33. a
2. Ut fiant deprecationes, interpellationes pro omnibus,
39. b. 169. a. 203. b. vnus mediator, 169. b. 181. a. Mulier
in silentio discat, 15. b. mulieri docere non permitto,
49. a. saluabitur mulier per generationem, 5. b. 6. a. 17.
a. si manserit in fide cum castitate, 6. b. 7. a. b. 13. a. 14.
a. 15. b. 16. a. 19. b. 23. 33. a
3. Vnius vxoris maritum, 39. a. 40. a. b. 41. b. 42. a. 43. a.
47. a. 53. a. 61. a. 63. a. 72. a. 74. a. si quis propriae domui
non nouit praesse, 5. b. quomodo Ecclesiam Dei cura-
bit, 39. b. ministerium tenentes cum pura conscientia,
ibid. ut nemo possit illos criminari, 40. a. Diaconi sint
vnius vxoris viri, 42. a. 44. b. 47. a
4. Discendent a fide, 33. a. doctrina demoniorum per hypo-
crisim prohibet nubere, 12. b. 17. a. 35. a. 36. b. 41. b. 42. b.
43. a. 44. a. 46. a. 49. b. 54. a. 56. b. 59. a. 66. a. 72. a. b.
nutritus in verbis fidei & bonae doctrinae, 39. b. exerce-
te in pietate, charitate, 40. a. esto forma fidelium in
castitate, 7. a. 40. a. 128. a. in puritate seu castitate, 39.
b. 40. a. Attende lectioni, 39. b
5. Seniolem ne grauius obiurges, 39. b. vidua in delitijs vi-
uens, 12. b. 15. b. bis fidem abnegauit, infideli deterior,
33. a. vidua non minor annis sexaginta, 25. b. 33. b. 49.
a. vidua eligatur, quae vnus viri vxor fuit, 75. b. lasciu-
ientes contra Christum, 32. b. 34. a. vidua primam
fidem irritam facientes, 31. b. 32. b. 33. a. 34. a. volo iu-
uiores viduas nubere, 5. b. 17. a. 20. b. 22. a. 32. a. vidua
ratio conuersa post Satanam, 20. b. 22. a. 32. b. 33. a. 68.
a. serua temet ipsum castum, 40. a. b
6. Aberrauerunt a fide, 33. a. bis. sectare iustitiam & pie-
tatem, 40. a. custodiendum depositum, 39. b
2. **T**imoth. 2. Formam habeto sanorum verborum, 39. b
2. Laborat miles Christi, 40. a. militans non implicatur
vite negotiis, 45. a. recte secantem sermonem verita-
tis, 39. b. circa veritatem aberrauerunt, 33. a. dicunt
resurrectionem iam esse factam, 82. a. nouit Dominus
qui sint sui, 181. b. vasa aurea & argentea, 123. a. vasa
ignominiae, 84. a. si quis se expurgarit ab istis, 107. b.
118. b. inuenies concupiscentias fuge, 40. a. captiui in
laqueis Satanae, 33. a
3. Captiuas ducunt mulierculas, 33. a. reprobi circa fidem,
33. b. 40. a. affectatus es doctrinam & institutionem
meam, 40. a. 128. a. pie viuere volentes persecutionem
patientur, 13. a. persiste in his quae didicisti, 39. b. insta
oportune importune, ibidem. vigila & obdura in af-
flictionibus, 39. b. certamen bonum decertavi, 126. a.
127. b. reposita est mihi corona iustitiae, 110. a. 127. b
Crescens in Galliam abiit.
- T**it. 1. Secundum communem fidem, 128. b. liberos habe-
re fideles, 56. b. vnus vxoris vir, 40. b. 42. a. 44. b. 47.
a. 49. a. b. 52. a. 53. a. 55. a. 56. b. 61. a. 63. a. 72. a. 74. a.
75. a. b. tenacem sane doctrinae, 39. b. potens exhortari
& redarguere, 39. b. 40. a. immundis & infidelibus
nihil mundum, 46. b. 56. b
2. Ut modestas reddant adolescentulas, 32. a. adolescen-
tulae sint castae, sobriae, 6. b. vxores castae, 40. b. praebens
formam bonorum operum, 40. a. ut purificaret sibi
populum, 118. b. pie viuamus in hoc seculo, 110. b
- P**hilem. 1. Fidem quam habes in Domino Iesu, & erga o-
mnes sanctos, 170. a. spero quod per orationes vestras
donabor vobis, 174. a
1. **P**et. 1. Exploratio fidei vestrae preciosior auro, 124. a.
per ignem probatur, 123. b. Prophetae scrutati sunt,
126. a. 128. a. incolatus vestri tempore, 110. a. sangui-
nem agni immaculati, 101. b. 111. b. qui animas vestras
purificasti, 3. a
2. Libertas non sit velamen malitiae, 3. b
3. Ut per vxorum conseruationem lucrifaciant, 14. a. confi-
derantes castam conuersationem, 6. b. quod est coram
Deo preciosum, 7. a. sanctae mulieres sperantes in Deo,
14. a. 15. b. viri cohabitent mulieribus, 13. b. veluti in-
firmiori vasi, 8. a. tanquam coheredes gratiae, 10. b. ne
impediantur preces vestrae, 6. a. 8. a. 15. b
4. Quod reliquum est in carne temporis, 110. b. qui loqui-
tur, loquatur ut eloquia Dei, per ignem exploramini,
123. b. abiens spiritibus praedicauit, 92. a. apud Deum
deponent animas suas, 110. a
5. Sitis exemplaria gregis, 40. a
2. **P**et. 1. Ut post obitum meum habeatis, 177. b. Scripturae
non est priuatae interpretationis, 15. a. 17. b
2. In diem iudicij puniendos seruat, 3. b. Sodomam sub-
uersione condemnauit, 3. b. si in diem delicti sui fru-
antur, 34. a. oculos habentes plenos adulterae, 3. b. poste-
riora deteriora primis, 33. b
3. In quibus multa sunt difficilia intellectu, 33. b. 86. a
1. **J**ohan. 1. Sanguis Iesu Christi mundat nos a peccatis, 9.
b. 107. a. 111. b. 118. b. 194. b. si dixerimus peccatum non
habemus, 118. b. 119. a. si confiteamur, fidelis est & iu-
stus ut remittat peccata, 10. a. 118. b
2. Si peccauerimus aduocatum habemus Christum, 10. a.
14. b. 133. b. 169. a. 174. a. 181. a
4. Probate Spiritus an ex Deo sint, 115. a
5. Si petieritis secundum voluntatem eius, 22. a
- H**ebr. 1. Nouissime locutus est per filium, 178. a. facta
purgatione peccatorum, 107. a. 93. b. sunt Spiritus ad-
ministratores, 175. a
2. Qui metu mortis conficiebamur, 99. a. fidelis & miseri-
coris Pontifex, 169. a. b. 172. b. 194. b
3. Moses fidelis fuit in domo Domini, 127. b. ingredi in re-
quiem Dei, 110. b
4. Non habemus Pontificem, qui non possit compati, 169.
b. accedamus ad thronum gratiae, 131. b. 167. b. 168. a.
169. b. 172. b. ut gratiam inueniamus ad tempus oportu-
num, 169. a
6. Imitatores eorum, qui per fidem, 128. a
7. De intercessionem Christi pro nobis, 169. a. Pontificem
impollutum, 118. b
9. Christus ingreditur in sanctum sanctorum, 169. a
Sanguis Christi purgat conscientias, 118. b. qui in caelo
apparet

INDEX

- apparet vultui Dei pro nobis, 169. a. 176. a. semel mori
 statutum est postea iudicium, 111. a
 11. Fide Abel obrulit, 126. a. 128. a. sine fide impossibile est
 placere Deo, 66. a. ne sine nobis consummarentur,
 130. a
 12. Cum tãtam copiam testium habeamus, 128. a. ne clau-
 dicatio aberrer à via, 32. b. sine sanctimonia Deum
 nemo videbit, 1. b. ad Ecclesiam primogenitorum in
 cœlis, 128. a
 13. Coniugium cubile impollutum, 7. a. bis. 16. a. 30. b. 41. b.
 44. a. 46. a. 50. b. 54. a. 70. b. 82. a. imitemini fidem
 eorum, 128. a. b. habemus altare Christum, 176. a. per
 ipsum offerimus sacrificium laudis, 176. a
Iacobi 1. Si cui deest, petat, 19. a. 22. a. qui hesitat non pu-
 tet se accepturum, 166. a. 175. b. primitia Deo, 18. a
 5. Orate pro vobis inuicem, 174. a
Vd. 1. Ignis æterni poenam sustinebunt, 3. b. delusi in som-
 niis carnem polluunt, 2. a. 3. b. altercatio Michaelis &
 Diaboli super corpore Moysis, 126. b. inter se conui-
 nantes, 34. a
Apoç. 2. Fac opera prima, 33. b. odisti facta Nicolaita-
 rum, 3. a. b. 49. b
 4. 5. 6. 10. Circum amicti stolis albis, 127. a
 5. Odoramenta sunt orationes sanctorum, 176. a. Sancto-
 rum in cœlo preces, 176. a. canunt canticum nouum,
 18. a. omnis creatura agno tribuit honorem, 118. b
 6. Sanctorum in cœlo quales preces, 176. a. quandiu non
 vindicas sanguinem nostrum, 195. b. donec complean-
 tur conserui & fratres eorum, 130. a
 7. In fontibus signati, 18. a. dealbarunt stolas in sanguine
 agni, 110. a. 111. b. 119. a. de tribu Iuda signati, 126. a
 8. Ut daret de orationibus sanctorum, 176. a
 12. Non dilexerunt animas suas vsq; ad mortem, 127. b
 13. Facit signa magna & seducit, 178. a
 14. Qui virgines non sequuntur agnum quocunque ierit,
 5. b. 10. b. 11. a. 18. a. Beati mortui qui in Domino mori-
 untur, 92. b. 108. a. 109. b. 126. a. 129. b. à modo requie-
 scunt ab operibus, 109. b. 125. a. opera eorum sequentur
 eos, 111. a
 16. Vsquequo non vindicas sanguinem nostrum, 176. a
 17. Calix plenus immundicia libidinis, 56. a. Babylon ma-
 ter scortationum, 1. b. 67. b
 19. Cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum, 126. b. 128. b.
 170. b. 174. a. 176. a. 180. b. 186. b
 20. Satan solutus, 67. b. iudicatum est secundum opera
 eorum, 110. b
 21. Sponsam ornatam viro suo, 10. b. al sterget omnem la-
 crymam, 110. a. nihil coinquinatum introibit in eam,
 76. b. 118. b
 22. Cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, 126. b. 128. b.
 170. b. 174. a. 176. a. 186. b. qui aliquid his addiderit,
 167. a

INDEX

F I N I S.



INDEX RERVM ET VERBORVM, IN HAC TERTIA PARTE EXAMINIS OBSERVANDORVM.

A.

| | | | |
|--|-------------------------|--|---------------------------------|
| A ronis continentia, | 53.a | niant, 109.b. an anima appareant ad docendum nos, | |
| Abdias Babylonicus, | 50.b | 114.b.115.a. Animas à corpore separatas non interire, | |
| Abrahamum inuocare, | 144.b | 129.a. nō dormire eas, esse sine sensu & intellectu, 129.a | |
| Absolutio lapsorum pœnitentium, | 87.b.88.a | Herouū animas facere mediatores, 179.b. Martyrū ani- | |
| Absolutio monastica, | 9.a | mas nō adesse suis tumulis, nec extare in terris, 195.a.b | |
| Adiaphora, | 28.a | Annam inuocare, | 138.a |
| Adoratio quid sit in veteri Testamento, | 176.a | Anniuersaria, | 90.a.99.a.b |
| Adoratio creaturarum, | 170.a.176.a | Anniuersaria purgatorio nituntur, | 77.b |
| Adrianus II. | 61.a | Anserum patronus, | 133.a |
| Adulteri pœna apud veteres Germanos, | 62.a | Anselmus Capellanus Maria, 138. propugnator cœliba- | |
| Adulterium spirituale, | 36.a | tus, | 59.b |
| Adulterina coniugia, | 55.a | Antidotarium, | 138.b |
| Ægyptij Sacerdotes, | 48.b | Antipodum doctrina damnata, | 62.b |
| Æneas patrem suum inuocat, | 179.b | Antiquitatem doctrinæ obtendere, | 47.b.50.b |
| Æneas Syluius de Sacerdotum coniugio, | 70.a.73.a | Antonius, | 131.b |
| Æsculapius, | 180.a | Apocrypha fabulæ, | 35.b.50.a |
| Æthe inuocatio, | 144.b | Apocryphi libri nihil demonstrant in rebus fidei, | 178.a |
| Agatham inuocare, | 144.a | Apollinaris, | 147.a |
| Agnetam inuocare, | 137.b.142.a | Apolloniam inuocare, | 137.b |
| Albertus Ostiensis, | 59.b | Apologia non prohibet orationem pro mortuis, | 92.a |
| Albertus Pighius, | 9.a.36.b.37.a.74.b.75.b | Apostolos inuocare, | 136.a.140.a.b.141.a |
| Alcuinus, | 122.b | Apestopharhetorica, | 188.a.194.a.196.a |
| Alemanus Passauiensis Episcopus, | 66.b | Aqua lustralis purgatorio nititur, | 77.a |
| Aleusis, vide Alexander. | | Aquam benedictam tollere peccata venialia, | 121.b |
| Alexander ab Alexandro, | 50.b | Arca testimonij occultatio, | 80.b |
| Alexander Aleusis, | 131.a.205.b | Argentoratensis Episcopus, | 60.b.65.a |
| Alexander III. | 67.a | Augustæ patronus, | 133.a |
| Alphonsus Hispanus de coniugio, | 17.a | Augustinus Monachus, | 60.a |
| Ambrosij inuocatio, | 137.a.146.b | Augustini inuocatio, | 137.a.148.a |
| Amiffarum restitutio, à quo Sancto petita, | 133.b | Augusto sacrificia facta Hierosolymis, | 80.a |
| Anacleti Epistola, | 182.b | Auum specie animas apparuisse, | 103.b |
| Anastasia, | 146.b | Auxentius Mediolanensis, | 64.b |
| Anastasius, | 146.b | Auxiliatores quatuordecim, 137.a. Vndecim, | 143.a |
| Andradinus, | 37.b.39.a.46.b | | |
| Andreas Cretensis, 205.b. Actus Andreae, | 82.b | B. | |
| Andreas inuocatio, | 140.b.143.b.145.a | Baleus, | 60.b.64.b |
| Angelos adorare & inuocare, 126.b.128.a.132.b.136.a. | | Balneum quadrante redimere, | 119.b |
| 138.b.143.a.144.b.180.b.181.a.192.a.194.a. Doctores | | Baptismum non nisi extra coniugium viuentibus Mar- | |
| dicuntur Angeli, 174.a. an angeli cognoscant omnes | | tion permittit, 4.b. Baptismo monasticen equare, 9.a. | |
| res hominum, 175.a. certa eorum procurationes, ibid. | | b. Baptismi votum & pactum, 28.b. Baptismi fidem | |
| reuelationes de purgatorio, | 104.b | violare, 33. b. non nisi tempore Paschatis & Penteco- | |
| Anglia lex cœlibatus obtrusa, 59. b. 60. a. b. fructus eius in | | stes eum administrari voluit Gregorius tertius, 62.a. | |
| eo regno, | 68.b. bis 69.a | Baptismum impedire nuptias Sacerdotum, 74.a. Ba- | |
| Anima castitas seu puritas, 3.b. Animarum balnea pur- | | ptismo accepto lapsis an danda pœnitentia, 87. b. Ba- | |
| gatorio nituntur, 76. b. 104. a. Animarum status se- | | ptizatis liberationem ab eterno supplicio polliceri, | |
| cundum Papietas, triplex post mortem, 77.a. Anima- | | 85.a | |
| rum particula purgatoria, 77. a. Anima infantum | | Barbara patrenatus, | 133.b.137.b.147.b |
| non baptizatorum, & patrum, & impiorum, ubi sint, | | Bartholomæi inuocatio, | 136.a.141.a |
| 97.a. b. Animarum macule post mortem, 77.b. Anima | | Beatitudo non semper de salute aterna dicitur, 12.a.17.a | |
| an post mortem statim sint in requie, vel pœnas susti- | | Benedictini monachi, | 60.a |
| neant, 77.a. duo loca mortuorum, 90.b. 91.a. Sancto- | | Benedictio an sit ab Angelis, | 132.b |
| rum animas esse in requie, 91.a. Animas mortuorum | | Benedictus, | |
| non interesse rebus viuentium, 100.b. festum omnium | | Bernhardi inuocatio, 137.a. 141. b. oratio ad Mariam ei | |
| animarum, 104. b. de animarum è purgatorio liberat- | | data, | 140.a |
| ione, 104. b. 105. a. de suffragiis viuorum, an animas | | Bernhardinus, | 9.a.10.a.77.b.104.b.106.a.132.a |
| in purgatorio aliquid iuuent, 105.b.106.a. Quadru- | | Bernuuardus, | 137.a |
| plex est status animarum, 106. a. solus Deus potesta- | | Blasium inuocare, | 136.a |
| tem habet animarum, 108. a. Animabus mortuorum | | Bœmia lex cœlibatus obtrusa, | 55.a.67.b |
| duo loca recte attribui, 109.a. 118. a. animas non tor- | | Bona Ecclesiastica dilapidare, | 34.a |
| queri purgatorio igni, antequam ad requiem perue- | | Bonauentura, | 131.b.149.a.205.b |
| | | Bonifacius docuit in Germania iam conuersa, 61.b.100.a. | |
| | | Bonifacius ante Vinofridus dictus, 62. a. reformatio | |
| | | eius in | |

I N D E X

- eius in Germania, & precipue, quoad coniugium Sa-
cerdotum, 62.a
- Borufforum patronus, 133.a
- Bonum non semper opponitur malo, 12.b.17.a
- Boum patronus, 133.a
- Brigitam inuocare, 138.a
- Britannia lex cœlibatus obtrusa, 60.a
- Brituualdus Episcopus Londensis, 60.a
- Brixina Bauaria, 66.b
- Bruno Augustanus Episcopus ob cœlibatus defensionem
occisus, 64.b
- Brunsviga patronus, 133.a
- Bruschius, 63.b.64.a
- Bulgaris lex cœlibatus obtrusa, 61.a
- Bunderus, 42.b
- C.
- Caiani contempserunt Sanctos, 125.b
- Caietanus, 73.a.bis
- Cainum inuocare, 181.a
- Calculi cura, 137.b
- Calixtus, 67.a.43.b
- Canerarius, 193.b
- Campegius, 30.b
- Canisius, 164.a
- Canonici regulares, 60.a
- Cantuaria, 59.a
- Captiuorum cura, 133.b
- Carpocratis schola libidines fouit, 3.a
- Carnibus abstinere, 45.b
- Carthaginense Concilium, 45.a
- Castitatis donum, recte id petentibus non denegari, 19.
b.20.a. castitas est necessaria virtus credentibus, 1.b.
qui ea caret, Deo non placet, ibid. Doctrina castitatis
recte & diligenter tradenda, 2.a.b. non opponenda
coniugio, 1.b.2.a.b.3.b.4.a.b. an votum castitatis
frangatur libidinibus, 1.b.2.a. castitatem vouere in
quantum humana fragilitas permittit, 1.b.29.a
castitas Deo placens in quibus consistat, 1.b
non est ei periculum à coniugio, sed ab illicitis libi-
dinibus, 2.a.b.3.b.4.a. quomodo de ea doceat Scri-
ptura, 2.a.b.4.a. non anima sola casta seruanda,
sed etiam corpus, 2.b.3.a. castitas non est in solo cœ-
libatu, 4.a.b. castitas est etiam in vita coniugali,
2.a.4.a.b.5.b.6.a.6.b.7.a.eos qui à libidinibus abhor-
ruerunt, in superstitiosa castitatis studium pertraxit
Satan, 4.b. castitatis pretextu coniugium sugillare,
4.b.5.a
- Castitas duplex est, alia cœlibatus, alia coniugij, 40.b. ca-
stitatis seruata meritum, 8.b.9.a.10.b.11.a
- Castrare seipsum, aut per alios castrari, 12.b.19.a.44.b.
48.b
- Catharinam inuocare, 142.a.143.b.145.a.147.b
- Catechismus Romanus, 132.b
- Catholicum quid sit, 188.b
- Celtarum constantia, 194.b
- Cerei in cœmeterijs, 101.b
- Chalcedonense Concilium, 37.b.38.a
- Cheramon, 48.b
- Christinans inuocare, 137.b
- Christophorus, 129.a. Christophori inuocatio, 136.b.
141.b
- Christum sequi, aut post eum retro abire, 32.a.b. contra
Christum luxuriantes, 32.b. qui sint desponsati Chri-
sto, 5.b.10.b.18.b.28.b.32.a.37.a. Christus interest
nuptijs Cana, 50.b.72.a. habere Christum pro distra-
ctore nuptiarum, 50.b. Christi solius satisfactione pro
peccatis liberamur, 111.a. Christum & pro culpa, &
pro pœnis peccatorum nostrorum satisfacisse, 111.b.
125.b. Thomas non vult, vt dicamus in precibus,
Christe ora pro nobis, 131.b.169.b. Christi irati & Iu-
dicis conciliatricem Mariam facere, 131.b.132.a.
Christo socios attribuire in officio suo sanctos, 168.b.
ad solus Christi officium intercessio apud Deum per-
tinet, 169.a. Christus mediator est, & redemptionis
& intercessionis, 169.b.174.b. Christum propter
maiestatem in quam euectus est, nolle sine interces-
sionibus inuocari, 172.b. Christus inuocandus, 186.b.
192.a.b
- Chymica sublimatio Papistarum, 111.b
- Chytraeus, 193.b
- Ciborum delectus, qualis doctrina sit, 1.a
- Cicuta hausta castrari, 48.a
- Ciuitatum peculiare sancti, 133.b
- Clauium virtute pœnas aternas mutari in temporarias,
77.b
- Claudius presbyter Caroli Magni, 205.b
- Clemens III. 67.b
- Clichtoneus, 133.a
- Clodoueus Rex Francorum, 61.b
- Cochlaus, 177.b
- Cœlestium remunerationum gradus, 14.b
- Cœlibatui an præferendum coniugium, 1.a doctrina Pa-
pistarum de cœlibatu impia est, 1.a.b. leges eius rela-
xanda, 1.b. de cœlibatu Sacerdotum querela, ibidem.
collatio inter cœlibatum & virginitatem, ibidem. Cœ-
libatus lex & vota, ibidem.
- Cœlibis vita castitas, 1.b.2.a. an in solo cœlibatu ponenda
castitas, 4.a. fundamentum cœlibatus Papistica,
4. necessitatis eius persuasio, 4.a.19.a. cœlibatum
nomine perfectionis commendari, 5.a.6.b.10.a.b.52-
b.53. fundamentum eius, 6.b. cœlibatus seu status
vita cœlibis per se non damnatur. 8.b. quatenus re-
prehendatur, ibidem. an ei coniugium sit equandum,
aut anteponendum, 1.a.8.b.9.a.10.a.12.b. meritum
cœlibatus, 8.b.9.a.10.a.b.12.a.14.b.17.b.18.a.29.b.
35.b. facere illum opus supererogationis, 10.a. cœ-
libes dici spirituales, 11.a. cœlibatus refertur ad a-
liud, & suos habet fines, 12.a. finis eius superstitiosus
non tantum inutilem illum, sed damnabilem quoque
facit, 12.b. cœlibatum sectari studio fugiendi mole-
stias coniugij, 5.a.b.11.a.12.a.10.b.13.a.b. cœli-
bum victoria de molestiis non tanta est, quanta con-
iugium, 13.b. Argumenta Papistarum quo cœliba-
tum suum contra coniugium extollunt, 15.a.b. Paulus non præcipit cœlibatum, sed consulit, 15.b. soli
cœlibatui sanctitatem corporis tribuere, 16.a. qua-
tenus sit beatorum coniugio, 16.a.17.a. de personis ad
cœlibatum idoneis, 17.b.19.a.b. cœlibatus an sit
omnibus à Deo petendus, 20.a.b. non præceptum
est, vt nos ad cœlibatum idoneos faciamus, 20.a.
presumptio cœlibatus, 20.b. de castrantibus se pro-
pter regnum cœlorum, 5.b.8.b.9.a.13.b.14.b.17.b.
18.b.21.b. qui habeant illud donum, aut non habeant,
20.b. cœlibatus purus in quo consistat, 17.b.19.a.
21.a. figmenta Monachorum de miraculosis ca-
strationibus aliquorum ad cœlibatum, 21.b. tam
in coniugio, quam in cœlibatu possumus adherere
Deo, 21.b. an vouendus sit cœlibatus & ex voto in-
uiolabili retinendus, 23.b.26.a. neque illis quido-
num castitatis habent necessario imponendus est cœ-
libatus, 24.b. regule in cœlibatu suscipiendo ob-
seruande, 24.b.25.a.b. Deus cœlibatum nemini vult
esse laqueum, 25.b.26.a. Argumenta Pontificiorum
pro stabiliendo suo cœlibatu, 26.b.31.a
cœliba-

III. Partis Examinis.

cœlibatam vovete quatenus humana fragilitas per-
 mittit, 29. a. 31. a. examen voti cœlibatus secundum
 circumstantias peccatorum comitantium illud, 29. b.
 30. a. cœlibatam unioribus non imponendum, 25. a. b.
 34. b. 35. a. votum perpetui cœlibatus ignotum fuit
 veteris Testamenti hominibus, 35. b. probatur tamen
 Patribus, 36. b. de auctoritate & argumentis Patrum
 pro voto cœlibatus, 36. b. 37. a. cœlibatu deserto coniu-
 ges factos occidunt Pontificij, 38. a. de Sacerdotum
 cœlibatu, vide Sacerdos. Canones Apostolorum de
 cœlibatu, 51. a. contra possibilitatem cœlibatus, 53.
 a. detrimentum Ecclesie ex lege cœlibatus, 53. b. 57. b.
 58. a. causam legis de cœlibatu esse opes Ecclesiasticas,
 57. b.
Cœmiteriorum dedicationes purgatorio nituntur,
 96. b.
Cœna Dominica profanatio, 66. a. participibus cœne Do-
 minica liberationem ab aeterno supplicio pollueri,
 85. a.
Colonia patronus, 133. a.
Colonienses, 37. b. 68. a. 125. b. 132. b. 191.
Communione inter Christianos ad libidinem detor-
 quere, 3. a.
Compellere sanctos, 133. a. b.
Compendium Theologiae, 77. b.
Concessionem in Religione ob commoda externa, 106. b.
Concilia & Synodi: Agathense, 57. b. Ancyranum, 38. a.
 54. a. b. 87. b. Antiodorense, 57. b. Aurasicanum, ibi-
 dem. Arelatense, 54. a. 56. a. 57. a. Ariminense, 75. a.
 Auernense, 57. b. Aurelianense, 57. b. Basiliense, 83.
 b. 106. b. Carthagenense, 45. a. 57. a. Chalcedonen-
 se, 37. b. 38. a. Elbertinũ, 43. b. 53. b. 56. a. 57. a. Erphor-
 diensis Synodus, 65. b. Gangrense Concil. 8. b. 10. a. 4. 4.
 b. 5. 4. b. 55. a. b. Gerundense, 57. b. Hspaliense, 57. b.
 Florentinum Concilium, 76. b. 77. b. Lateranense, 67.
 b. Laodicenum, 192. a. 195. a. Matisconense, 57. b. Mo-
 guntinum, 62. b. 63. a. 66. a. 73. b. Neocaesariense, 5. a.
 74. b. Nicænum, 7. b. 45. a. 47. b. 52. b. 53. a. b. 54. a. b.
 55. a. b. 56. a. b. 57. a. 87. b. Synodus Peiriconiensis,
 133. a. Synodus quinta, 83. b. Synodus sexta, 37. a.
 51. b. 57. a. 59. a. Concil. Romanorum, 65. a. Toletan.
 Concil. 57. b. 75. b. Trullense, 58. b. Turonense, 57. b.
 Concil. Vuornatiense, 63. a. 66. a. de Conciliorum au-
 thoritate, 47. b. Conciliorum Tomi seu rhapsodia, 62.
 b. 63. a.
Contra habitam ad monumenta Martyrum, 181. b.
Concordiam cum adversariis facere concessionem in do-
 ctina facta, 106. b.
Concubina quæ olim dicta, 76. a.
Concupiscentia in vita coniugali non est res bona & san-
 cta, 7. b.
Conditionalis nihil probat, nisi posita conditione, 173. a.
Confessores invocare, 137. b. 138. a. 142. a. 143. b. 145. b.
Coniugium Sacerdotum, 1. a. an omnibus permittunt
 coniugium, ibidem. an præferendum virginitati &
 cœlibatui, ibidem. non opponendum castitati, 1. b. 2. a.
 b. 3. b. 4. a. coniugalis consuetudo castitas est, 2. a. 4. a.
 7. a. statum coniugalem, vt carnalem & immundum
 traducere, 4. a. 4. b. 5. a. 6. a. 16. b. Papiſta in coniugio
 non permittunt castitatem, 4. a. quare Papatuſ de
 coniugio blasphemæ & impietatis sentiat & loquatur,
 4. a. b. coniugio iniquiores fuerunt Philosophi & Poe-
 ta, 4. b. coniuges non admittunt ad Baptisimũ Mar-
 tion, 4. b. coniugio vtentes opus Satanae perficere di-
 xit Secundus, ibid. quidam illud dixerunt sub honesta
 specie velamen esse turpitudinis, 5. a. coniugium in le-
 ge concessum, imperfectionis Euangelicae nomine im-
 probari, 5. a. quibus argumentis coniugium fuerit im-

pugnatum, 5. a. b. coniugium ob amaritudinem seu
 crucem fugere, 5. b. 6. a. 11. b. 12. b. 13. a. b. Christus et-
 iam si non vixerit in coniugio, tamen illud approba-
 uit, 5. b. coniugium, vel ob solam vſtionem vitandam
 est suscipiendum, 5. b. argumenta defendentium coniu-
 gium, 6. a. coniugij castitas & puritas afferenda, 6.
 b. 7. a. à Paphnutio contra Synodum Nicenam defen-
 sum, 7. a. 45. a. 52. b. Sacerdotibus non iustis de causis
 est interdictum, 7. a. veterum quorundam dura ali-
 quot sententia contra coniugium, 7. a. b. an in
 coniugali consuetudine adesse possit Spiritus sanctus, 7.
 a. 15. a. an impediatur orationem, 5. b. 6. a. 7. a. 15. b. an
 impediatur perceptionem Sacramenti, 7. b. Coniugij
 castitas alia fuisset extra lapsum, quam nunc est, 7. b.
 Concupiscentia & libido in cohabitatione coniugali
 non est res bona, 7. b. Coniugium tanquam umbra-
 culum tegit multas ineptias maritales, 7. b. de
 coniugij bono ex Augustino, 7. b. 17. a. coniugium
 inuisibile, 7. b. Scholastici de coniugij peccatis,
 8. a. De finibus coniugij, 7. b. 16. a. Sine certo ver-
 bo non sunt coniugum conscientis laquei inicien-
 di, 8. a. coniugium non est sub periculo salutis om-
 nibus necessarium, 8. a. 16. b. 19. a. coniugij com-
 mendatione non damnatur status vite cœlibis per se,
 8. a.
Coniugij præcepto aliqui eximuntur, 8. b. an sit cœlibatui
 æquandum aut anteponendum, 8. b. 10. a. b. 11. a. b. coniu-
 gium neminem iustificat coram Deo, 9. b. 10. vocare
 illud statum imperfectionis, 5. a. 10. b. 52. a. statum se-
 cularem & carnalem, 11. a.
Coniugij varia difficultates, 13. a. b. 14. a. coniugium vi-
 ctoria super molestias illustrior est quam cœlibum, 13.
 b. coniugium schola est multarum virtutum, 13. b. cœ-
 iugium impar, morosum, difficile, 13. b. 14. a. In coniu-
 gio non curari posse quæ sunt Dei, 14. a. Quibus argu-
 mentiſ Papiſta coniugio cœlibatui suum præferant,
 15. a. b. 16. a. commixtio coniugalis, quando culpam
 habeat, aut non habeat, 16. a. De coniugio nequit om-
 nibus dari certum testimonium ex æquo, 16. b. Coniu-
 gibus sanctitatem Spiritus non autem carnis tribue-
 re, 17. a. Inhabilis ad coniugium, abstineant ab eo,
 19. a.
Coniugium præceptum illis est qui continentia donum
 non habent, 19. b. 20. a. Coniugium & coniugalis vita
 est vocatio Dei, 12. a. 14. b. 19. b. 20. a. 21. b. an votum
 cœlibatus a coniugio eum, qui donum continentie
 non habet retrahat, 23. a. b. etiam his qui donum
 continentie habent permittitur coniugium, 24. a.
 coniugium abire, 29. a. 30. a. 31. a. vovete illud, 29.
 a. b. peccatum in coniugio post votum contracto, 30.
 a. 31. b. votario Papiſta centum scorta, quam vnicam
 uxorem in coniugio concedere maluit, 30. b. 63. b.
 Coniugij spiritualis fœdus, 33. b. continentia donum
 habentes, aut non habentes an abstinere à coniugio
 possunt, 36. a. coniugia adulterina, 36. b. Qui post vo-
 tum contrahunt matrimonium, hos pontificij occi-
 dunt, 38. a. de coniugio Sacerdotum, vide Sacerdos.
 Apostolos plerosq; fuisse coniuges, 49. a. Coniugio
 promiscuam vnerem præferre, 49. b. coniugia per se-
 ductores sub Christi nomine dissoluta, 50. a. b. Coniu-
 gij Sacerdotum blasphemæ insuetudines, 56. a. b.
 Germani alieni à libidinibus vagis & coniugij a-
 mantes, 62. a. Castimoniam esse etiam in coniugali
 coniunctione, 63. b. Thomæ matrimonium occultum
 Sacerdoti non continentem permittit, 60. b. Non
 coniugio sed nuptiis interdicere sacerdotibus, 71. b.
 72. a.
Conscientiarum laqueos ex consequentiis humanis te-

INDEX

- xere, 8.a. ex solidis scripturis conscientia sunt erudi-
 ende, 8.a*
Consilia Euangelica, 10.a
Consiliorum moderatio pro donorum diuersitate, 17.b
*Consilium dare aliud est, quam iudicium suum explica-
 re, 69.b. Consilia quomodo fiant salutaria, 25.b*
Constantiensis Episcopus, 65.a
*Constantinopolis quando & quali poena Mahometo ces-
 serit, 106.b*
Constantinus dirimi voluit controuersias e scripturis, 39.b
*Consuetudines sine verbo, 116.a. consuetudinem sequi pre
 verbo Dei, 54.b. 178.b*
*Continentia donum castitas est, 2.a. continentia natu-
 ralis aut studio acquisita, 19.a. quid sit, 19.a. an qui-
 us serio quarens accipiat eam certo, 19.a. non omni-
 bus hoc donum est necessarium, 22.a. qui id non ha-
 bent, matrimonium contrahant, 21.a. continentia
 presumptione tentatur Deus, & datur locus tenta-
 tionibus Satana, 20.a. b. 31.a. an quis continentia dono
 prae datus sit aut non sit, quomodo iudicandum, 21.a.
 Quomodo ea aut exciteretur, aut negligatur, 21.a.
 23.a. Non pertinaciter affectandam illis qui v-
 rantur, 21.b. est donum non omnibus commune
 sed peculiare, 20.a. 21.a. b. 22.b. 23.b. 31.a. Incon-
 tinentiae reprimenda ratio, 21.a. 23.a. Qui donum
 continentiae non habet, ei coelibatus nec praecipitur,
 nec consulitur, sed propositum est ei matrimoni-
 um, 23.b. etiam illis, qui donum continentiae ha-
 bent, coniugium permittitur, 24.b. facilitatem con-
 tinentiae non recte doceri, 29.b. Continentiae donum
 habentes renunciare posse iuri coniugij quod habentes
 non habent potestatem abstinenti a coniugio,
 36.a. Sub specie continentiae libidines tegi, 64.a.
 Continentia criminosa peior est adulterio, 68.a.
 continentiae votum quales fructus tulerit, 69.a. con-
 tinentia non est de substantia ordinis clericorum,
 69.b*
Contractorum cura, 133.b
Controuersiae ex scripturis determinande, 39.a. b
*Controuersiarum status inuolui & transponi, 1.b. 8.b.
 unde diiudicande controuersiae, 62.a*
Corbeiensis cenobij Litania, 205.a
Corpus etiam purum & castum seruandum, 2.b. 3.a. b
Cosinas, 133.b. 136.b. 147.a
Cranium loquens, 101.b
Credere alicui, & in aliquem, 170.a
Crescens Moguntia docuit, 61.a
Cromerus, 58.b
*Cultus electorum improbantur, 12.b. cultus non est, qui si-
 ne verbo Dei sit, 28.a. b. 31.a. Cultus dulie & laetiae,
 176.b. cultus ex bona intentione instituti, 123.a. pro-
 batio eorundem in qua non consistunt, 124.a. non pla-
 cent Deo, 126.b. 128.a*
Curienfis Episcopus & Episcopa, 61.b
Cusanus, 73.a
- D.**
- Demonas facere mediatores, 184.a. 188.a*
Demoniacorum cura, 133.b
Damasceni inuocationes, 193.b
Damianus, 133.b. 136.b. 147.a
*Damnatorum supplicia cessatura an sint, 79.b. 80.a. 83.
 a. b. 84.a. 85.a. 121.a*
Dania lex coelibatus obrusa, 59.b
Dantes Florentinus, 69.b
- De Conciliorum auctoritate, 37.b. 47.b*
Decalogi transgressio per vota monastica, 30.b
*Deliberatio certum propositum precedat, 25.a. caput de-
 liberationum sit inuocatio Dei, 25.a*
Dentium cura, 133.b
*Deum vnum summum constituerunt gentes, eiq; alia
 numina subiecerunt, 179.b. Ethnicorum inter Deum
 & homines mediatores, 171.b. 179.b*
*Diabolus est impurus spiritus & ad impuritatem vite
 incitat, 2.a. b. 3.a. 3.b. abhorrentes a libidinibus, casti-
 tatis superstitiosa studio fascinat, 4.b*
*Diaboli damnationem & cruciatus aliquando finiendos
 dicere, 83.a. b. 85.a. b. 120.b*
Diana Sacerdotes, 48.b
Dies hominis pro iudicio rationis de rebus sacris, 123.b
Dietenbergius, 132.b
*Digami in Sacerdotum ordinem non cooptati, 62. digam-
 mos tanquam indignos ministerio excludere, quan-
 tumcunque donis excellent, 74.a. digamia prohibitio
 a gentibus desumpta, 74.a. Sacerdoti nec adesse se-
 cundum nuptias, neque benedicere illis licuit, 74.b. ter-
 tia nuptiae, ibid.*
Dionysius Corinthiorum Episcopus, 51.b
Dionysii inuocatio, 141.b
Disputationes faciles exeunt in asseuerationes, 184.a
Diuitiarum patronus & dator, 133.b
*Doctrina Ecclesiae non ex hominum figmentis, sed ex
 scripturae fundamentis eruenda & demonstran-
 da est, 107.b. 108.a. doctrina corruptela cum inua-
 luissent, quomodo a patribus reprehensa fuerint,
 188.b*
*Dogmata non constitui possunt ex allegorijs, aut locis ob-
 scuris, vel dubijs, 116.b. 118. 120.a*
*Dogma publicum ab opinione priuata discernendum,
 184.a. b. 129.b*
Dominicani de suorum e purgatorio liberatione, 170.a
Donaria in templis Martyrum suspensa, 191.b
*Dona habentes non presumant, neque alios iudicent,
 64.a. Dona a Christo per Mariam in nos venire, 132.
 a. dona non sancti distribuunt, sed Deus, ideoque ab
 eo solo sunt petenda, 168.a. donorum recte collato-
 rum praemia, 11.b. Donum dono praestat, 12.b. 17.b.
 alia generalia sunt dona, alia priuata, 19.b. 22.b. 30.
 a. 128.a. an Deus simpliciter omne donum, det omni
 petenti, 19.b. 20.a. 22.a. dona exuscitanda & colen-
 da, 22.a*
*Donec, saepe non terminum, sed continuationem & per-
 petuitatem significat, 120.a*
Dorotheam inuocare, 137.b
Drustriana maritum deserens, 50.b
Dunstanus, 60.a
Durandus, 102.a
Durandus de Sacerdotum coniugio, 69.b
- E.**
- Eccius, 117.a. 165.b. 171.a*
*Ecclesia puritas quam diu durauerit post Christi ascen-
 sionem, 41.b. 49.b. 183.b*
*Ecclesiam nunc magis corroboratam dicere, quam fuerit
 temporibus Apostolorum, 41.a. b. 52.a*
Eceboli, 87.b
Edgari regis gladius, 79.a
Eisigrinus, 117.a. 146.a
Electi inter Manicheos, 5.a. 43.b. 52.b. 56.b
Elemosyna ad sepulcras data, 98.a
Elibertanus canon, 38.a. 43.b
Elizabetham inuocare, 143.b
Elpener

III. Partis Examinis.

| | |
|--|----------------|
| Elpenor, | |
| Eloquentia studium in Doctoribus Ecclesia, quid possit, | 187.a |
| Emporia celebria magnam fouent vitæ licentiam, | 2.b |
| Encratita, | 4.b |
| Enochi continentia, | 53.a |
| Ephrem, | 189.b |
| Epilepticorum cura, | 133.b |
| Epiphanius Constantinopolitanus Episcopus sacerdotis filius, | 58.a |
| Episcopi se implicant negotiis secularibus, | 45.a |
| Episcopi vxorati, 52. a. honorificum fuit filium Episcopi esse, | ibid. |
| Equitum patronus, | 133.b |
| Equorum patronus, | 133.b |
| Erasmus inuocare, | 136.b.141.b |
| Erasmus de coniugio Sacerdotum, 70. b. de inuocatione Dei, non Sanctorum, | 167.b |
| Erythrae quid actum de cœlibatu, | 66.a |
| Errores qui inualuerunt, quomodo reprehensi à patribus, | 188.b |
| Essesum cœlibatus, | 48.b.49.a |
| Ethnici conuersi saluantur, | 17.b |
| Ethnici an per Philosophiam saluati, | 83.a |
| Euagri inuocationes, | 193.a |
| Euangelistas inuocare, | 147.a |
| Euangelium secundum Aegyptios, | 5.a.50.b |
| Euangelium an ad perfectionem requirat improbationem coniugij, 5.a. precepta Euangelica, 5.a. Lux Euangelij hodie accensa, | |
| Eucharistia ad sepulturas habita, 90. a. b. 92. b. 96. b. 181. b. 182. a. 191. a. mortuis eam impertiri, 100. b. 112. a. Barbara fuisse ne quis sine Sacramento decederet, | 133.b |
| Eunomiani contemptui habuerunt Sanctos, | 135.b |
| Eunuchorum consolatio, | 17.b.18.a |
| Eustachius Episcopus, | 55.a.68.b |
| Exempla aliorum quatenus imitanda, | 79. |
| Exequia purgatorio nituntur, 76. b. 79. b. 89. a. 91. a. exequia defunctorum in scriptura, | 108. b. 185. a |
| Extases viuentium, | 103. b |

F.

| | |
|--|----------------|
| Fabrorum patronus, | 133. b |
| Falconilla, | 101. b. 102. a |
| Fallacia figurae dictionis, | 36. b |
| Falsi crimen in describendo, | 62. b |
| Febris cura, | 133. b. 138. a |
| Feliciani festum, | 147. a |
| Festorum doctrina Papisica, | 1. a |
| Festum omnium animarum, 104. a. commemorationis defunctorum, | 104. b |
| Festa martyrum, | 191. b. 199. b |
| Fides quomodo abiiciatur & excutiat, 33. a. fidem primam abnegare, 33. a. b. fides non significat votum papisticum, 33. b. fidei articuli ex sola scriptura sumuntur, 107. b. fide applicatio sit meriti Christi, 111. b. fidei norma est scriptura, 126. b. fides implicita, 165. b. fides non nisi ex verbo Dei concipitur, 166. a. fides dirigenda in Deum, & non in creaturas, 170. a. patres omni suo sensu & consensu non possunt novos articulos fidei condere, | 178. b |
| Fiducia non nitens verbo Dei vana & peccatum est, | 166. b |
| Fiducia in sanctos, | 168. a |
| Figulorum patronus, | 133. b |

| | |
|--|---|
| Figura orationis in formam inuocationis conuersa, | 186. a |
| Fines rei in Theologia constituendi ex scriptura, | 12. b |
| Fœcunditas est bonum coniugij, | 8. a |
| Franciscani de sudorum è purgatorio liberatione, | 108. a |
| Franciscus Canonista, | 70. b |
| Franciscus Petrarca, | ibid. |
| Francisci in nomine, | 137. a |
| Franciscum inuocare, | 137. a |
| Fraternitates purgatorio nituntur, | 77. a. 112. a |
| Fulbertus, | 200. b |
| Fuldenses monachi vxorati, | 64. a |
| Fundamenti in religione aiectio, | 33. a |
| Fundatorum peccata expiare velle votis Monasticis, | 10. a |
| Funera curare est sacer ordo, 79. b. funerum curatio, luctus & plañctus, | 79. a. b. 90. a. 91. a. b. 92. a. 96. b |

G.

| | |
|--|---------------------|
| Gabrielis Archangeli articuli pro cœlibatu, | 60. a |
| Gabriel Biel, | 131. b |
| Gallia lex cœlibatus obrusa, | 57. a |
| Gallorum patronus, | 133. a |
| Gallum inuocare, | 144. b |
| Garetius, | 201. b. 205. a |
| Gelasius, | 50. a |
| Generationis opus damnauit Mariam, 4. b. an pugnet cum charitate proximi, 5. a. an prebeat materiam regno mortis, 5. a. 6. a. lepra libidinis nunc est infectum, | 7. b |
| Geniculatio quid significet, | 118. a |
| Gentianus, | 58. b |
| Gentiles conuersi saluantur, | 18. a |
| Georgius, | 129. a |
| Georgium inuocare, | 136. a |
| Georgius Anbaldinus, | 68. a. 70. b |
| Georgius Cassander de inuocatione, | 167. a |
| Georgij Ducis Saxonie inuocatio in agone, | 167. b |
| Gerconem inuocare, | 143. a |
| Germania lex cœlibatus obrusa, | 62. a. b. 63. a |
| Germania patronus, | 133. a |
| Germanorum constantia in religione, | 194. b |
| Gerison de Concilij autoritate, | 37. b |
| Gertrudem inuocare, | 138. a |
| Getarum sermo, | 61. a |
| Glacies loquens, | 103. b |
| Gladio nodum diffecare, | 60. a |
| Gnosti, | 51. a |
| Gnostici libidinum patroni, | 3. a |
| Godehardi inuocatio, | 137. a |
| Græcorum Sacerdotum coniugia, | 58. b. 59. a. 73. b |
| Græcorum Schisma, 64. b. 73. b. in quibus Græci à latinis dissentiant, | 106. b |
| Græcorum supplicationes, quo ad inuocationem Sanctorum, | 193. a. b |
| Grandinem quis auertat, | 133. b |
| Gratia non sanctorum, sed Dei imploranda, 169. a. 170. a | |
| Gratianus, | 44. a. 56. a. 58. b |
| Gratianus de peccatis coniugij, | 44. a |
| Gratitudinem Deo per votum promittere, 26. b. 27. b. 28. a. b | |
| Gregorium inuocare, | 147. a |
| Gregorius II. | 61. b. 62. a |
| Gregorius III. | 62. a. 73. b |
| Gregorius VII. | 64. b |
| Gregorius IX. | 67. b |

INDEX

H.

| | |
|---|------------------------|
| Hereticorum Patriarcha sunt Philosophi, | 70.b |
| Hagiographa canonicis scriptis subiecta, | 79.b |
| Hedio, | 61.b.63.a |
| Hellebrandus dictus Gregorius VII. 64. b. primum hortatus est alios ad legem cœlibatus, postea decreto ad eum suscipiendum coegit, 63. b. 64. a. 65. b. 66. a. depositus pontificatu, 66. a. pro Antichristo proclamatus, 66. b. ante illum Germania tenuit coniugium Sacerdotum, | 73. b |
| Heluetorum patronus, | 133. a |
| Hermes scripta apocrypha, | 82. a |
| Heroes demortuos facere mediatores, | 181. b. 182. a. 188. a |
| Heruetus, | 58. b |
| Hierophanta, | 48. a. b |
| Hieronymus Gebuilerus, | 61. a |
| Hieronymi inuocatio, | 137. a. 147. a |
| Hildebertus Turonensis, | 205. |
| Hildebrandus. 68. b. vide Hellebrandus. | |
| Hirsfeldensis, | 65. b |
| Hispania lex cœlibatus obtrusa, | 57. b. |
| Hispanorum patronus, | 133. a |
| Hofmeisterus de inuocatione, | 167. b |
| Hominum doctrina & prohibitiones, | 72. a |
| Honor Deo aut hominibus debitus, | 176. b. 177. a |
| Huldericus. vide Vlricus, & c. | |
| Humilitas in oratione, | 173. b |
| Hybernia lex cœlibatus obtrusa, | 60. 62. b |
| Hymni de Sanctis, | 144. a |

I.

| | |
|---|---|
| Iacobi proteuangelium, | 35. b. 50. b |
| Iacobi inuocatio, | 136. a. 141. a |
| Missa Iacobi, | 182. b |
| Ieiuniorum doctrina papistica, | 1. a |
| Ieiunium quatenus probandum, | 15. a |
| Ieiunia solennia, | 15. a |
| Iesuitarum impudentia in asserendo papatu, | 1. a |
| Ignatius, | 47. b. 51. a. 56. b. 59. b |
| Ignis alius purgatorius alius punitorius, 108. b. vnus æternus in pœnam, alter quo conflagrabit mundus, | 122. b |
| Ignis incendia quis prohibeat, | 133. b |
| Ignis sacri cura, | 133. b |
| Imaginum doctrina idolomanica, | 1. a |
| Impudicitiam Deus auersatur & odit, | 2. a |
| Inconstantia, | 34. a |
| Indulgentiarum doctrina blasphema, | 1. a |
| Indulgentia purgatorio nituntur, | 77. a |
| Infantes non baptizati quo perueniant, | 77. b. 177. b |
| Infernus ubi sit, & quæ circa eum, | 77. b |
| Inferno nemo liberatur, | 99. b. 102. a. 106. a |
| Ingolstadiensis, | 77. b. 79. a. 117. b |
| Innocentius, | 38. a. 45. b. 56. b. 57. a. 67. a 73. a |
| Innocentium inuocatio, | 142. a |
| Intentione bona facere votum, | 27. a |
| Intercessio pro aliis ad solius Christi officium pertinet, 169. a. mutua pro nobis intercessionem, 169. a. 174. a. b. 190. a. b. 195. a | |
| Intercessores Iudeorum, | 180. b |
| Inuocatio carens verbo Dei qualis sit habenda, 165. a. b. que inuocatio Deo fit accepta, scriptura tradit, 166. a. sola Ecclesia veram inuocationem habet, 166. b. Ethnicorum inuocationes, ibi. modus vere inuocationis in verbo reuelato sollicite retinendus, ibi. ratio vere inuocationis rationi humana est per se ignota, 166. b. creaturarum inuocatio est idolatria, 171. a. b. 176. a. | |

| | |
|--|---------------------------|
| b. humiliatio nostra in inuocatione est necessaria, orandum pro aliis, 174. a. Inuocatio Christi aut creaturarum, | 186. b |
| Inuocantium indignitas Sanctorum intercessionem quæ fuit, | 190. a. 194. a |
| Iohannem inuocare, | 140. a. 144. a |
| Iohannis Baptiste inuocatio, | 142. b. 144. a |
| Iohannes fabulam de Tecla refutauit, 50. a. de virginitate eius, 50. a. b. an fuerit Sponsus ille in Cana, 50. b | |
| Iohannes Cardinalis coniugij damnator, cum scorto inuentus est, | 60. b |
| Iohannes Faber, | 48. b |
| Iohannes Magnus, | 73. b |
| Iohannes de Vesalia, | 70. b |
| Iohannes XIII. | 60. a |
| Ionas Aurelianensis, | 205. b |
| Iosephus de Essenis, | 48. b |
| Iosephum inuocare, | 137. a |
| Iosua cur ingressus terram promissam, | 11. a |
| Iouiniana heresis, | 8. b. 11. b. 12. a. 55. b |
| Iphigenia votum, | 50. b |
| Isaaci continentia, | 53. a |
| Isidorus, | 73. a |
| Iudam inuocare, | 141. a |
| Iudam fuisse inuocatum, | 181. a |
| Iudeorum apostasia ad Gentilismum, | 80. a. 79. a |
| Iudicium de rebus recte informari per Scripturas, non per rationem, | 4. b |
| Iudicium suum dicere, & consilium dare, differunt, | 24. b |
| Iuramentum quodlibet non ligat, | 29. a. 31. a |
| Iurisconsultorum patronus, | 133. b |
| Ius non diuinum, non naturale, sed positium sequuntur Papiste, | 44. a |
| Iustificatio non ex operibus vita nostra est, sed ex fide in Christum, | 9. b. 10. a |
| Iustificationem hominis iudicio rationis metiri, | 118. b |
| Iustitia propria doctrina, purgatorio nititur, & hoc illa, 76. b. 77. a. 108. b. 118. b. Papista iustitiam Euangelij ignorant, | 118. b |
| Iustinianus de coniugio Sacerdotum, | 58. b |

K.

| | |
|------------|--------|
| Katharina, | 129. a |
|------------|--------|

L.

| | |
|--|-----------------|
| Laicos cecos vocant Papiste, | 77. a |
| Lapforum poenitentia & spes, | 82. a. 87. b |
| Laqueoposito irretiri, | 25. b. 26. a |
| Laurentium inuocare, | 143. a. 148. b |
| Leges latae examinandas & probandas esse, 38. b. lata lege sapientiore esse velle, 39. a. si legem habeamus, non de ea, sed secundum eam iudicandum est, 39. b | |
| Legem Domini non potest tollere seruus, 44. a. in omni lege malum prohibendum est & bonum precipiendum, | 47. b |
| Lege saluatos veteres dicere, | 82. b |
| Leo primus, | 34. b. 52. a |
| Leo IX. | 64. b |
| Leuita, | 34. a |
| Liberos masculos quis dederit, | 133. b |
| Libertas Christiana retinenda, | 36. a. b. 46. a |
| Libidines vitare ad castitatem pertinet, 2. a. Papista libidinibus se polluentes, castitatem tamen sibi arrogat, ibid. ad illas incitat Satan, 2. a. b. 3. b. persuasiones de impunitate libidinum homines seducunt, 2. b. 3. b. comprobator earum fuit Simon Magus, | 2. b |

III. Partis Examinis.

- nam sunt res indifferentes, 3. b. pratexere ei etiam Scripturas, 3. a. quomodo confirmarit eas Nicolaus diaconus, Valerianiani, Carpocratiani, Gnostici, Pseudoapostoli, & Papa, 3. a. b. quibus argumentis fuerint defensa, 3. a. b. quibus argumentis in scriptura impugnentur, 26. cum à libidinibus pij abhorrent, in superstitiosa castitatis studium eos pertraxit, 4. a. b. Libidinum incendia in coniugio, 7. b. 8. a. 16. a. Libidinum incendia quantum noceant, 15. b. quomodo reprimenda, 21. a. 22. b. vri libidinum flammis, 21. a. facere opus creatoris Dei, 30. b. Libidines alio medio, quam per coniugium cauere velle, 48. a. b.
- Lindanus, 71. a. 88. a. b. 94. b. 95. a
Lipomannus, 129. a. 182. b
Litania Ecclesia vetustissima sunt pura, 203. a. quid significet Litania, ibid. forma Litaniarum, 204. a. b
Litania Mariae, 162. b. 163. a. b
Londinum, 60. a
Longobardus de vsu coniugij, 8. a. de votis, 29. b. de inuocatione Sanctorum, 131. a
Lucius Tertius, 67. b
Lupanaria Roma lucrosa Papa, 3. b
Limbus patrum, 77. a
Lyrinensis, 188. b
- M.
- Macarius, 101. b. 102.
Machabeorum libri an sint Canonici, 79. b. 80. a. b
Machometus potitur Constantinopoli, 106. b
Magdeburgensis Episcopatus, 68. a
Magistratus officium bona conscientia administrari, 71. b
Manichaei de nuptiis quid senserint, 5. a. 43. b. 52. b. 56. b
Mantuanus de caelibatu Sacerdotum, 1. a. 69. a. 70. b. de Hilario marito, 42. a. 54. a. 193. b
Marcellimerita, 146. b
Marciones post mortem agentes poenitentiam, 105. a
Marcion coniugium blasphemae traduxit, 4. b. 5. a
Maria an votum fecerit virginitalis, 35. b. 50. b
Marie datum dimidium regni caelestis, 131. b. aduocata nostra, 131. b. 132. a. 144. b. Thronus gratiae, 131. b. Gratia plena, 132. a. porta caeli, 132. a. adiutorium Christi, ibidem. mediatrix, ibidem. bis, 138. reparatrix, 139. a. adiutrix redemptionis nostrae, 132. a. auxiliatrix iustificationis nostrae, 132. a. 138. b. illuminatrix nostra, 132. a. 139. a. collum inter Christum & Ecclesiam, 132. b. assumptio eius, 138. b. 143. a. 193. b. quinque dolores eius in mundo, 138. b. preces ad Mariam, 134. a. 134. b. 138. a. b. 140. a. 141. a. 143. a. 146. b. omnia membra eius inuocare ordine, 140. a. b. conceptio Mariae, 143. b. 145. b. visitatio Mariae, 142. b. 144. a. natiuitas Mariae, 144. b. annunciatio Mariae, 145. b. Psalterium Mariae, 148. a. 149. a. vsque ad 161. a. Rosarium Mariae, 148. a. Litania Mariae, 162. a. 163. a. Cantica scripturae sacrae, attributa Mariae, 161. a. 162. b. 163. a. 164. a
Maria non posita ad dexteram Christi, 173. b. adorationem eius impugnat Epiphanius, 188. b. 189. a
Marito Hilario, 51. a
Mariam Magdalenam inuocare, 144. b
Marcellinus Patavianus, 69. b
Martham inuocare, 138. a
Martinus Eisingreinius, 164. a
Martinum inuocare, 142. 143. b. 145. a. 148. a
Martyres inuocare, 138. a. 141. a. b. 143. b. 144. a. 145. b. 146. a. 194. a
Martyrum honor aut contemptus, 181. b. diem obitus eorum olim celebratum fuisse, & diem natalitium eorum, 129. a. 181. b. Memoria eorum celebrata, 181. b
Martyrum animas cum coetu ad monumenta eorum collecto Deum inuocare, 196. b. templa eorum, 191. b. 197. b. 198. a. festa eorum, 191. b. 199. b
Marullus, 11. a
Matri cohabitare, 68. b
Matrimonium. vide coniugium,
Matthaei inuocatio, 141. a
Matthiae inuocatio, 140. b
Matthiae dictum, 3. a
Matthias Deuauayus de animarum somno, 129. a. b
Mauricium inuocare, 147. a. 144. b
Mediator redemptionis & inuocationis est Christus, 169. a. 172. a. 176. b. 199. b. mediatores à gentilibus excogitati, 171. 179. b
Medicorum patronus, 133. b
Mediolani patronus, 133. a
Meletius, 55. a
Memoria mortuorum, 77. a. 81. b. 88. b. 89. a. 90. 91. a. 92. a. 96. b
Menippus, 175. b
Mentiri Deo, 27. b
Meretricum patronus, 133. b
Meritum vitae aeternae in monachatu & votis positum, 8. b. 9. a. b
Meritorum doctrina purgatorio nititur, 77. a. 79. a. Meritis operum succurrere velle mortuis, 99. a
Mersburgensis Episcopus, 68. a. 70. b
Metonymia, 177. a
Michaelis Archangeli inuocatio, 143. a. 144. b. 147. a. 204. b
Michaelis templum, & adorationes, 192. a
Michael Syngelus, 205. a
Ministerio caelibatum conuenire potius, quam coniugium, qui senserint, 5. a. Ministerium mulieribus non permittendum, 50. a. Ministerio Ecclesiastico an competat coniugium, 39. a. 46. b. 147. a. auctoritas & dignitas eius vnde definienda, 40. a. boni ministri proprietates, 39. b. 40. a. an Ecclesia recipere & dimittere possit ministros qualescunque velit, 46. b. de ministerij dignitate conseruanda, 39. b. 46. b. reliqua vide in voce Sacerdotes.
Miracula ad inuocationem sanctorum edita, 178. a. sola miracula nil probant, ibidem. differentia miraculorum, 181. a. Ethnica Idolomania multis signis fuit sulcita, 177. b
Misericordia Dei an ita iudicium superet vt damnatos etiam tandem sit liberatura, 85. a. Misericordia non sanctorum sed Dei imploranda, 168. 169. b
Missa pro defunctis purgatorio nituntur, 77. a
Moguntiae docuit Crescens, 61. a. Episcopi Moguntini filius Geraldus ipse etiam Episcopus ibi fuit, 61. b. Concilium Moguntinum, 63. a. 64. b. 203. b
Moguntini Episcopi labores in caelibatu stabiliendo, 65. b
Monachus ex Aegypto, & Syria in Graciam introductus, 186. b
Monachorum impudentia in asserendo papatu, 1. a. Monastica absolutio qualis, 8. b. Monasticen facere meritoriam remissionis peccatorum, & vitae aeternae, 8. 9. a. equiparare eam baptismo, 9. b. facere eam opus supererogationis, 10. a. minima opera eius praeferre praestantissimis operibus aliorum, 11. a. quomodo sit inuecta in Ecclesiam, 48. b. 44. b. 45. a. 57. a

INDEX

- Monachi in Anglia*, 60. a. *Monachorum coniugia*, 64. a. *Castitas eorum*, 69. a
Monialium coniugia, 64. a. *consecratio*, 68. a. *castitas*, 69. a
Montanus de coniugio, 4. b. 6. b. *paracletus Montani*, 52. a. b. 74. b
Mors piorum est peregrinatio ab hoc mundo, 94. b. *est accersio Domini*, 95. a
Mortuum tangere legaliter hominem inquinat, 16. a.
Mortuorum anima in quo statu sint, vide *anima purgatorium*, *orationes*, *sacrificium*, &c. *Ritus in luctu mortuorum*, 80. a. *pro mortuis sacrificare aut orare an iuxta scripturam fiat*, 81. b. *memoria mortuorum*, 77. a. 81. b. 90. a. 91. a. 92. b. 94. b. 95. a. *de mortuis ex damnatione liberandis*, aut non liberandis, 85. a. 88. b. *affectus erga mortuos nostros*, 89. b. *Sancti nulli ausi sunt pro mortuis iuandis cultum institueret*, 89. b. *epula ad sepulchra mortuorum*, 80. a. 90. a. *Ritus circa mortuos*, 90. a. *De prophanis aut sanctis mortuis*, 91. a. *mortuorum celebrationes cur falsae*, 91. b. *Non diem natiuitatis sed mortis hominum celebrare*, 92. a. b. 181. b. 182. a. *Augustinus tres fecit ordines mortuorum*, 97. b. 98. a. *succurrere velle mortuis per opera meritoria*, 98. b. *Duos ordines defunctorum fecit Chrysostomus*, 99. b. *Ex mortuorum spectris purgatorium confirmatum*, 100. a. *A mortuis veritas non quaerenda*, ibidem. *Mortuorum apparitiones*, & *querela de purgatorio*, & *postulata de redemptione per missas & alia*, 105. a. *quadruplex status mortuorum*, 106. a. *Mortuorum non esse medium aliquem locum*, 109. a. 112. b. *Quod & quare Deus non doceat nos per mortuos*, 114. b. 115. a. b. *mortuos non colunt*, aut *adorant Christiani*, 200. a. b
Moseouitarum patronus, 133. a
Moses cur non ingressus terram promissam, 11. a. *Mosis continentia*, 53. a
Mulierem opus Diaboli esse dicere, 4. b. *Mulieribus ministerium non permittendum*, 50. a
- N.
- Natalicia alicuius celebrare*, *Dies mortis Sanctorum dicti sunt eorum natalicia*, 129. b. 181. b. 196. b
Nationum peculiare sancti, 133. a
Nauclerus, 65. a
Nautarum patroni, 133. b
Neocesariense Concilium, 5. a
Nicensis, 205. a
Nicenum Concilium, 45. a. 47. b. 52. b
Nicetas coniugium Sacerdotum defendit, 64. b
Nicolaus primus, 61. a. b. 63. a. 11. 64. b
Nicolaum inuocare, 141. b. 145. b. 146. b. 167. b. 204. a
Nicolaus Diaconus vxorem exponit & promiscuas libidines confirmat, 33. a. 49. b. 68. b. *Sectatores eius Nicolaitae*, 49. a. *vxoratos vocare Nicolaitas*, 65. b. 67. a
Nigellus, 69. a
Nilus Thessalonicensis, 58. b
Nocturni congressus Christianorum, 3. a
Noba continentia, 53. a
Northusa comitia habita, 67. b
Novatianorum monogamia, 52. b
Novatianorum doctrina origo, 87. b
Nuptias fugillare & damnare, 4. b. 5. a. *primas concessit Montanus secundas pro fornicationibus habuit*, 5. a. *quid alij de nuptijs primis secundis, tertijs, senserint*, 5. a. *Cur necessaria*, 6. b. *nuptiae quibus argumentis damnatae*, 5. b. a. b. *Sacerdotibus non coniugio, sed nuptiis interdicere*, 72. a
Nuptiae secundae. vide Digami.
- O.
- Obedientia praesit meritum*, 8. b
Oblationes. vide Sacrificia.
Oblationes pro mortuis, 89. b. 90. a. b. 92. b. 93. a. *quid sint oblationes veterum*, 90. b. *panes oblationum*, 100. b
Oculorum cura, 133. b
Odo Cantuariensis Episcopus, 60. a. *Viennensis*, 63. a
Offerri pro mortuis, quando ceptum sit in Germania, 62. a. 100. a
Oleum capiti defuncti infusum, 90. b
Operibus monasticis tribuere meritum vita aeterna, 8. a. b. *coelibatum facere opus supererogationis*, 10. a. b. *opera monastica minima, maximis aliorum operibus bonis antepone*, 11. a
Opera supererogationis purgatorio nituntur, 77. a. *opera propitiatoria pro peccatis mortuorum effingere*, 98. b. *operum regula est scriptura*, 126. b. *opera sanctorum sibi & alijs meritoria facere*, 132. b
Opiniones humanae, 81. b. *vulgi opinionibus saepe cesserunt etiam patres*, 96. a. 97. a. *Opiniones bonae intentionis sunt stipula*, 123. a. *Opinionum probatio*, 124. a
Orationem an impediat coniugium, 5. b. 6. a. 7. b. 15. a. b. *cui oratio adimitur, ei etiam adimitur fides & Spiritus sanctus*, 15. a. *preces solennes*, 15. b
Orationem impediri per coniugij, ciborum, potus & aliarum licitarum rerum usum, 15. b. *orandum non esse omnibus pro omnibus donis*, 19. b. 20. a. 22. a. *recte petentibus nil denegari*, 20. b. *oratio sit caput deliberationum & consiliorum nostrorum*, 25. a. b. *Orationes pro mortuis*, 79. b. 82. a. 88. b. 89. a. b. 90. a. b. 91. a. b. 94. a. b. 95. a. b. 96. a. b. 97. a. b. 98. a. b. 99. b. 116. a. *orantium gestus*, 203. b
Ordinandi in Germania non fuerunt ad votum adacti, 68. a
Ordines minores & maiores, 72. b. 73. a. *ordo matrimonium non impedit*, 73. a
Orientales tentati lege coelibatus, 56. a. 58. a
Osculum defunctorum, 90. b
Osius, 37. b. 189. b
Osius Cordubensis, 54. a
Ouium patronus, 133. b
Oxonium, 67. a
- P.
- Palinurus*, 79. a
Palladij vita, 186. b
Pancratium inuocare, 136. a
Panormitanus de Concilij austeritate, 37. b. *de coniugio Sacerdotum*, 69. 70. a
Pantheologia, 77. b
Pape vectigal pendunt lupanaria sua, 3. b
Paphnutius contra Synodum Nicanam defendit coniugium Clericorum, 45. a. 52. b. 53. b. 54. a. 71. a. *qui coelibes accessissent ministerium, eos voluit fieri maritos*, 54. a. *de fructibus coelibatus*, 68. b
Paradisum qui intrent, 77. a. b
Parisi, 67. a
Paschalis Episcopus, maritus, 61. b. *Paschalis Papa*, 67. a
Paschalis anima in thermis, 100. b
Patres aliqui coniugio iniquiores, 5. b. 6. a. b. *patribus scriptura preferenda, & illi ex hac iudicandi*, 23. b. 31. a. 34. a

III. Partis Examinis.

| | | | |
|---|-----------------------------|--|-------------------|
| 34. a. 36. b. 49. b. 57. a. 80. b. 87. b. 89. b. 98. a. patrum exempla sine verbo non imitanda, 80. a. patres saepe consuetudinibus & opinionibus suorum temporum cedunt, 96. 97. a. 185. b. 187. b. quatenus eorum testimoniis utendum, | 112. b | tum, 56. a. Multas Epistolas quae Romanis Episcopis tribuuntur, esse supposititias, ibid. emissarii eorum in alias Ecclesias, 60. a. litera & bulla eius, 60. 61. a. 65. a. legati eius, 60. a. b. 61. a. violentia & insanus furor, 64. b. 65. a. b. Imperatorem e solio deturbarunt, 64. b. 65. b. mandata eorum imperatoria, 65. b. vis ligandi & soluendi omnia, | 65. b |
| Patria potestas, | 46. a | Porcorum patronus, | 133. b |
| Patriarchas inuocare, 138. b. 140. b. 144. b. 172. a. Patritij purgatorium, & festum eius, | 104. a | Præcepta Euangelica, 5. a. 10. a. præceptum de coniugio certum omnibus dari nequit, | 17. a |
| Pauli & Tecla acta, | 49. b. 50. a | Prædicatores de suorum e purgatorio liberatione, 105. a | |
| Pauli inuocatio, 136. a. 140. b. 144. a. 147. a | | Præmia donorum recte collatorum, 12. a. 14. a. 17. b. præmia accidentalia, | 124. a |
| Paupertatis seruat e meritum, | 9. a. 10. b | Præsumptione tentatur Deus, | 20. a |
| Peccata Deus non concedit, 16. b. non quod doctrinis hominum, sed quod verbo Dei repugnat peccatum est, 71. a. 72. a. b. peccata votorum monasticorum contra integrum decalogum, 30. b. peccatis contra conscientiam fides excutitur, 33. a. peccata an satisfactione purgantur, 77. a. b. peccatorum culpa & pœna quatenus tollatur, aut non tollatur, 77. b. 87. b. 106. a. 108. a. 111. b. discrimina peccatorum secundum Papistas & Platonem, 78. a. b. pœnis peccata expiare velle, 84. a. 85. a. peccata venialia, 108. a. 121. b. Remissionem peccatorum post hanc vitam non posse impetrari, 110. b. Satisfactio pro peccatis nulla est nisi Christi, 111. b. pro culpa & pœna peccati Christum satisfecisse, 111. b. 124. b. 125. a. peccatum in Spiritum sanctum, 121. a. q. peccata venialia aspersione aquae benedictae tolli, 121. b | | Primi festum, | 147. a |
| Pelagius, | 38. a. 57. b | Primum & posterius in scriptura, | 33. b |
| Peregrinationes purgatorio nituntur, | 77. a. 105. a | Principum legati, quid à Tridentinis petierint, 1. b. 71. a | |
| Perfectionis studio coniugium improbare, 5. a. perfectionis doctrina purgatorio nititur, | 77. a | Prophetas inuocare, | 138. b. 140. b |
| Periomus, | 116. a. 182. b | Prosopopœia, | 187. a. 194. a |
| Pestis curator, | 133. 136. b | Prouidentiam rerum humanarum non Deo, sed inferioribus eo numinibus tribuere, | 179. a. b. 180. a |
| Petrus à Soto, | 9. a. 12. b. 116. b. 132. b | Psalterium Mariae, | 148. a |
| Petrus Damianus Episcopus Hostiensis, | 64. b | Pudendorum cara, | 133. b |
| Petrum inuocare, | 144. a. 147. a | Puerperarum patronus, | ibid. |
| Petrus Gnaphæus, | 193. a | Purgatorij doctrina impia, 1. a. non probant illud, nec probare possunt e sacris literis, 76. b. 120. a. quo Concilio illud sit traditum, 77. a. est fundamentum totius fere Papistici cultus, 77. a. facilius cælum eripi Papistis quam purgatorium, ibidem. In purgatorij doctrina multa agnoscunt curiosa, superstitiosa & falsa, sed tamen ea neque indicant, neque damnant, 77. a. 103. a. b. quorum animae purgatorio destinantur à Papistis, 77. a. Ignis purgatorij ab igni inferni, itemque ab igni huius seculi, quid differat, 77. a. 84. b. 85. a. 87. a. 103. a. b. Locus purgatorij & eiusdem situs, 77. b. 118. a. 122. a. purgatoria particularia, 77. b. Duratio cruciatuum purgatorij, 77. b. 82. b. 83. a. 84. b. suffragia quibus animae e purgatorio redimantur varia, 77. b. Fundamenta doctrina de purgatorio propria, 77. b. 78. a. b. vnde primum orta opinio purgatorij, 78. a. Plato purgatorium primum construxit, 78. a. vetus & nouum Testamentum ignorat doctrinam purgatorij, qua hodie vt articulus fidei flamma & ferro defenditur, 76. b. 77. b. 78. a. Plato excogitator medij loci in quo sint demortui, 78. b. fundamenta Platonis in hac re, ibidem. quid de eo habeant Poetae, ibidem. quomodo probetur ex 2. Machabæorum libro, 79. a. b. 80. b. 81. a. quomodo per Apocrypha scripta sub nomine traditionis Apostolicae in noui Testamenti Ecclesiam irreperit, 82. b. Origenes pro defunctis suffragia non admittit, 83. a. Purgatorij pœnas facere meritorias, 83. b. An omnes homines oporteat subiici igni purgatorio, 82. b. 83. b. 84. b. 86. a. 122. a. Græca Ecclesia illud prorsus expulsi, 83. b. 88. a. 101. a. 106. b. Latini doctrinam purgatorij ab Origene haustam retinuerunt, 83. a. 84. a. An omnes ex igni illo liberandi, 85. a. pœnas purgatorias in hac vita esse, 86. b. 87. a. post futurum iudicium nullas fore pœnas purgatorias, 87. b. De statu intermedio inter mortem nostram, & iudicium extremum, 87. b. Ex ritibus satisfactionis veteris Ecclesiae, purgatorium probare, 88. b. ex oratione pro defunctis frustra probatur, 89. a. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. quomodo ex mortuorum spectris confirmatum sit à Gregorio, 100. a. b. 102. a. purgationem rectius in thermis, quam igni fieri, 101. a. patronis purgatorij quid præcipue obstiterit, ibidem. Quomodo in Ecclesia Pontificia porro per spectra & visiones | |
| Pictorum patronus, | 133. b | | |
| Pius primus, | 36. b | | |
| Pius secundus de cœlibatu Sacerdotum, | 1. b | | |
| Plato author purgatorij, | 78. a. b. 84. b | | |
| Platoniorum dij & mediatores, | 179. b. 180. a | | |
| Poemata amatoria, | 56. a | | |
| Pœnas aternas mutari in temporarias, 77. b. 87. b. pœnas futuras facere expurgatorias, 82. b. 84. esse etiam cessaturas, 82. b. 83. a. b. pœnarum diuersitas secundum tempus quo infliguntur, 121. b. pœna temporales non sunt satisfactiones, | 124. b | | |
| Pœnitentia est tota vita Christiana, 62. a. pœnitentia eorum qui lapsi sunt, 92. a. tempus pœnitentiae in altera vita ponere, 82. b. 83. b. 85. a. 88. b. 105. a. 111. a. 112. a. 119. lapsis eam concedere, | 196. a | | |
| Pœnitentiae officit inuocatio Sanctorum, | 194. b. 198. b | | |
| Poeta Christiani inuocationem mortuorum auxerunt, | 200. b | | |
| Polycarpi morituri oratio, | 181. a. b | | |
| Polydorus, | 60. a. 67. a | | |
| Polonia lex cœlibatus obtrusa, | 59. b. 67. a | | |
| Polonorum patronus, | 133. a | | |
| Pontificum Romanorum conatus pro cœlibatu Sacerdotum, | | | |

INDEX

*siones & reuelationes sit stabilitum purgatorium, 103 a. Hereses negantes purgatorium facere, ibidem. In variis locis huius etiam seculi posse esse purgatorium, 103. b. 104. a. 118. a. quidam expertus penas purgatorij, 104. a. Angelorum & Diabolorum testimoniis probatum purgatorium, 104. a. b. Reuelationes de purgatorio, 104. b. 105. a. b. Liberationum è purgatorio varie via, 105. b
 Purgatorij nulla fit mentio in vigiliis, 106. b
 Purgatorium quomodo Graci receperint, & quando, 106. b. negatum est à V Valdensibus, 107. a. Ignis purgatorius & punitorius, 108. b. quod commentum purgatorij alienum sit à scriptura, & cum eadem pugnet, 108
 Purgatorij nomine qua capita doctrina intelligantur, 108. b. Cauda purgatorij, seu fructus eius, 112. a. An aqua in purgatorio, 116. b
 Puritas Christianorum, 99. a. 119.
 Pythagoræorum cœlibatus.*

Q.

Quadrante redimere balneum, 119. b
 Quatuordecim auxiliares, 137. a
 Quindecim, 141. b

R.

Raptus viuentium per extasin, 103. b. 104. a
 Rationale diuinorum, 131. b
 Reconciliatio cum Deo post hanc vitam nulla, 110. b
 Refutationes non semper necessariae, 170. a
 Regeneratio in futuro seculo, 89. a
 Regnum cœlorum quid significat, 14. a. 17. b
 Religionis capita non nisi ex scriptura diiudicanda, 79. b. 80. a. b
 Religionem aliis attemperare ob priuata commoda, 106. b
 Religiosorum professio, 8. b. 9. a
 Reliquiarum Sanctorum doctrina idololatrica, 1. a.
 Remissio peccatorum post hanc vitam nulla est, 110. b
 Repudij libellus, 75. b
 Rhetoricationes Doctorum Ecclesiæ, 187. a. 194. a. 196. a
 Rhetoricum artificium pontificiorum, 130. b
 Richardus, 177. b
 Rochum inuocare, 137. b
 Rudolphus Agricola, 70. b
 Rossensis, 116. b
 Romanorum patronus, 133. a
 Rosarium, 8. b. 9. a. 10. a. 77. b
 Rosarium Mariæ, 112. a. 148. a

S.

Sabbatum abrogatum Christianis, 3. b
 Sacerdotum cœlibatus & coniugium, 38. b. querela multorum de hac re & expectatio, ibid. inhumanitas & scopus Tridentinorum, ibid. ita disputant Pontificij, quasi nihil de eo in scriptura esset determinatum, 39. a. quare Andradius putet non conuenire eis coniugium, ibid. doctrinam de eo certam ex scripturis, & quidem in eo loco vbi determinat illud propriè sumendam esse, ibidem. Coniugium eorum inter primas virtutes numerat Spiritus sanctus, 40. a. cœlibes à ministerio non excluduntur, 40. b. quare Paulus non cœlibem, sed maritum esse præceperit Episcopum, 40. a. b. an coniugium impedimento, aut commodo sit ministris, 39. a. 40. b. 41. a. 47. a. Sacerdotibus veteris Testamenti nunquam prohibitum fuit matrimonium,

41. a. Ecclesiam grauari à maritis Doctoribus, 41. b. an coniugium primitiua Ecclesia vt rudiori sit permissum, cui nunc in corroborata Ecclesia substituentus sit cœlibatus, 42. a. 52. a. quid Pontificij de coniugio Sacerdotum sentiant, 42. b. 43. a. b. donis que ministerium deceant coniugium Sacerdotum annumeratur, 43. a. Pontificij se hodie non propter regnum Dei, sed propter opima beneficia castrant, 43. a. cœlibatum tanquam necessarium ad Sacerdotium præcipere, 43. b. an prohibeant Sacerdotibus coniugium, 43. b. argumenta Pontificiorum pro lege de cœlibatu Sacerdotum, 44. a. concedunt non præcipi iure diuino, 45. a. quare hodiernis Sacerdotibus non similiter, vt legalibus olim coniugium permittant, 45. b. coniugij prohibitio tyrannis est, 46. a. an Ecclesia reiicere, aut recipere possit ministros quales velit, 46. b. Papiæ hic ydem argumentis vtuntur, quibus olim heretici, 46. b. 56. b. Apostolos plerosq. fuisse coniugatos, 39. b. 47. b. Rationes propter quas conueniat Sacerdotibus cœlibatus potius quam coniugium, 39. a. 47. a. auctoritas Patrum & aliorum pro cœlibatu, 47. b. usurpationem coniugij in ministerio esse antiquiorem, quam sit cœlibatus, 47. b. 50. a. 55. a. lex cœlibatus multas contradictiones passa est donec fuit stabilita, 47. b. 49. a. b. 50. a. historia de cœlibatu Sacerdotum, 48. a. Ethnicorum Sacerdotes cœlibes, 48. a. b. qui ipsi se castrauerunt, 44. b. 48. b. Conatus Satanae pro inuicendo cœlibatu, 48. a. b. 49. a. 50. a. 51. a. Sacerdotes deserentes vxores propter pietatem ab officio remouentur, 51. b. 59. b. Episcoporum qui vxorati fuerunt Catalogus, 52. a. 54. b. Sacerdotum castitatem Origenes in cœlibatu posuit, 44. b. consuetudinem cœlibatus & coniugij Sacerdotum saepe variasse, 54. a. 56. a. Sacerdotes ob cohabitationem cum vxoribus depositos fuisse, 55. b. Pontifices Romani stabilitores cœlibatus, & quibus id fundamentis, 56. a. b. quomodo alii eam obruserint, 56. b. fructus & damnum quod dat lex cœlibatus, 53. b. 58. a. 60. b. 63. b. 66. a. 67. b. Pontifices ex Sacerdotum coniugij nati, 58. a. Episcopi ex Episcoporum coniugij nati, 60. b. Canon orientalium Episcoporum pro coniugio Sacerdotum, 55. a. b. legem cœlibatus non esse Apostolicam traditionem, 58. b. Sacerdotibus concessum coniugium, Episcopis interdicitur, 59. b. 60. a. cœlibatus lex nusquam ab initio Euangelij instituta, sed semper Euangelio superseminata est, 60. a. quomodo Anglia fuerit obrusa, 60. a. coniugium Sacerdotum ad annos mille in Germania fuit ab initio Euangelij retentum, 61. a. b. de Sacrificulis scortatoribus & adulteris, 62. b. blanda inuitatio ad cœlibatum, 62. b. 64. a. coniugium Sacerdotum, quibus argumentis defensum à Germanis, 63. a. 65. b. centum scorta potius permitienda votario, quam vnam vxorem esse, 30. b. 63. b. argumenta Huldrici pro coniugio Sacerdotum & contrariorum refutatio, 63. a. b. coniugium Sacerdotum sub titulo Nicolitarum damnatum, 65. b. 67. a. contumeliosi in coniugium Sacerdotum sermones, 67. a. votum cœlibatus hæctenus in Germania ab ordinandis non exactum, 67. b. 68. a. fructus Pontificij cœlibatus, id est, mala ex eo sequuta, 53. b. 58. a. 60. b. 63. b. 66. a. 68. a. 69. a. quod lex cœlibatus multis doctis, & bonis viris in regno Pontificio displicuerit, 69. b. an peccatum sit si minister, qui non continet, matrimonium contrahat, 71. a. Papiæ ministros, quibuscunque etiam donis præstent, si mariti fiant, reiiciunt: contra, cœlibatum profestentes, licet aliqui indignissimos, ad dignitates in Ecclesia euehant, 74. a
 Sacri-

III. Partis Examinis.

- Sacrificia vide etiam oblationes, iis releuari & adiuuari mortuos, 79. a. 82. a. Sacrificiis exacte descriptis in Mose, nil de eo quod pro mortuis sit inuenias, 79. b. Sacrificiorum opus operatum, 81. b. vsus & vis sacrificiorum Leuiticorum, ibid. sacrificium est cultus soli Deo debitus, 189. a. 197. b. 198.*
- Saltzeirus, 132. b.*
- Saluianus de lege cœlibatus, 57. b. 68. b.*
- Sanctorum inuocationis doctrina qualis, 1. a. sancti non sunt contemptui habendi, 125. b. 126. a. Sanctos honorandos esse, 125. b. 126. a. b. 130. a. 172. a. 189. a. 192. b. 198. b. memoria martyrum & aliorum sanctorum, 125. b. 181. b. 182. a. 185. a. esse nobiscum membra eiusdem corporis, 125. b. pro nobis esse sollicitos & omnia bona nobis precari, 125. b. 130. a. 155. b. 183. b. 195. b. 196. a. b. orare pro nobis, 174. a. 175. a. 176. a. 183. b. 196. b. an sint inuocandi, adorandi, & suffragia, & auxilia eorum imploranda, 126. a. b. 130. b. 195. a. in honore sanctorum facile peccari, 126. b. 182. a. vera honorandi sanctos ratio, 127. b. non aliud quam fert voluntas Dei à nobis requirunt, 126. b. Deus in sanctis celebrandus, 127. a. 128. a. dona sanctorum commendanda, 127. a. b. historie eorum vere recitanda, 127. a. b. 128. a. testimonia presentia Dei in sanctis, 127. a. alia dona nobiscum communia, alia peculiaria habent, 127. b.*
- Sanctorum lapsus quid doceant, 127. b. 128. a. gloria eorum, 128. a. nos eos recte honorare, Papiſtas vero honorem illorum proprium negligere & pernertere, 128. b. Legenda sanctorum, 128. b. Sanctos colere qui vel non fuerunt, vel sunt in inferno, 129. a. de reliquiis sanctorum, ibidem. de cultu quem sanctis impie tribuunt Papiſta, & proprie venerationem sanctorum vocant, 129. a. Sancti mortui, & in his terris à viuis distinguendi, 129. b. 196. b. dies mortis sanctorum cur natalis eorum vocatus, 129. b.*
- Quomodo in Ecclesia Pontificia inuocatio sanctorum doceatur & exerceatur, 130. b. 131. a. b. propter tres causas esse inuocandos, 131. a. eos esse portam cœli, 132. a. esse coadiutores & cooperatores in opere salutis nostræ, 132. b. quid Concilium Tridentinum de inuocatione sanctorum statuatur, 132. b. an ad gratiam sanctorum confugiendum, dissentiunt Papiſta, 132. b. 133. a. Inuocationis sanctorum idololatria in Papatu plurima exempla, 134. a. omnes sanctos inuocare, 138. a. 143. a. 144. b. Diaboli suffragio sanctorum inuocatio confirmata, 164. a. propositiones continententes fundamenta inuocationis sanctorum Papiſtica, 165. a. eam non esse traditam in verbo Dei, 165. b. 171. a. b. non esse consentaneam doctrinam de inuocatione in scriptura tradita, sed ab ea recedere, 166. b. directo etiam pugnare eam cum verbo Dei reuelato, 167. b. non sancti, sed solus Deus potest iuuare, 166. b. spes & fiducia non ponenda in sanctis, 168. a. non confugiendum ad gratiam & misericordiam sanctorum, 168. b. bona quæ Deus dat, non petenda à sanctis, 168. b. Sanctos cum ipsi auxiliari non possint à Deo accipere beneficia nobis conferenda, 168. b. Sanctos pro intercessoribus habere, qui nobis beneficia à Deo impetrent, 169. Sanctos mediatores facere, 174. b. 175. a. b. Sancti non adsunt nobis inuocantibus, vt nos exaudiant, 169. b. singulis sanctis singularum rerum procuraciones attribuere, 133. a. b. 171. b. 175. a. explicatio & refutatio argumentorum, quæ Pontificij pro stabilienda inuocatione sanctorum proferunt, 171. b. an vt in aulis Principes per eorum familiares, Deus per sanctos nobis sit conciliandus, 171. b. 185. a. 199. b. non inuocare, sed tantum compellere sanctos, 175. a. Sanctos non amplius in-*
- teressere rebus humanis, 170. b. 175. b. Sanctis falso omniscientia & omnipresentia tribuitur, 175. b. 187. b. 197. b. miraculis stabilita inuocatio sanctorum, 178. a. 190. b. 198. b. 199. a. historia de origine inuocationis sanctorum, 178. b. 179. a. inuocatio sanctorum Papiſtica non re, sed tantum nomine differt ab idolomania Platoniorum, 179. a. in primitiua & puriore Ecclesia fuisse ignotam inuocationem sanctorum, 169. a. 181. a. b. 182. a. b. Quando & à quibus sparsa seminaria inuocationis sanctorum, 183. a. b. opinio inuocationis sanctorum per apparitiones & spectra creuit, 184. b. Beatorum orationibus viuentes adiuuari, 175. a. 197. b. viuentes petere, vt post mortem nostri sint apud Deum memores, 197. b. à Basilio, Nysseno, & Nazianzeno inuocatio sanctorum publice est in Ecclesiam inuecta, 186. b. ab Epiphanio reprehensa, 188. b. inuocationem sanctorum ab adoratione eorum distinguere, 189. a. 195. a. Sanctorum inuocatio officit penitentia & vera pietati, 190. a. inuocatio sanctorum publicis Ecclesie precibus apud Græcos per Petrum Gnapheum primum inserta est, 193. a. Martyrum animas cum cœtu ad monumenta eorum collecto comprecari, 196. b. ad memorias sanctorum sacrificare, 198. a. Sanctos facere mediatores contra officium Christi, 168. a. 172. a. 177. b. 178. a. 132. b. Gregorius Magnus apud Latinos primus in Ecclesia preces publicas introduxit ad inuocationem sanctorum, 203. a. b. commemoratio sanctorum in Litania, cui successerunt suffragia: donec tandem ipsa inuocatio insueretur, 204. b.*
- Sanctimoniales vulgo quæ vocentur, 4. a. virginitatis earum fundamentum, 4. a. opera supererogationis eas facere, 110. a.*
- Sanctitas Christianorum, 62. 118. b. 119. a.*
- Sartorum patronus, 133. b.*
- Satisfactiones purgatorio mituntur, 77. a. 87. b. satisfactione peccata purgari, 77. a. b. 78. b. 83. a. b. 87. b. satisfactionum causa & finis, 87. b. dura lequutiones Patrum de ea, ibi. ante satisfactionem impletam morientes in pice discesserunt, 88. a. satisfactio post hanc vitam nulla, 88. a. satisfactiones veterum conciderunt, 88. b. satisfactionum commutationes, ibid. satisfactioes euertunt articulum iustificationis, 111. b. Satisfactio solius Christi pro peccatis, 111. a. vtum pro culpa tantum, an etiam pro pœna peccati Christus satisfecerit, 111. b.*
- Saxo, 67. b. Saxones à libidinibus alieni, 62. a.*
- Scholastica Theologia origo, 67. b.*
- Scriptura iudicium recte informat, non ratio aut species externa, 4. b. è scripturis conscientia sunt erudienda, 8. a. 24. a. violenter eas detorquere, 10. b. quæ interpretationes scripturæ sint certissima, 23. a. 31. b. patribus preferenda est, & eorum doctrina iudicat, 23. a. 31. a. 36. b. si scripturis omisis tantum rationibus agatur, nil nisi conflictationes sequi oportet, 39. a. de qualibet re videndum, an & vbi propriam sedem in scriptura habeat, 39. a. Scripturas per scripturam euertere velle, 43. b. contra clarum scripturæ textum nil valet argumentatio, 44. a. Scripturæ aliunde conficta inferre, & ad hac illam torquere, 76. b. 114. b. 116. a. Scripturæ solius iudicium in iudicando sequendum, 79. b. 80. a. 85. a. 109. b. sine scriptura, & contra scripturam nullas argumentationes esse admittendas, 85. a. b. ex locis Scripturæ allegoricis & dubiis non constitui dogmata, 116. b. 118. a. 120. a. Scriptura est norma & regula fidei atque operum in Ecclesia, 126. b. 127. a. 128. b. 205. b.*

III. Partis Examinis.

sibi Deus voluerit voueri, *ibid.* per votum se ad gratitudinem erga Deum obstringere, 36. b. 27. a. 28. a. vouere ea, quae alioqui Deo debentur, 27. a. vota ceremonialia, 27. b. 28. a. vota contra verbum Dei facta, 27. a. cur voluerit Deus vota seruari, 27. b. de votis non seruandis, & ob quas causas, 27. b. 28. a. b. 29. a. Nouum Testamentum de votis nihil praecipit, 28. a. vota moralia eadem sunt in veteri & nouo Testamento, 27. a. 28. a. votum Baptismi, 28. b. coniugium aut celibatum vouere, 29. a. b. ad actum Papisticum quae referantur, 29. a. b. 30. a. aliud est vstum, aliud propositum cordis, 29. a. vota esse mandat a hominum, 29. b. vouere celibatum, quatenus humana fragilitas permittit, 2. b. 29. a. 32. a. votario permittere potius centum scorta quam vnam vxorem, 30. b. de peccatis quae concurrunt in votis Monasticis, ex Luthero, 30. b. argumenta Pontificiorum, pro voto celibatus, 26. b. 31. a. voti veri conditiones, 28. 30. b. de iis qui post votum castitatis matrimonium contrahunt, 30. b. 31. b. 32. a. donum continentiae non habens, tentat Deum vouendo illam, 20. a. 22. a. votum quid sit Papisticum, 37. b. fides non significat votum Papisticum in scriptura, 33. b. votum cui etati competat, 25. b. an Maria fecerit votum virginitatis, 38. b. 50. b. votum perpetui celibatus olim non fuit, 36. a. probatur tamen Patribus, 36. b. 37. a. de autoritate & argumentis Patrum pro voto celibatus, 36. b. modestius egerunt Patres negotium votorum quam Pontificij, 37. a. votum simplex, aut solenne, 37. b. Pontificij post votum coniuges factos occidunt, 38. a. de rebus non vouendis scholasticorum do-

ctrina, 38. a. de dispensatione, communicatione & redemptione voti, 38. a. in Germania olim liberum fuit non vouere, qui tamen vouissent, prestare id tenebantur, 64. a. 65. b. neque hactenus fuit ab ordinandis exactum, 67. b.

Vrbanus, 66. b. 133. b.

Vri seu vstionem pati, quid sit, 21. a. quod vstio sit peccatum, 21. b. damnum ex vstione multiplex, 21. b.

Vxorem suam aliis communem fecit Nicolaus Diaconus, 3. a. vxoris & scorti blasphemum discrimen, 4. b.

VV.

VValdenses de coniugio Sacerdotum, 69. b.

VVesselus de purgatione animarum, 107. a.

VVicelius de vxoratis Episcopis, 52. a.

VWilhelmus Rex Anglia, 60. b.

VVolfgangus Laxius, 73. b.

VVormaciensis Ecclesia, Concilium ibi habitum, 63. a. 66. a.

Y.

ὑπερφορεῖν, 55. a.

ὑπερακμος, 25. b.

Z.

Zelotypiae suspicionem quomodo euadere conatus sit Nicolaus Diaconus, 3. a.

FINIS.

INDEX



INDEX TESTIMONIORVM
EX PATRIBVS, IN HAC TERTIA PARTE
EXAMINIS ALLEGATORVM: VBI OBSERVANDVM, QVOD
 explicata ab illis certa Scripturæ loca, secundum horum ipsorum Indicem, quod
 omnia huc commodè referri non potuerint, inquiri debeant.

A.

Ambrosius de cœlibatu Sacerdotum, 5. a. de virginitate coniugio proponenda, 11. b. 12. a. de elocandis virginibus, 25. b. de viduis, 35. a. de nubentibus post votum, 35. b. 37. a. doctrina eius de votis contradictum, 37. a. de coniugio Sacerdotum, 42. a. 44. b. de coniugio Apostolorum, 47. a. de Tecla, 58. a. de velandis virginibus, ibid. ad reginam Germania scripsit, 61. a. de digamis, 74. b. de purgatorio, 84. a. b. 86. a. de oratione pro mortuis, 93. a. b. de pœnitentia tempore in hoc seculo, 113. a.

Athanasius de cœiugij castitate, 7. a. de Baptismi fide violata, 33. b. de Episcopi coniugatis, 54. b. de purgatorio, 101. b. de latrone recepto, 110. a. de loco & statu animarum, 112. b. de mortuis, quod non debeant esse nostri Doctores, 115. a. de peccato in Spiritum sanctum, 121. a. de inuocatione, 186. b. sermo eius de sanctissima Deipara, 186. b.

Arnobius de Sacerdotum impura vita, 69. a.

Augustinus de Simone mago, 2. b. de Tatianis, 4. b. refutat sententiam Hieronymi de coniugio, 7. a. b. 11. b. 16. b. de coniugij bonis, 7. b. 17. a. de virginibus supra coniugatos esse ferentibus, 10. a. de collatione coniugij & cœlibatus, 11. a. 12. a. 13. a. 18. b. de castrantibus se propter regnum cœlorum, 14. b. de premiis cœlibatus in altera vita, 11. b. 14. b. de commixtionis coniugalis culpa, 16. a. de finibus coniugij, 8. a. 16. a. de cœcupiscentia in coniugio, 16. a. de vera continentia, 21. a. de iis quibus competat cœlibatus, 23. b. de petendo à Deo dono continentia, 23. b. de votis communibus & propriis, 29. a. de voto Mariae, 35. b. 50. b. de virginitate spiritali, 32. a. 36. a. de adulterinis coniugis, 36. a. de nuptiis post votum, 38. a. de sacrificio Pontificis in lege, 45. b. de diuersa doctrina non recipienda, 50. b. de digamia, 74. a. 76. a. de pœnis purgatorij, ex Platone, 79. a. de Scriptura, & verbi Dei autoritate, 80. a. 85. b. 89. a. 97. a. 107. b. 109. a. 115. a. 178. a. de Scriptura iudicio sequendo, 79. b. de libris Machabaorum, 80. b. de Origenis erroribus, 82. b. de purgatorio igni dissimiliter loquitur, 85. a. 116. a. refutauit tamen alios Patres illud approbantes, 84. b. 85. b. 86. a. b. de scriptorum suorum autoritate, 87. a. 98. a. de epulis ad sepulchra mortuorum, 90. a. de orationibus pro mortuis, 96. b. 97. a. de apparitionibus defunctorum, 100. a. libri eius de vera & falsa pœnitentia, 101. b. sermones eius de festo commemorationis sanctorum, 101. b. de loco defunctorum post hanc vitam, 112. b. de spectro Samuelis, 115. b. scripturas dubias & allegoricas non constituere dogmata, 115. b. de probatione opinionum, dogmatum & cultuum, 124. b. de sanctis mortuis, 129. b. de obscuris disputationibus quid faciendum, 176. a. de dulia & latria, 176. b. 177. a. de diis & mediatoribus Platoniorum, 172. a. de inuocatione Sanctorum, 196. b. vsque 201. a. inuocat Cyprianum, 197. a. de vera inuocatione & officio mediatoris, 200. a. sermo eius de S. Paulo, 200. b. codex homiliarum eius, 200. b. de cognitione vere vita, ibid. de spiritu & anima, ibid. liber meditationum eius, ibi. sermo eius de annunciatione & assumptione, 200. b.

B.

Basilii de nuptiis post votum, 35. b. quando sit ei contradictum, 37. a. pater eius, 54. b. de nimia in alteram partem deflexione in alterius partis controuersia refutatione, 55. a. 194. b. de Scriptura autoritate, 107. b. inuocationem Sanctorum in Ecclesiam publice inuexit, 186. b. 187. b. ab Epiphano refutatus, 189. b.

Beda de iuramento seruando, aut non seruando, 38. a. contra coniugium disputauit, 60. a.

Bernhardus de iustificatione, 9. a. de monasticis meritis, ibid. de non habentibus donum cœlibatus, 23. b. de Hybernia Episcopis coniugatis, 60. b. de meritis & fiducia operum, 124. b. de inuocatione Sanctorum, 205. b.

Brentius de Eunuchis propter regnum Dei, 14. b.

C.

Chrysostomus de studio continentia, 23. b. de viduis, 34. de nubentibus post votum, 35. b. 37. a. b. de Episcopo coniugato, seu de ministrorum coniugio, 41. a. 42. a. b. 45. a. contra Epiphanium defendit coniugium Sacerdotum, 55. b. de fructibus impuri cœlibatus, 68. b. de memoria mortuorum, 89. a. 92. a. 98. b. de Scriptura autoritate, 107. b. de loco & statu animarum, 113. a. de pœnitentia loco in hoc exo, 113. b. de mortuis pro Doctoribus non habendis, 122. b. de inuocatione Sanctorum, 190. a. b. 191. a. de Missa Chrysostomi, 191. a. 204. a. homilia eius in natali Petri & Pauli, 190. b. homilia ad populum Antiochenum, 191. a. 200. b.

Clemens de Nicolaitis, 3. a. de Carpocratianis, 3. a. de Marcione, 4. b. de blasphemis in coniugium, 4. b. 5. a. de Tatiano, 5. a. de secundis nuptiis, 5. a. de argumentis impugnantibus coniugium, 5. a. b. de coniugio Apostolorum, 6. a. de congressu cum coniuge grauida aut lactante, 8. a. de finibus coniugij, 8. a. 16. a. de fugientibus coniugium ob molestias, 13. a. b. de victoria molestiarum in coniugio, quam in cœlibatu maiore, 13. b. de vxoribus curantibus, quæ Dei sunt, 13. b. de ordinationibus Apostolorum, 37. a. de vxoribus Apostolorum, 41. b. 50. a. error eius grauis de salute per legem & Philosophiam. Item, de pœnis damnatorum cessuris, 83. a. b. seminaria iecit purgatorij, 83. a. de satisfactionibus, 87. b. de inuocatione, 181. a.

Cyprianus de nuptiis permittendis his, qui virginitatem seruare nequeunt, 37. a. de antiquitate & consuetudine, 47. b. 105. b. discipulus Tertulliani, 52. b. odium eius in sexum muliebrem, 52. b. de cœlibatus impuri fructibus, 68. a. de norma iudicij ex Scriptura petenda, 80. a. de Apocryphis, 80. b. de satisfactionibus, 87. b. de cibo pauperibus ad sepulchra distributo, 90. a. de oblationibus pro mortuis, 93. a. ignorat cruciatus mortuorum in purgatorio, 93. b. de morte piorum, 95. a. de pœnitentia hic tantum profutura, 113. a. de rebaptizatione, 124. b. quomodo inuocationem sanctorum promouerit, 185. a. b. sermo eius de stella & magis, 185. b. de conuersione eius, ibid. 188. b. ab Augustino inuoca-

III. Partis Examinis.

inuocatus, 197. a. de Litanis Ecclesie, 203. a.
 Cyrillus contra inuocationem sanctorum, 192. b.
 Cyrillus Hierosolymitanus supposititius, 103. a. 114. b.
 197.

D.

Damascenus de purgatorio, 101. b. 102. a. de autoritate eius, 101. b. inuocationes eius, 193. b.
 Dionysius de oratione pro defunctis, 90. a. b. 91. a. de ritibus circa mortuos, & duplicibus mortuis, 91. a. purgatorium & penas eius pro eis ignorat, 91. b.

E.

Epiphanius de Secundo, 4. b. de Tatiano, 5. a. de appetitionibus in natura integra aut peccatrice, 7. b. de coniugio, virginitate, viduitate, & scortatione, 55. b. de funerum curationibus, 100. a. de spelunca Bethlehemica, 37. a. de votis, 37. a. non cogit ad vota, 37. a. de penitentia nubentium post votum, 37. b. de Pharisaeorum continentia, 48. b. de Nicolaitis, 49. a. 50. a. de Gnosticis, 52. a. de celibatu Sacerdotum, 55. b. 59. a. fuit traditionum admirator, 55. b. ex Sacerdotibus originem traxit, 58. a. de fructibus celibatus impuri, 52. a. de orationibus pro mortuis, 93. b. 94. a. 95. a. b. 96. a. contra inuocationem Sanctorum, 189. a. refutauit Basilium & Nazianzenum, 189. b.
 Eusebius de Nicolaitis, 3. a. de vxoribus Apostolorum, 47. a. de Ecclesia puritate & incrementis aut decrementis, 42. b. de celibatu Sacerdotum, 53. a. de Essenis, 48. b. de Apocryphis libris, 51. a. de purgatorio ex Platone, 78. a. de satisfactionibus, 87. b. de Diis Platonicis, 179. b. de inuocatione, 181. a. de Potamiensibus, 185. a.
 Euthymius de inuocatione Sanctorum, 203. a.

F.

Fulgentius de inuocatione Sanctorum, 203. a.

G.

Gerson de autoritate Scripturae, 107. b. de reuelationibus extra Scripturam, 115. b.
 Gregorius Magnus de celibatu Sacerdotum, 1. b. de coniugali vita cultum Dei impediente, 7. a. de personis ad celibatum idoneis, 23. b. de celibatu, 57. b. de purgatorio animarum, 77. b. de Machabeorum libris, 80. b. quomodo ex mortuorum spectris fabricauerit & confirmauerit purgatorium, 100. a. 101. a. de Dialogis eius dubitatur, 101. a. de inuocatione sanctorum, 203. a.
 Gregorius Neocesariensis de satisfactione, 87. b.
 Gregorius Nissenus vxoratus, 54. b. inuocationem Sanctorum in Ecclesiam publice inuexit, 186. b. 188. a.

H.

Hepesippus de Ecclesia puritate & incrementis, aut decrementis, 42. b. 47. b.
 Hesychius de virginitate hominibus imponenda, 37.
 Hieronymus de vxoris & scorti discrimine, 4. b. de celibatu, 5. a. 10. b. 12. b. 48. a. de Tatiano, 5. b. fons sententiae eius de coniugio, 6. a. argumenta eius contra coniugium, 6. a. 15. a. 48. b. de hyperbolis, & rhetoricationibus suis, 9. a. de merito celibatus, 10. a. de virginitate coniugio praeferenda, 11. b. 55. a. de funerum curationibus, de pena coniugatorum in

futuro seculo, 16. b. de libidinum incendiis, quae sentit, 21. a. de elocatione virginum, 25. b. de coniugio post votum contracto, 30. a. 37. b. de dono continentiae, 23. a. de studio continentiae, 23. a. de fide Baptismi violata, 33. b. doctrinae eius de votis contradictum, 37. a. de coniugio Sacerdotum, 42. a. 44. b. 48. b. 55. b. de menachatu, 48. b. de Tecla, 50. a. de monogamia Episcopi, 54. b. de Diaconi vxoratis, 54. b. de Ecclesia Germaniae, 61. a. de celibatus impuri fructibus, 67. a. de digamia, 74. a. b. 75. b. de Apocryphis, 80. b. de purgatorio, 84. a. b. miracula Hieronymi à Cyrillo descripta, 103. a. de loco & statu animarum, 102. b. de penitentia loco in hoc seculo tantum, 113. a. Scripturas allegoricas non constituisse dogmata, 116. b.

certamen eius cum Vigilantio, 54. b. de inuocatione Sanctorum, 195. b. 196. a.
 Hilarius de celibatu, 23. a. ipse fuit maritus, 41. a. 52. a. de interpretationibus Scripturae, 42. a. ad Episcopum Vuormaciensem scripsit, 61. a. de fide in scripturas illata, 116. a. de intercessionibus Sanctorum, 186. a.

I.

Ignatius de dono continentiae, 23. a. de coniugio Apostolorum, 47. a. 51. a. de antiquitate doctrinae alicuius, 47. b. de celibatu & coniugio, 51. a. 56. b.
 Irenaeus de Ecclesia Germaniae, 61. a. 194. b. de impuri celibatus fructibus, 68. a. de orationibus pro defunctis, 82. b. de argumentationibus ex arena conmixtis, 102. b. de inuocatione, 181. a. 182. b. de Litanis Ecclesiae, 103. a.
 Isidorus de votis rescindendis, 38. a. de Canonibus Apostolorum, 51. a.
 Iustinus de autoritate Patrum, 47. b. de Polygamia, 75. b. de iudicio ad finem vita competente, 113. a. de animarum loco & statu, 113. b. de inuocatione, 181. b. 182. b. de Litanis Ecclesiae, 203. a. b.

L.

Lactantius de purgatorio, 83. a. de iudicio mortuis pacato, 83. b. de inuocatione vnius Dei, 186. a.
 Leo de inuocatione Sanctorum, 202. b.
 Lutherus de dono generationis lepra libidinis infecto, 7. b. de statu virginum beatiore quam coniugum, 12. a. de coniugij disputationibus pro celibatu, 13. b. de votis, 30. a. de peccatis, quae sunt in votis Monasticis, 30. b. de oratione pro mortuis, 88. b. de purgatorio, 107. a.

M.

Maximus de inuocatione Sanctorum, 103. a.

N.

Nazianzenus de nuptiis, 5. a. de virginitate, 12. b. de coniugibus seruientibus Deo, 14. a. de matre sua, 41. a. pater eius fuit Episcopus, 54. b. de oratione pro mortuis, 93. a. de peregrinatione mortuorum, 94. b. Inuocationem publice in Ecclesiam inuexit, 186. b. 187. a. Rhetoricationes eius damnosae, 186. b. de penitentia Cypriani, 188. b. ab Epiphano refutatus, 188. b.
 Nicephorus de Christianis iudaizantibus, 49. a. de Nysseno, 54. b.

Oecumens-

INDEX

O.

Oecumenius de virginibus, 46. a. de saluandis per ignem, 122. b.
 Origenes de nuptijs, 5. a. de coniugatorum aequae ut virginum sanctitate, 14. a. 17. a. de petenda à Deo castitate, 23. b. de coniugio Apostolorum, 47. a. ipse sibi excidit virilia, 44. a. 53. b. de coelibatu Sacerdotibus necessario, 44. b. 52. b. 53. a. seminaria purgatorij à se fabricati à Clemente accepit, 83. a. de igni purgatorio, & poenis damnatorum finiendis, 83. b. 116. b. de satisfactionibus, 78. b. de cibo pauperibus ad sepulchra distributo, 90. a. de orationibus ad sepulchra, 90. a. de memoria Sanctorum, 92. b. de auctoritate sacrae Scripturae, 107. b. non relinquit poenitentiae locum in altero seculo, 114. a. de extremo quadrante soluendo, 119. b. de inuocatione, 183. a. b. aliorum de Origene iudicia, 183. a. lamentatio Origenis, 184. a. liber eius de poenitentia, 184. a. homiliae eius in diuersos, ibid. Commentaria eius in Iob, ibid. Origenistarum inuocationes, 201. 202.

P.

Photinus de elocatione virginum, 25. b.
 Primasius de elocatione virginum, 25. b.
 Prudentius de purgatorio, hymni eius in Sanctos, 201. a. 212. a.

R.

Ruffini Symbolum,

S.

Socrates de Synodo Nicana, 52. b. de Eustachio, 55. a. de Sacerdotum maritorum reiectione, 55. b.
 Sophronius de Christianis iudaizantibus,
 Sozomenus de Nicana Synodo, 52. b. de Spiridone, 54. b. de inuecto Monachatu, ibid.

T.


Tertullianus de Marcione, 4. b. de discrimine inter uxorem & scortum, 4. b. de Montano, 4. b. 52. b. origo sententiae eius de coniugio, 5. a. argumenta eius contra coniugium, 6. a. de legibus probandis & excutiendis, 38. b. de Tecla, 49. b. scripsit contra coniugium, 52. b. primum quodque verissimum, 59. b. 79. b. de monogamia, 74. b. de Philosophis, quod sint hereticorum Patriarchae, 78. b. de satisfactionibus, 87. b. 88. a. de oblationibus pro defunctis, 89. a. de orationibus pro mortuis, 19. a. de duobus locis mortuorum, 90. b. de sinu Abrahae, ibid. de Scripturae auctoritate, 107. b. de inuocatione, 181. a. de Litanis Ecclesiae, 203. a.
 Theodoretus de verbo Domini non tollendo, 44. a. de digamia, 75. a. de polygamia, 75. b. de purgatorio, 101. b. vita eius, 186. b. de inuocatione Sanctorum, 191. a. de curatione Graecarum affectionum, 191. b. 192. a.
 Theophylactus de nuptiis viduarum, 35. a. de coniugio Sacerdotum, 42. a. de oblationibus pro mortuis, 99. b.


V.

61. a Victor de inuocatione Sanctorum, 203. a

FINIS.









EXAMINATA COR
CIVILIS BENE
1714

x 106^a = x

4207²
1963